This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

1817
ARTES VERITAS SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

AC
13
.M67
v.5-6

MISCELLANEA LIPSIENSIA,

AD INCREMENTUM
REI LITTERARIÆ
EDITA.

CUM PRÆFATIONE
DE
EGENOLFIANO CONSILIO
conſtituendæ Societatis
PHILO-TEVTONVM,
& quæ barbariem in lingva vernacula noſtra in dies
creſcentem coërcere ſtudeat.

TOMUS V.

LIPSIÆ,
Sumpt. HÆREDUM LANCKISIANORUM,
M DCC XVII.

Compl. sets
Hiersemann
3-5-29
17800

Honorando Lectori
S. D.
CAROLUS FRIDERICUS PEZOLDUS,
& de
Egenolfiano conſilio conſtituendæ Societatis Philo-Teutonum
pauca præfatur.

NUdius tertius TRIADEM ſuam DISSERTATIONUM, quarum ultima *Conſilium de conſtituenda Societate Philo-Teutonum* continet, prælo adhuc madentem, ad me transferri curavit Vir Præclar. & Ampliſſ. DN. JOH. AUGUSTIN. EGENOLF, *Gymn. Elect. Grimmenſis Collega Tertius meritisſimus*, Vir maxime induſtrius & doctiſſimus, eidemqve, juxta cum Ampliſſ. DN. FRISCHII, *inclytæ Reg. Boruſſ. Societ. Scient. Membri, & Gymn. Berolin. Con-Rectoris* nomine, meum etiam qualecunqve publice inſerere voluit, *ut nobiſcum conferrent, quibuscunq; volupe eſſet, Philo-Teutonum adjuvare inſtitutum*, p. 36. *aut ſi quis forte aliquid circa hoc conſilium*, quod Cl. Dn. Egenolf nonnullorum Virorum doctiſſimorum nomine aperuit, *monere, aut etiam ſuum adjutorium polliceri, aut deniq; de* laudandi hujus *propoſiti progreſſu certior fieri* cuperet, p. 37.

Quamquam vero honeſtus quisque vel promovendis publicis, vel amicorum privatis commodis ſe natum novit, ut proinde non invitus pollicear, me ſedulam daturum operam, quo Cl. DN. M. EGENOLFI, cujus eruditæ Obſ. *in Miſcell. Lipſ.* comparent plurimæ, deſiderio ſatisfaciam, atqve futuræ huic Societati manus mutuer, litteriſqve amicorum, quibus hic conatus non diſplicebit, reſpondeam; vereor tamen, ne *Conſilium hoc Egenolfianum* multis adhuc circumſeptum ſit impedimentis, quibus removendis Principes viri & litterarum Heroës, potentes quidem & pecunioſi, vix ſufficere poſſunt.

Acce-

Accedit, quod plurimis iſtiusmodi meditationes *de Teutonum Orthographia*, *conſtructione*, *uſu Particularum*, *Eliſione*, *accentibus*, aliisqve, leviores & nullius pene momenti, atqve operæ Clariſſ. Virorum HEINISCHII, BOEDICKERI, Spatens, SCHOTTELIIque tantum non fruſtraneæ videantur; maxime cum uſus regulis Grammaticis ſæpe imperet, & Grammaticus vix alius quam linguarum Hiſtoricus exiſtat. Quicquid tamen horum ſit, ſatis eſt, quod ejusmodi labor, aliquamdiu continuatus, forte *Lexici Philologici Lingvæ Germanicæ fundamentum* eſſe poſſit, quo indigemus.

Excitare ad ſuſcipiendas has literarias curas poteſt Societas quædam, quam HAMBURGI Viri quidam Eruditiſſimi, DNN. T. B. F. R. K. H. & nonnulli alii, duobus abhinc annis auſpicati ſunt, & feliciſſimis cum ſucceſſibus adhuc continuarunt ſub titulo: Der Teutſch-übenden Geſellſchafft. Hæc Societas laudatiſſima in id incumbit, ut *lingvam Germanicam excolat, emendet, perficiat, Oratoriæ ſimul & Poëſeos rationem habeat*, atqve adeo barbariem in lingva noſtra vernacula quotidie creſcentem etiam coërceat.

Quod reliqvum eſt, DEUM invocamus ſupplices, & *huic Egenolfiano*, & aliis utilibus inſtitutis gratia ſua divina adſpiret, atqve ea indies creſcere ſinat, interqve illa *Anthologorum etiam conatus & Miſcellanea Lipſienſia* ſecundet ac provehat. Scribebam Lipſiæ, XII. Calend. Auguſti, ꟾↃ ꟾↃCC XVII.

Obſer-

Obſervatio XCIV.

M. JO. DAVIDIS SCHREBERI,

Scholæ Illuſtris Portenſis Rectoris,

de

FRIDERICI WILHELMI,

Ducis & Pro-Electoris Saxoniæ, *litterariis curis.*

INter pios maxime Principes, qvi & ipſi ingenuo ſemet affectu DEO probarunt, diligentiſſimi religionum cultores, & parentes ſibi pia Numinis veneratione gnaviter voluerunt imbui, o

Saxoniæ Ducum illuſtriſſima ſtirpe FRIDERICUS WILHELMUS meretur numerari, qvi Altenburgi ſedens primum, cum *Tutor filiorum D. Chriſtiani I* Septemviri factus eſſet, Electoratusqve una Adminiſtrator, per decem omnino annos Electorales provincias cum immortali rexit gloria. Loqvuntur aſſiduum ipſius ſtudium, & vigiles de cultu divino, ſuorumqve meliori educatione curas, tot egregia etiam monumenta, qvæ in officina ſua typographica, qvam *in arce Torgavienſi* inſtruxerat, curavit excudi, ipſe artis ejus, qva libri typis ſtanneis in exemplaria transfunduntur innumera, haud imperitus, atqve ita amans, ut qvod *Geſnerus* in *Threnologia Academiæ Wittebergenſis* ſcribit, qvoties per occupationes licebat, typographeum ſuum inviſeret, operisqve adſideret attentus. Enumerat libros illos Celeberrimus, *Tenzelius* in Colloqviis menſtruis, Ao. MDCXIIX. p. 606. 607. *Lutheri* puto *Conciones* per M. Jo. Wanckelium Latine factas, *Joannis Claji explicationes Evangeliorum* Carmine redditas, *Guevarræ Horologium Principum*, qvod & ipſum Wanckelius vertit, ac ipſius

Cel-

Celſiſſimi Principis *Horarum Subciſivarum Exercitationes.* Non licuit oculis mihi uſurpare omnes, ſed cum duos tamen evolverim, non dividiæ ſit legere hic qvædam, qvæ ad Tenzeliani iſtius Catalogi faciunt illuſtrationem. Verſionem illam Concionum, qvas diebus Dominicis & Feſtis domi publiceqve habuit Lutherus, an. 1597. evulgatam, Scholis donavit Provincialibus, & inter κειμήλια ſua ab iisdem voluit adſervari. Docent verſus illud ab interprete, ſine dubio, *Wanckelio* conſcripti, in pagella legendi ſeparatim, qvæ priori involucri parti, qva interior titulum libri reſpicit, in Codice Miſenenſi glutino affixa eſt, ſed in Portenſi vero conſpicitur qvoqve, ac ita ſonantes:

Dei favore gratiaqve Maximi
Dux Fridericus Gulielmus Saxonum,
Septemviratus Adminiſtrator, Comes
Thuringiæ provincialis, Miſniæ
Marchio, Lutheri conciones uſui
Scholæ ſacravit hujus, atqve in literas
Ac literatos pignus hoc ſtatuit ſuæ
Propenſionis prædicandum poſteris.

Alium Codicem *Horarum ſubciſivarum* continentem *Exercitationes*, qvi anno ſe-

qventi MDXCVIII prodiit, & a Tenzelio ſimiliter memoratur, humaniſſime mecum communicavit Vir Juris Conſultiſſimus atqve excellenter doctus *Potentiſſimo Poloniæ Regi & Saxonum Electori a Conſiliis Aulæ atqve Juſtitiæ* DN. *GEORG. GOTTLIEB RITTERUS*, legaturq; Hujus hic benigniſſima voluntate aurea illa Præfatio, qvam ſuis pupillis librum illum, rariorem nunc, neqve obvium ubivis, ſacrans, FRIDERICUS WILHELMUS, eidem præmiſit. Non erravi, credo, hanc auream nuncupans, propterea qvod optimi Principis ſtudiorum conſiliorumqve rationem edocet, & qva fide commiſſos ſibi pupillos, qva ſapientia, ſanctiorum præceptorum diſciplinis innutriri, & illuſtribus excitari exemplis voluerit, luculenter oſtendit. Eſt tale autem egregii operis Πρόσωπον illud τηλαυγὲς, qvod integrum hic comparet:

DEI GRATIA

FRIDERICUS WILHELMUS

Dux Saxoniæ, Tutor &

Electoratus Adminiſtrator &c.

AD

AD ILLUSTRISS. PRINCIPES,

DN. CHRISTIANUM DN. JOHAN. GEORGIUM & DN. AUGUSTUM, F. F. F.

Duces Saxoniæ, Landgravios Thuringiæ & Marchiones Misniæ &c. Agnatos & pupillos cariſſimos.

„INTER ALIAS ET QVIDEM „graves curas, qvibus in tutela Ve„ſtra, dilectiſſimi Agnati, diſtringimur, „nullum præterire diem patimur, qvo „non in lectione bonorum autorum & ſtu„dio Latinitatis aliqvid legamus, ſcriba„mus, aut meditemur. Artium enim & „humaniorum literarum ſtudia, tantum „abeſt, ut a nobis aliena eſſe concedamus, „ut etiam cuivis bono Principi ſummo eſſe „ornamento eadem cenſeamus. Homi„nes enim cum & ipſi ſimus, cur non in „iis ſtudiis, poſt pietatis exercitia, & curas „gubernationis, vacemus, qvæ juventu„tem decent, virili ætati proſunt, ſenium „oblectant?

In ea ipſa animi noſtri recreatione, il-
„lud Apellis accurate obſervamus, *ne dies*
„*ſine linea*. Tanta enim vis eſt diligentiæ
„& exercitationis, ut nihil ſit, quod non
„expugnet pertinax opera & intenta ac di-
„ligens cura: & ex adverſo nihil tam alte
„in animo & corpore defixum atque im-
„preſſum, qvod non paulo diutius infre-
„qventatum, convelli aut certe labefactari
„poſſe videatur.

Verum enim vero cum inter evolven-
„dum bonorum autorum ſcripta, nuper
„incidiſſemus in librum titulo *Faſciculi*
„*Hiſtoriarum* lingva vernacula editum, &
„is propter multifaria exempla, atque an-
„nexas admonitiones nobis mirifice pla-
„cuiſſet, eumqve ex uſu veſtro futurum
„judicaſſemus: conſilium cepimus eun-
„dem totum latinitate donare. Cum e-
„nim in hac tutelaria noſtra adminiſtra-
„tione ſcopus hic nobis ſit propoſitus, qvò
„aſſveſiatis, ut vitia fugiendo, virtutem aſ-
„ſequamini, atque materiam hanc inſtitu-
„to noſtro ſatis aptam eſſe viderimus, pla-
„cuit in Veſtri uſum hoc laboris ſuſcipere,
„& majorem partem libri Latinis verbis
„exprimere. Reliqva de autoribus unde

„ de-

„depromta, & in Germanicam lingvam „transfuſa erant, omiſſis paucis qvibus„dam, transſcribi juſſimus. Illud omne „quemadmodum inprimis ex paterno a„more in uſum ſtudiorum Veſtrorum, qui„bus jam intenti eſtis, a nobis profectum „eſt: ita & Veſtrum eſſe hunc laborem „noſtrum volumus, paterne hortantes, ut „non modo Vobis & toti Reipublicæ ſalu„taria ex iis animis recondatis; verum et„iam bonorum exempla imitando, per„verſorum vitando, juſta veniente ætate in „bonos prudentesque Principes & Patres „patriæ evadatis, atqve ut hæc noſtra ad „majora Vobis ſint incitamento.

Placet enim nobis, ut libris non mi„nus, qvam reliqvo principalis educatio„nis aulæqve ornatu vos oblectantes, in „complexu, oculis, auribus habere aſſveſi„atis autores eos, ex quibus nihil cogno„ſcatis, niſi profuturum, nihil diſcatis, qvod „neſciviſſe rectius fuiſſet. Inde tutelæ „noſtræ curæ & moleſtiæ nobis longe e„runt leviores; Illuſtriſſima Mater veſtra „ſumme lætabitur; vosmet ipſi Deo & „hominibus accepti in patriæ ornamen„tum feliciter adoleſcetis, & conſilii noſtri

 „du-

ductum mature ſecutos fuiſſe, Vos ali-„ quando non pœnitebit.„

Hæc ſunt omnino verba ejus allocutionis, qva illis Juventutis Saxonicæ Principibus ſuum omne pectus amantiſſimum recluſit, ac librum iſtum dedicavit eximium FRIDERICUS WILHELMUS, qvi priori parte varias complectitur admonitiones, de *Gubernatoribus* & *Politicis*, de *Conſiliariis*, de *Adulatoribus* cavendis, de *Manſvetudine*, *Lenitate*, *Amore pacis*, *Munificentia*, *Liberalitate*, de *Bellis inteſtinis* & ſeditionibus avertendis, de *Fide* & *Promiſſis ſervandis*, de *Tyrannis*, & eorum notis &c; poſteriori optima continet *exempla* Juſtitiæ politicæ, ſtudii religionis, Fortitudinis, & generoſæ Indolis, Amicitiæ fidelis, Lenitatis & Manſvetudinis, Pietatis in parentes, Liberalitatis, Gratitudinis, Caſtitatis & Pudicitiæ &c. adduntur-que eidem *Conradi Heresbachii* de educandis atque erudiendis Principum Liberis & adminiſtranda Republica libri duo, cum *Pontani*, *Sturmii*, *Petrarchæ*, *Eraſmi*, aliorumque opuſculis cognitu digniſſimis. Sine dubio hoc ſtudium nitidius typis deſcribendi libros Witebergenſes incitavit,

ut

ut cum Biblia Herbornenſia tum prodiiſſent, & quamvis Calvinianorum, τῇ ὑποθέσει ἀκλευόντων, hinc inde mutata conſilio, multorum tamen exciperentur plauſu, ſimili forma rectiorem Lutheri translationem in Torgavienſi officina refingi optarent, & iſtius rei cauſa Ao. 1598. ad Fridericum Gulielmum ſupplices darent literas, qvas in *Conſiliis Witebergenſibus Theologicis* T. I. *tit.* 1. *n.* 5. *p.* 29. reperias, ad qvorum tamen deſiderium Bibliis excudendis operam fuiſſe datam non invenio. Docet ergo uterque iſte Codex jam memoratus, qvantum in FRIDERICO GULIELMO pietatis ſtudium, qvi fuerit honeſtatis amor, & qvam enixe dederit operam, ut tenera ſuorum ætas literis pariter & virtutum rudimentis recte imbueretur. Neqve vero non teſtes ſunt piæ ipſius mentis piæ qvoque precationes, ab ipſo Duce collectæ atque uſurpatæ, qvas Latina & Germanica lingva *Joh. Wankelius* Torgæ Ao. 1604. iterum forma evulgavit minima, & FRIDERICI WILHELMI *Filiis* JOHANNI PHILIPPO, FRIDERICO, JOH. WILHELMO, & FRID. WILHELMO; ac *Filiabus* in-

 ſcri-

ſcripſit DOROTHEÆ SOPHIÆ, ANNÆ MARIÆ, ANNÆ SOPHIÆ, aliqvoties tam conjunctim dictis lingvis, quàm ſeorſim repetitis editionibus publicatas memorans. Eſt earum Lipſienſis mihi editio, *Henningii Groſſii*, Ao. 1619 impreſſa ſtanno, in cujus Præfatione *Wanckelius* hoc de Principe noſtro fert judicium: Cum ad hanc confeſſionem, tum „ conſtantem veritatis incorruptæ propu- „ gnationem, propagationemque, tum ar- „ dentem Numinis divini invocationem in- „ primis pertinere exiſtimaret: ſpecimen „ utriusque tam ſuo ſeculo prædicandum, „ qvam poſteris imitandum relinqvere, ſu- „ perna virtute adjutus, ſemper ſtuduit. „ Nam ut ſolicitudinem, curamqve plane „ paternam, qvam pro Eccleſia perpetuo „ geſſit, taceam, ne de diligentia in legendis „ meditandisq; ſacris literis indefeſſa & in- „ credibili dicam, ne devotionem in preci- „ bus ad Deum ardentibus religioſam com- „ memorem: an non fidem confeſſionem- „ qve, & cum utraque conjunctam invo- „ cationem ſuam monimentis in typogra- „ pheo qvondam Principali elaboratis ab- „ unde declaravit? Sed neqve vanus *Ni-* „

colaus

colaus Reuſnerus, celebris Vir, pietatis FRIDERICI WILHELMI præco, qvando in carmine Concionum Lutheri Verſioni præmiſſo ita cecinit:

Maxima laus pietas, Ducis & juſtiſſima virtus,
Ad cœlum Dux hæc unica monſtrat iter.
Illa Tibi, Dux magne, placet, Friderice Wilhelme,
Illa Patri placuit ſemper Avoqve Tuo.
Illa ſimul Proavo placuit, vivente Luthero,
Sub qvo lux verbis clarior orta viget.
Symbolon hoc adamas: pietas tutisſima virtus.
Conſerva in verbo me, Deus, oro, tuo:
Res probat hoc, quod vox ſonat, & manus, optime Princeps,
Pingit. Nam pius es totus amansqve Dei.

Ceterum *M. Johannes* ille *Wanckelius* Kembergenſis Saxo, & *Adami Siberi* in Schola Grimmenſi aliqvando diſcipulus, qvi bonas artes primum in Schola Torgavi-

gavienſi docuit, fidelem operam optimo præſtitit Duci, ac placere Huic ſuo quæſivit ſtudio, quo mortuo Witebergam vocatus, & Hiſtoriam ibidem publice exponere juſſus eſt, ubi ſuum etiam diem Ao. 1616. placide obiit. Qvid monumento ejus inſcriptum fuerit *Sennertus* recitat *in Athenis Witebergenſibus p. 241.* Ingenii vero monumenta, cum ſupra jam adductis, *Henningus Witte* in Diario biographico ad annum 1616. hæc commemorat: Hyperaſpiſten Priſciani vapulantis contra Johannem Rhenium, Mellificii Hiſtorici ſupplementum, nec non diſputationem de Ahaſvero, Eſtheræ marito.

Obſervatio XCV.

CAROLI ARNDII,

Lingv. Hebr. & Theol. Catech. Duc. Prof. Publ. in Acad. Roſtoch.

De

USU Poëſeos profanæ in Theologia Exegetica, & quidem INNATO & INSITO.

NUmeroſiſſima quidem hactenus circumferuntur in orbe literato Virorum Celeberrimorum meditamina æque ac monumen-

numenta, illuſtriora ex rerum poëticarum farragine capita honeſtis utilibusqve ſubſidiis proſeqventia pariter ac explanantia; nemo tamen ex iis (qvod præfiſcine dixerim) qvantum mihi hinc inde ſciſcitanti conſtat, ad hunc usque diem in eam incidit meditationem aut elaborationem, qua peculiari opera in medium protulerit vel excuſſerit *Uſum illum Poëticæ profanæ*, quem ſuppeditat *in Theologia* Bibliorum *Exegetica*, dogmatum ſ. *didactica*, Controverſiarum *Polemica*, Moralium *Practica*, & Antiquitatum *Eccleſiaſtica*. Cum igitur duodecim circiter abhinc annis Extraordinarium t. t. Profeſſoris Poëſeos ſuſtinens officium, in prælectionibus publicis, iſto ſub tempore habitis, certas quasdam in chartam conjecerim poſitiones, quæ ad hoc, quod inſinuavi, argumentum ſingulari quadam ratione pertinent, & quidem non ſine approbatione Rev. t. t. Facult. Theol. Acad. Roſtoch. non potui non, quin Iſagogica hæc MSCta, data mihi occaſione plane exoptata, egregiis illis inſeri curarem partite voluminibus, quæ cum inter alia in finem colliguntur, ut Literatorum MSCta a corruptione tinearum blattarumque, quibuscum illis alias ſ. lugnandum, feliciter præſervent.

§. I.

Duplici ratione conſiderari poteſt *Uſus Poëſeos profanæ Exegeticus*, vel quatenus ipſa Scriptura Sacra nobis ſuppeditat ſenſum & uſum Poëticorum argumentorum, vel quatenus Poëtæ Gentilium

lium illuſtriores eundem ſenſum & uſum, a Scriptura Sacra ſuppeditatum ad ſuam religionem applicarunt & accommodarunt; adeoque pro duplici hoc conſiderandi modo, duplex enaſcitur uſus Poëſeos & Poëtarum in Theologia Bibliorum Exegetica, alter INNATUS & INSITUS in Sacra Scriptura ſive Sacris Bibliis; alter ADSITUS & ILLATUS in Sacram ſcripturam, quorum *prior* abſolvitur & poëſi Hebræorum fidelium Eccleſiæ V. T. Judaicæ, & poëſi fidelium Græcorum & Latinorum Eccleſiæ Novi Teſtamenti Chriſtianæ: *poſterior* dogmatibus & ritibus, quæ in Sacris continentur monumentis, mythologica quadam ratione in dogmata & ritualia Gentilium a Poëtis Gentilibus translatis.

§. II.

De Poëſi Sacra HEBRÆORUM V. T. fidelium triplex deprehenditur Eruditorum, tam Theologorum quam Philologorum, ſententia: *Ima* illorum, qui putant, nullam fuiſſe unquam Poëſin Hebræorum metricam, nec etiam eſſe potuiſſe, & hos inter *Joſephi Scaligeri*, *Samuelis Boblii* & *Matthiæ Waſmuthi*, apud PFEIFFERUM in Diatr. de Poëſ. Hebr. Theſ. II. & III. *IIda* illorum, qui metricam quidem concedunt Hebræorum poëſin, ſed vel indeterminatam ac incertam faciunt, ut *Junius*, *Schindlerus*, *Genebrardus*, *Bellarminus*, *Alſtedius*, & alii: vel certam & determinatam, ut ex antiquis, *Euſebius*, *Hiero-*

Hieronymus, Iſidorus Hiſpalenſis, aliique, ex recentioribus, *Vatablus, Maſius, Victorius, Crojus, Fabricius, Ebertus, Gomarus* præcipue in Lyra Davidis, quam refutavit Ludovicus Capellus, quamque deliraſſe ſæpius judicant Abr. Calovius, Aug. Pfeifferus, Joh. Conr. Danhauerus, aliique. *Illtia* illorum, qui ſtatuunt, divinari quidem poſſe hodie, qualis in genere fuerit forma & ratio Poëſeos Hebræorum, nempe Metrica, in ſenſu laxiori ita dicta, intimam tamen ejus & ſpecialem formam determinare ſeu deſcribere hodie nemini eſſe integrum; quique adeo diſtingunnt inter formam ſive *rationem formalem* Poëſeos Hebrææ *Generalem & Specialem*, docendo, *illam* probabiliter poſſe determinari per Muſicum quid inferentem, non Metricum; hanc vero nullo modo accurate poſſe deſcribi. Eſt hæc ſententia numeroſos inter alios *Auguſt. Pfeifferi* Diatr. pecul. de Poëſ. Hebr. Theſ. XVII. *Olai Borrichii* Diſſ. Acad. de Poëtis, Diſſ. I. §. III. *Gerh. Joh. Voſſii* de Arte Poetica Cap. XIII. §. II. *Sal. van Till*, Veter. Hebr. inpr. Poetica illuſtrata p. 74. *Joh. Conr. Danhaueri* in Orat. de Poeſi Sp. S. ſubjunct. Polit. Bibl. p. 125. *Joh. Georg. Dorſchei*, Pentad. Differt. Diſſ. II. §. II. p. 68. 69. *Joh. Fechtii* Præf. germ. ad Carmina Germanica Ducis quondam Mecklenb. Seren. Guſtavi Adolphi, p. 1. 2.

§. III.

Falſum eſt principium, *Theod. Herberti, Andrea*

dreæ Maſii, *Nicolai Petræi*, *Jacobi Capelli*, *Johannis Clerici*, inprimis *Marci Meibomii*, in novo ſpecimine Biblicarum emendationum, quo mediante Poëſin Hebræorum conſtituunt in ſono vocum ſimiliter deſinente, & libros ſcripturæ ſacræ Metricos, ſi ὁμοιοτέλευτα non compareant, pro lubitu mutare conantur, quodque tam egregie pariter ac ſolide, reliquos inter, quorum nominibus brevitatis ergo nunc parcimus, deſtruxerunt, *Brand. Henr. Gebbardi* diſp. pec. de Metro Meibomiano, *Joh. Henr. Majus* in Exercit. Sacr. ed. in 8. & Auctar. repetit. Exam. Hiſt. Crit. N. T. *Val. Ern. Læſcherus* de Cauſ. Lingv. Hebr. lib. 1. c. 13. §. 12. 13. p. 182. ſeq. *Herm. Chriſtoph. Engelkenius*, Diſp. exhib. Pſalm. CXLV. aliorumque vindicationem a corruptelis Pſeudo-Criticorum §. III. & ſeq. ut ego quidem pro mea tenuitate non habeam, quod ſaluberrimis ipſorum monitis hac quidem vice ſuperaddam.

§. IV.

Theſis illa, qua defenditur, quod Poëſis Hebræorum in ſacra V. T. Scriptura occurrens, non ſit preſſe proprieque ſic dicta, & ad leges Poëticas ſeu metricas hodiernas exacta, ſed Poëſis laxe, analogice, & impropriè ſic dicta, legibus illis libera ſive ſoluta & cantui accommodata, Theſis, inquam, illa, Antitheſi (ut vulgo in Scholis loquimur) rejecta, & argumentis Anti-theticis debitis ex fundamentis disjectis atque diſſipatis, dignum in modum conſolidatur ab *Aug. Pfeiffero*,

in

in Diatr. de Poëſ. Hebr. Theſ. XVIII. inſerta Dub. Vexat. Cent. III. Loc. XLVI. p. 527. ſqq. (1) à *Cantionis inſinuatione*, quia Carmina Sacra efferuntur terminis non inferentibus Metricum quid ſed Muſicum. (2) à *Melodia accommodatione*; quia ex inſcriptionibus Pſalmorum patet decantatos eosdem fuiſſe certa melodia in certis inſtrumentis. (3) à *Poëſeos Hebraica ſimplicitate*, quia Poëſis illo tempore nondum fuit exculta neque ad leges Poëticas adſtricta. vid. Pſalm. CXXXVII, 2. 3. 4. (4) *ab aliarum irreconciliabilitate*, quia Poeſis Hebræorum Sacra non poteſt conciliari quoad proportionem cum ulla Poeſi, quæcunque tandem illa ſit, id quod extra controverſiam omnino poſitum. (5) *ab omnimoda deletione*, quia ſi extitiſſet talis proprie preſſeque ſic dicta Hebræorum Poëſis, veſtigia quædam ejus ſupereſſent neceſſe eſt, quemadmodum ſuperſunt de laxè ita dicta & analogicè i. e. carminibus ad Muſicam accommodatis. (6) *ab inſolida fundatione*, quia Poeſis illa metrica in Sacris proprie preſſeque ſic dicta inſolidum habet fundamentum, ſcil. autoritatem Joſephi, Philonis, Hieronymi & aliorum quorundam Patrum. Sed hi locum non habent, ſenſu & experientia reclamante.

§. V.

Extant quidem hinc inde in Pentateucho *Moſaica poëtica manus veſtigia* e. g. Geneſ. IV, 23. 24. IX, 6. XLIX. Cap. teſtamento Jacobi Patriarchæ, quod omnino colores Poeticos habet, non alia

tamen æque illuſtria in eadem occurrunt carmina, ac illa, quæ ad peculiarem cantum à Moſe ſunt compoſita, & publice decantata, quorum duo deprehendimus maxime ponderoſa, alterum Ἐπινίκιον Exod. XV. alterum Νεθέτικον Deuter. XXXII. in quibus magnum ſeſe & perfectum probavit Poëtam MOSES, quia & ſtyli ſublimitate, & ſenſuum profunditate, & rei propoſitæ majeſtate ita ubicunque excellit, ut ad divinum carmen nihil poſſit accedere. Leg. *Corn. Diet. Koch* Diſp. de Eloqv. & Poeſ. Moſis §. XXIV. XXV. XXVI. *Seb. Kortholtus* Diſp. de Enthuſiaſmo Poetico §. LIX. LX. *Job. Fechtius* Præf. Germ. ad Carm. germ. Sereniſſimi quondam Ducis Meckl. GUSTAVI ADOLPHI p. 6. 7.

§. VI.

Adeſt in Codice V. T. Sacro Liber JOBI, & inter Libros Bibliorum Sacrorum metricos ſ. poeticos primo vulgo conſtituitur loco, qui ex communiori Theologorum pariter ac Philologorum ſententia, Hiſtoria habetur antiquiſſima juxta ac luculentiſſima, dramatico quodam ſcribendi genere contexta, & populo Judaico, tanquam ſingulare conſtantiæ exemplar dicata, circa quam, qui ſtyli diſcrepantiam contra objecerit, monebitur optime, ut à Geneſeos XLIX Capite ad Jobum legendum gradu quodam paralleliſtico accedat. Hic quidem JOBUS, ſi conſtat metris, quod plerique Philologi ponunt extra dubium, metris conſtat Comicis, teſte *Dn. D. Kochio* l. c. h. e. quæ à ſoluto ſermone quam proxime abſunt.

ſunt. Quod autem eſt apud Horatium Lib. I. Sat. IV.

Idcirco quidam Comœdia nec ne Poëma
Eſſet, quæſivere: quod acer Spiritus ac Vis
Nec verbis nec rebus ineſt, niſi quod pede certo
Differt ſermoni ſermo merus;

id nequaquam in Comœdiam Sacram, JOBUM, convenit, quippe quæ οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει (Homer. Iliad. Δ. v. 443.) *Ingrediturque ſolo & caput inter nubila condit.* (Virg. IV. Æneid.) Leg. *Georg. Serpilius* Biograph. Script. Bibl. (Lebensbeſchreib. Bibl. Scribenten) Part. VII. Perſonal. Jobi Cap. X. p. 139. ſq. Cap. XI. p. 163. ſq.

§. VII.

Reliqui, qui in Bibliorum Sacrorum volumine apparent, Libri, vulgari nomine appellati *Metrici* ſeu *Poëtici*, utpote Pſalmi Davidici, Proverbia, Eccleſiaſtes & Canticum Canticorum Salomonis, ſunt & dicuntur ita (prout *Pfeifferus* loquitur „l. c.) non in ſenſu ſtrictiori & κατ᾽ ἀκρίβειαν i. e. „quod ad leges Poëſeos ſeu Europææ, ſeu Orienta„lis hodiernæ teneantur adſtricti, ſed in ſenſu la„xiori & κατ᾽ ἀναλογίαν i. e. quod ſcrupuloſiori „quantitatis poeticæ neceſſitate maneant ſoluti, „ad Muſicam tamẽ ita accommodati, ut nulla ha„beatur ratio ſeu rythmi proprie ſic dicti, ſeu me„tri preſſe ita dicti i. e. quantitatis ſyllabarum, ſive „à natura vocalium, ut fere apud Europæos, ſive „ex ſyllabæ ſimplicitate & compoſitione, ut apud „Orientales pleroſq; metiendæ, ſed numeri tan-

„tum habeatur ratio ad melodiam proportionati; „vel[prout *LEUSDENIUS* loquitur Philol. Hebr. Diſſ. VII. §. 34. p. 81.] ſunt & dicuntur ita, quia „Carmina ſunt, quæ cantui fuere accommoda-„ta, ſed ſine certo metro, cùm cæteri libri nun-„quam vocentur carmina, nec unquam fuerint „cantati, neque etiam cantui fuerint accommo-„dati, & quia in his Libris non ſit mere ſoluta o-„ratio, qualis invenitur in cæteris, ſed oratio „ſyllabarum & vocum certo numero ad melodi-„am adſtricta.

VIII.

Habemus præterea in Codice Scripturæ Sacræ V. T. *Cantica alia Mulierum, Iſraelis* Exod. XV, 21. Iſraelitarum Num. XXI, 17. eorundem offerentium primitias Deut. XXVI, 3. Deboræ & Barac, Jud. V, 1. 2. Hannæ, Matris Samuelis, 1. Sam. II, 1. ſq. Eſaiæ Cap. V, 1. ſq. XXVI, 9. Ezechiæ cap. XXXVIII. Eſ. V, 10. Jonæ Cap. II. v. 3. Habacuc Cap. III. item Cantica ab integro Prophetarum choro decantata 1. Sam. XIX, 20. ſq. deſcriptaque à B. Danhauero in Orat. de Poeſi Sp. S. p. m. 120. Polit. Bibl. item Cantica Sionis i. e. quibus laudes Dei celebrabantur in templo Hieroſolymitano Pſ. CXXXVII, 3. unde & vocantur Cantica Templi Amos III, 3. & Cantica Dei 1. Chron. XXV, 7. quia adhibebantur in cultu Dei. Quem in finem Cantores ſeu Muſici Sacri ex Levitis erant conſtituti, & à Davide in certos ordines diſtributi 1. Paral. XXVI, 1. ſqq. Vid. *Petrus Ravanella* Biblioth. Sacr. T. I. p. m. 227.

228. *Joh. Andr. Quenſtedius* Antiqu. Bibl. & Eccleſ. Cap. I. n. VIII. §. VI, p. 65. ſq. aliique Scriptores Antiquitatum Sacrarum ſelecti.

IX.

Quod attinet ad Poëſin Sacram eamque *inſitam Fidelium Græcorum & Latinorum Eccleſia N. T.* Chriſtianæ, præter illa, à fideliſſimo Apoſtolorum Paulo & ſermonibus & ſcriptis ſuis adverſus infideles commemorata GENTILIUM POEMATA Act. XVII, 28. 1. Corinth. XV, 33. Tit. I, 12. elegantiſſimo pariter ac doctiſſimo diſcurſu illuſtrata plurimos inter alios à *JOH. MICH. DILHERO* in Diſp. Philol. de uſu Lectionis Scriptorum ſecularium & antiquitatis in altiori Literatura Tom. I. Diſp. Acad. Diſp. VIII. p. 274. ſqq. non occurrit in Codice Sacro N. T. teſte. B. *FECHTIO* τῷ πάνυ in Præf. germ. ad Carm. Germ. Sereniſſ. quondam Ducis Meckl. GUSTAVI ADOLPHI pag. 3. §. 11. Liber qui jam quoad materiam & formam Poeticus h. e. res poeticas verſibus quoque poetico numero adſtrictis comprehendens; ſed unicus ac ſolus occurrit Liber quoad materiam Poetico analogus, ſcil. Dramaticus, APOCALYPSIS ſcil. JOHANNEA, quippe quæ ipſo judice nihil aliud eſt, quam Comœdia Sacra certis quibusdam Actibus compoſita atque repræſentata, nec non variis undique exornata conſtipataque Emblematibus ſive Emblematicis Symbolis, adeoque Dramaticus quoad materiam, etſi non quoad formam h. e. non ſtylo dramatico & poetico ſ. metrico analo-

go conſignata, ſed ſtylo proſaico & numeris cujuscunque ſint generis Poeticis haudquaquam adſtricto.

X.

Alias obveniunt adhuc nobis in Codice N. T. Biblico Cantica quædam Sacra, ab *Hominibus fidelibus compoſita*, utpote Canticum Mariæ Virginis Luc. I, 46. ſqq. Zachariæ Luc. I, 68. ſqq. Simeonis Luc. II, 28. ſq. Chriſti & Diſcipulorum Matth. XXVI, 30. Angelorum Luc. II, 13. Apoc. IV, 8. Eccleſiæ triumphantis Apoc. V, 9. VII, 9. XV, 3. Hymni, quos cecinerunt in carcere Paulus & Silas Act. XVI, 25. Et quanquam forſan hæc carmina, hi hymni, non fuerint proprie preſſeque ſic dicta Carmina ſive poëmata, ſed tantum Carmina analogice & laxe ſic dicta, analogum quid continentia Carminibus illis, Hymnis, Canticis & Poematibus ſecundum rigorem ita appellatis; hymni tamen illi & Pſalmi, quos canere jubentur fideles Epheſ. V, 19. Coloſſ. III, 16. ſatis luculenter arguunt, DEO probata eſſe, imo ab ipſo commendata implicite carmina illa κατ' ἀκρίβειαν ita dicta, laudem divinam aut myſteria fidei debita cum devotione decantantia. Leg. *Joh. Davennatius* Comment. in Ep. ad Coloſſ. cap. III, 16. p. m. 330. ſq. ed. in fol. *Fechtius* ὁ πάνυ l. c. §. III. p. 3. 4. & *Joh. Bona* Tract. de divina Pſalmodia cap. 1. §. III. IV. p. 657. ſq. Opp. ed. in 4to.

OB-

Obſervatio XCVI. M. PAULI CHRISTIANI HILSCHERI,

SS. Theol. Baccal. & Paſtoris Palæo-Dresdenſis,

de

Domini noſtri & Salvatoris JESU CHRISTI,

cum verſaretur inter homines, *ſtudiis*

ἄτερ γραφῆς.

SUMMA.

Chriſtus ſe Vſu divinæ majeſtatis ad tempus abdicavit §. 1.

Et æque, ac reliqui homines, crevit ſapientia, §. 2.

Factus ergo abcdarius. Præceptores ejusdem Zachæus, Anonymus, Joſua Parachia, Elkanan §. 3.

De colloquio ejus cum doctoribus in templo §. 4.

An artem ſcriptoriam tenuerit? §. 5.

Ac præter vernaculam linguam, & eruditam, Latina quoque, & Græca fuerit peritus? §. 6.

Verſatus in libris Judæorum. Rabbi, Maphtir, & Sacerdos §. 7.

Eruditio ejus vindicata contra Nazarenos. §. 8.

Non magus fuit, §. 9.

Nec Viator, tinctor, plaſtes, pictor, §. 10.
Faber fuit. An murarius? aurarius? ferrarius? lignarius? Si lignarius: an ſcriniarius? vehicularius? naviculariu? tignarius? Conciliatio, §. 11.
Libri ab eo confecti. XXVII. tomi, opus de magia, Epiſtola ad Abgarum, Subſcriptio, ſigillum, MSta. §. 12.
Monitum. §. 13.

§. 1.

ETſi humána *Salvatoris* noſtri natura infinitis donis prædita fuerit, ob unionem cum divina Filii DEI perſona, neceſſe tamen erat, ad perficiendum patiendo arduum opus redemtionis, uſu eorum in definitum divinitus momentum abſtinere. Hinc *exinanitionis ſtatus.* De quo, cum non omnia in ſacras literas relata fuerint, multa ſibi pia ſimplicitas, multa ſciendi libido, multa malorum impoſtura confinxit, quorum partem nunc proferre in medium animus eſt.

§. 2.

Creviſſe eum, cum inter homines degeret, ætate pariter atque ſapientia, & in omnibus, ſi peccatum exceperis, ſimilem nobis factum eſſe, diſertis verbis ſcriptura (a) ſignificat. Quemadmodum igitur corpus veſtibus, cura, balneo, aliisque humanæ ſortis neceſſitatibus habuit opus, ita nullum eſt dubium, quin & animi facultates quotidia-

(a) *Luc. II, 52. Hebr. II, 17. IV, 15.*

tidiana conſvetudine, & ſedula inſtitutione magis magisque excitatæ fuerint, atque expolitæ. Id vero, qua factum ratione, quibusve mediis ſit? non æque certum exploratumque eſt, ſed lubrica veterum traditione nititur.

§. 3.

Primum, qui ipſum, & quidem Hieroſolymis, (b) literas docuiſſe perhibetur, *Zacchaum* memorat *liber de infantia Chriſti*. Ad hunc adductus a matre abcdarius factus, pronunciare juſſus fuit ordine literas, *aleph*, *beth* &c. At ille ad præceptorem: *dic mihi prius ſignificationem literæ Aleph, & tunc Beth efferam!* Cui, cum hic intentaret verbera, expoſuit ſignificationes elementorum, aliaque ad rem Grammaticam pertinentia ita accurate, & erudite, ut in ruborem daret magiſtrum diſcipulus. Alius deinde Orbilius, cujus informationi demandatus fuerat, cum plagis ipſum eandem ob cauſam male tractaſſet, ſubita morte interiit. (c) Similis propemodum hiſtoriola occurrit apud Muhamedanos. Ajunt enim Jeſum cum ipſi Præceptor ſolennem formulam præiviſſet: *In nomine miſeratoris miſericordis*, quæſiviſſe ex eo: *Quid ſibi velint in dictione BESMI* tres cha-

B 5 racte-

(b) *vel ex hoc loco fabula patet, cum Chriſtus non Hieroſolymis, ſed Nazarethi apud parentes fuerit educatus.* (c) *Vide hoc apud CL. FABRICIUM* in codice apocryphorum N. T. p. 129. 165. 166. 207. 208. *& quæ ibidem more ſuo, i. e. doctiſſime, annotavit.*

racteres *B. S.* M? quod cum ille ignorarit, dixiſſe: literam *B* ſignificare *Babab allab* (majeſtatem Dei) *S. Sanab allab* (celſitudinem Dei) M. *Molcobo* (regnum Dei.) (d) Sed & Judæi de præceptore quodam Jeſu fabulantur, *Joſua* nempe, *filio Parachia*, qui cum ipſo Alexandriam in Ægyptum profugerit, (e) cui *Elkanam* addo, quem virulentiſſimus liber *Toledot Jeſchu* comminiſcitur. Etſi vero nihil certi hac de re conſtet, non tamen diffitendum, quin facultatem legendi textum biblicum utilesque libros more modoque, ea ætate recepto, citra miraculum, quod ſecus ſi eſſet, S. Scriptura forte non reticuiſſet, ſibi acquiſiverit. Atque hinc non modo audacter in colloquiis cum Phariſæis & Sadducæis ad ſacrum codicem provocat, ſed & ipſe aliquando in Synagoga publice prælegit. (f)

§. 4.

Natus deinde annos duodecim Hieroſolymis inter doctores audiendo eos, & interrogando, admirabilem ſe præbuit. (ff) De colloquii argumen-

(d) *refert MAROCCIUS* in Alcor. ad Sur. I.
(e) *hoc ex eorum mente refero, qui Talmudicum Jeſum eundem cum noſtro eſſe cenſent, quod cum SELDENO* l. IV. de Jure N. & G. c. 9. *ſtatuit, pluribusque docet WAGENSEILIUS* Sot. p. 1049-1059. *Sed* vid. *CARPZOV.* *ad* ס״ת Schickardi p. 16. *&* *WÜLFERUM* annot. ad Theriac. Jud. c. 1. §. 7. p. 50. ſeq.
(f) *Luc. IV, 16.* (ff) *Luc. II, 46.*

mento multa commenti ſunt veteres. Tradunt enim diſſeruiſſe eum *cum Theologis* de perſona, officiisque Meſſiæ, *cum Aſtronomo* de numero Sphærarum, & corporum cœleſtium, *cum Philoſopho* de Phyſica, Metaphyſica, Hyperphyſica, & Hypophyſica, de ſtructura corporis, facultatibus animæ, omniumque rerum natura, ita ſolide & ſubtiliter, ut ſingulorum animos oculosque in ſe converteret. (g) Sed etſi hæc in honorem Salvatoris dicta videantur, non tamen incerta ſolum, verum & manifeſto falſa, & maximam partem oppido inepta ſunt. Sedit utique in medio doctorum, doctorum non ſubſellia occupans, qui pictorum error eſt, ſed auditorum loco modeſte ſe continens, aucupandoque ſermones, quos ad concionem faciebant illi, anſam dedit pia ſciſcitatione, ut ingenii vires reſpondendo ad quæſita expromerent magiſtri, & latentem in ipſo divinam virtutem tacite venerarentur.

§. 5.

Scribendi artem an calluerit? diſceptari poterat. Nihil ad rem, quod ex epiſtolis, librisque ejus ad confirmandam ſententiam afferri poſſet. Sunt enim, quod paulo poſt intelligemus, ſubleſtæ fidei. Sed aliquid tamen ponderis habere videri poterat, quod apud *Johannem c. IIX, v. 6. 8.* in decidenda adulteræ ἐν αὐτοφόρῳ comprehenſæ cauſa bis de eo dicatur ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν. De cujus

(g) Evang. *de infantia Chriſti* ex Arabico tranſlatum a *SIKIO* ſub finem.

cujus ſcriptionis argumento non una interpretum mens eſt. Quidam arbitrantur ſingulorum, qui accuſabant mulierem, peccata conſignaſſe eum. Quidam expreſſiſſe ſententiam prophetæ: *terra, terra, ſcribe, ſcribe hos viros abdicatos!* Quidam: *terra eſtis & de terra judicatis.* Quidam: *Feſtucam, quæ in oculis eſt fratris tui vides, trabem autem, quæ in oculo tuo eſt, non vides.* Denique, literis expreſſiſſe, quæ mox reddebat locutu: *Qui ſine peccato eſt, primus in eam lapidem mittat.* Hi omnes concedant neceſſe eſt, Jeſum calluiſſe artem ſcriptoriam. Sed quod pace eorum dixerim, non literarum quidem figuras delineaſſe videtur mihi, ſed inſtar meditabundi: quid ad captioſam iſtam malevolorum quæſtionem commode reſponderet? arando pulverem negotium quaſi feciſſe phantaſiæ, quo minus ea animum in conſiderando turbaret. Τὰ γράφειν enim non definite notat pingere literas, mentis quendam ſenſum exprimentes, ſed characteres etiam quoscunque, imo ductus quoque, nihil ſignificantes, effingere. Qua de cauſa ita ſentio: *Nec ipſa Scriptura, nec alio idoneo teſte doceri poſſe, Salvatorem dominumque noſtrum J. C. tenuiſſe artem ſcriptoriam, aut ſi tenuerit, unquam exercuiſſe.*

§. 6.

Sed forſan & linguarum ſtudium excoluit? *Vernacula*, id eſt, *Syro-Chaldaa*, quæ vulgo *Hebræa* tunc audiebat, locutum eſſe, nemo non conceſſerit, qui hiſtoriam Evangelicam diligenter conſideraverit. Opus præterea habuit *purioris*

illius

illius *lingva* cognitione ad intelligendam Legem, quam aliis recitavit e ſacro codice, atque interpretatus eſt. Adeo enim gens ea avitæ lingvæ tunc ignara fuit, ut textus ipſi ex Hebræo fonte in lingvam ſibi receptam eſſet transferendus. Quid autem de *Græca* lingva, & *Latina* dicam? Illa certe victoriis Alexandri M. univerſo propemodum orienti adeo familiaris facta, ut non ſolum vulgo adhiberetur, ſed ipſi etiam Apoſtoli in libris epiſtolisque conſcribendis ea fuerint uſi. Hujus autem notitiam inevitabilis converſatio cum Romanis, quibus tunc erat parendum, exigebat, adeo, ut pauci, quibus in publico verſandum, fuiſſe videantur, qui præter gentis lingvam, non etiam Græce dicerent, atque Latine. Cum igitur Chriſtus non in Judæa ſolum, ſed confiniis quoque regionis verſaretur, & Hieroſolymis etiam cum Græcis, Romanisque, proſelytis nempe, publicanis, militibus, ipſo denique Pilato ſine interprete loqueretur, admodum ſit veriſimile, eum Græcæ pariter atque Latinæ lingvæ non fuiſſe rudem. Num autem easdem uſu & exercitio, an vero præceptis didicerit? non juvat curioſius rimari.

§. 7.

Sed nec ſtudiorum, quæ tum inter eruditos vigebant, expertem fuiſſe, ex diſputationibus cum Phariſæis, & Sadducæis elucet. Paſſim enim ad traditiones veterum, opinionesque ſectarum, non adeo in vulgus notas, diſerte provocat, quarum rerum cognitionem tam ex familiari con-

ver-

verſatione cum ipſis, quam lectione ſcriptorum, qui tunc maxime volvebantur, acquiſiviſſe, propemodum veriſimile apparet. Non ſolum enim *lingva Talmudica* utitur (h), ſed parœmias etiam & integras hiſtorias, ſimilitudinesque, & loquendi formulas complures in ſcholis eorum tunc frequenter uſurpatas, & ſcripto poſtmodum codici Talmudico inſertas, prudenter in uſum ſuum contuliſſe, *Sheringham*, *Cartwight*, *Lightfoot*, *Dilherr*, *Hackſpan*, aliique viri, antiquitatum Judaicarum admodum periti, jam olim ſunt arbitrati. Æque parum enim indignum fuit ſapientia diſertiſſimi doctoris e penu magiſtrorum illius ætatis expromere nonnulla, ac Paulo, Arati, aliorumque profanorum autorum argute dicta immiſcere epiſtolis. Hoc enim pacto verſatum ſe in eorum ſcriptis teſtabatur, nec doctrinam, loquendique rationem adſpernari, ſed quod a veritate piisque moribus alienum eſſet, emendare. Multo præterea probabilius aſſeritur, Salvatorem noſtrum, qui paſſim traditiones patrum citat, nonnihil ab Judæis pro lubitu ſumſiſſe mutuo, quam Judæos, qui ipſum & dogmata ejus plus, quam

(h) *CARPZOVIUS* epiſt. dedic. in Lightfoot. Hor. Talm. *Non alia*, inquit, *lingua vel dialecto, quam Talmudica, Ieſum inter Iudaos agentem, locutum exiſtimes, nec putes alienum fuiſſe ab his loquendi formulis, quibus in Talmudicis Miſchna, & utriusque cum Babylonici, tum Ieroſolymitani Gemara Rabbinos iſtius temporis millies uſos deprehendis.*

quam Vatiniano odio proſequebantur, vel unicam modo ſententiolam Talmudico codici, libro, ſcilicet longe ſanctiſſimo, inſeruiſſe. Sit ergo, quod ad nullius Gamalielis pedes ſederit, triviſſe tamen eum Rabbinorum ſcripta, quid vetat dicere? Accedit & illud, quod non vulgo ſolum, ſed ab ipſis etiam Phariſæis & ſcribis, titulo eruditis Judæorum fere proprio, *RABBI*, ſalutaretur, & more magiſtrorum diſcipulos eligeret, populumque etiam in Synagogis docendi poteſtatem haberet. Cum enim ſcholam aliquando Nazarethanam ingreſſus ad legendum ſe pararet, oblatus ipſi liber Eſaiæ fuit, ex quo inſignem locum recitavit, eumque magna παῤῥησίᾳ explicatum dedit. (i) Non cenſuerim, cuilibet ſine delectu fuiſſe licitum, lectorem eo in loco atque interpretem agere, ſed munus id competiiſſe iis, qui γραμματεῖς & νομικοὶ vocabantur. Quanquam vero nonnullis extra ordinem etiam honor ille haberetur; (k) non tamen fiebat niſi his, qui aptitudine ad defungendum hoc officio inſtructi judicarentur. Cum igitur Chriſtus fama rerum geſtarum, & verbi præconio venerationem ſibi jam comparaſſet, ecce *MAPHTIR* ab archiſynagogo non tam ſeligitur, quam offerendo ſemetipſum tacito nutu approbatur. (l) Quid? quod nonnulli veterum cum ob morum probitatem, exqui-

(i) *Matth. XIII, 53. Marc. VI, 1. Luc. IV, 16.*
(k) *Act. XIII, 15.* (l) v. Lightfoot Hor. Talmud. p. 254. 761.

quiſitamque legis notitiam *SACERDOTEM* conſtitutum fuiſſe Hieroſolymis ſomniaverint, id quod ex publica illa Legis lectione confirmari, *Suidas* (m) opinatur, longam hac de re narrationem texens, quam ſeorſim etiam paucis mutatis in Codice MS. biblioth. Pariſienſis reperiri *Ludolph.* *Küſterus* ad autorem modo allegatum notavit. Videas præterea apud *Lambecium*(n) inter MS. codices citari *S. Maximini fragmentum de ordinibus Eccleſiaſticis a Chriſto gradatim adminiſtratis.* Ac Sacerdotali quidem ſtola velatum priſci pictores propemodum omnes repræſentant, id tamen non ex hoc capite, ſed ſimplici quadam reverentia factum eſſe arbitror. Cum namque vererentur, ne ſi Salvatorem contemptibili Judæorum habitu ſiſterent, contra dignitatem perſonæ peccarent, & clericorum veſtes ea ætate neſcio quam ſanctitatis ſignificationem haberent, religionis cauſa optimum Salvatorem venerabili hac figura in tabulis vulgo commendare voluerunt. Atque ea pingendi ratio ad noſtrum usque ſeculum perduravit, quod vel ex libris, qui pericopas dominicales complectuntur, abunde conſtat. Sed hæc, quæ de ſacerdotio Chriſti apud Judæos hinc inde enarrantur, ita comparata ſunt, ut fidem apud eum, qui novit, quid æra lupinis diſtent? haudquaquam inveniant.

§. 8. Etſi

(m) *in Lexico v.* Ιησῦς, *adde* Sixtum Senenſem bibl. l. 2. v. Jeſus. (n) in *Biblioth. Vindob.* l. IV. p. 169.

§. 8.

Etſi vero hæc temere fingantur, quin tamen non ſolum beneficio optimæ naturæ, ſed hominum etiam eruditorum converſatione, legendoque eorum libros, pro ſtatu nempe, quo uti tunc allibuerat, magnam rerum Judaicarum ſcientiam poſſederit, inficias ire non velim; Dubiam tamen hanc ejus eruditionem reddere videntur ipſi cives ejus Nazarethani, inter quos educatus fuerat. Cum enim ipſum graviter perorantem audirent, rei novitate perculſi: *Unde*, inquiebant, *huic iſta eſt ſapientia? Nonne eſt ille fabri filius? nonne mater ejus dicitur Maria, & fratres ejus Jacobus, & Joſes, & Simon, & Judas? & ſorores ejus nonne omnes apud nos ſunt? Unde igitur iſti hæc omnia? Et offendebantur in eo.* (o). Sed cum jam per plures annos abfuiſſet Jeſus, & in urbe Capernaum, quæ tum quam maxime florebat, ſedem poſuiſſet, homines illi ob loci diſtantiam, nullam tranſactæ hactenus vitæ cognitionem habentes, de ſtudiis ipſius ex vili parentum, & generis conditione, ineptiſſime judicant. Indigni igitur, qui in hac cauſa admittantur arbitri.

§. 9.

Deu ſæorum(p) pariter, atque gentilium (q) blaſ-

(o) *Matth. XIII, 54. ſq. Marc. VI, 1.* (p) libro Toledot Jeſchu, *ex quo excerpta dedit* PFEIFFER. Theol. Jud. exercit. V. §. 8. (q) eo pertinet liber de *magia Chriſti ad Pau-*

Tom. V, Obſ. XCVI. C *lum*

blasphema opinione *magicis artibus* inſtructum fuiſſe ſanctiſſimum virum, vereque divinum, horret animus referre.

§. 10.

Cum vero inter Judæos conſvetudine non illaudabili receptum eſſet, ut etiam, qui ſapientiæ operam dabant, in futuros iraſcentis fortunæ uſus opificium addiſcerent, (r) dicendum nunc eſt de iis functionibus Salvatoris noſtri, quæ eo ſpectare videntur. *Murtadus*, Arabs, recenſionem faciens eorum, qui, cum præclari eſſent viri, labore manuum victitaverint, inter eos etiam Jeſum Mariæ filium ponit, eundemque VIATOREM fuiſſe ſtatuit. (s) In Evangelio de infantia Chriſti memoratur TINCTORIAM ARTEM exercuiſſe. Ad quem locum cum *Henr. Sike* (t) pervenit, ex Apocrypho Perſarum libro addit: *Ea de cauſa Jeſum tinctores Perſæ pro Patrono venerantur, & tinctoriam domum* OFFICINAM CHRISTI *appellitant*. Sed & PLASTICÆ deditum fuiſſe, atque e luto varii generis animalcula, imprimis autem paſſeres, finxiſſe, iisque divina virtute indidiſſe vitam, non ſolum in Græco, & Arabico *de infantia Chriſti* libro, ſed in Muhamedis etiam *Corano*, blaſphemoque libro *Toldos Jeſchu*, annotatum legitur. Denique

lum & Petrum, de quo poſtmodum agendi erit occaſio. (r) v. WAGENSEIL. Sot. p. 597-600. (s) idem l. c. p. 599. 1123. (t) *notis ad Evangel. infantiæ Chriſti* p. 55.

niqueut PICTORES etiam, de quo gratularentur ſibi, haberent, ter ſuam *expreſſiſſe in linteo imaginem* perhibetur. Primum ut ſatisfaceret deſiderio Abgari regis, quod monumentum Edeſſæ aſſervatum, tandem præda Conſtantinopolin deportata in magna veneratione fuit. Deinde cum ad ſupplicium duceretur in ſudario, quod ipſi Veronica porrexerat, reliquit vultus ſui veſtigia. Ac denique in ſepulcralibus involucris figuram corporis & ſtigmatum prodigioſe notavit. Ita fingunt.(u.)

§. II.

Communi ſententia *fabris* accenſetur, idque ex confeſſione Nazarænorum, quorum de ipſo verbum diſerte extat *Marc. VI, 3.* Οὐκ ἔτός ἐςιν ὁ τέκτων ὁ ὑιὸς Μαρίας; Habent quidem nonnulli codices τοῦ τέκτονος, uti & apud Matthæum XIII, 55. legitur; & *Origenes*, l. VI. contra Celſum, negat Jeſum in ullo Evangelio, ab Eccleſia recepto, FABRUM appellari; Sed non modo veriſimile eſt filium Judæorum more, (w) edoctum eſſe artem, quam nutritius Joſephus profitebatur: Sed conſentiunt etiam in lectione ea Codices MSS. tantum non omnes, Patres præterea, & tractatores Græci. (x) Similiter Julianus

 apo-

(u) *Pluribus argumentum hoc pertractavit, totamque rem erudite excuſſit* REISKIUS in Exercit. hiſtor. de imagg. I. C. (w) vid. LIGHTFOOT Hor. Talm. p. 616.(x) *conf.* MILLIUM Var. Lect. in N. T.

apoſtata, & Libanius Sophiſta, fabrum ex veterum traditione, aut ipſius etiam Scripturæ lectione, per calumniam vocaſſe Salvatorem, res eſt notiſſima. (y) Cum vero vox, τέκτων, πολύσημον ſit, & quemlibet ſive *opificem*, ſive *artificem* deſignet, in diverſas de ſenſu ejus itum eſt ſententias. FABRUM MURARIUM, & AURIFICEM in animo habere videtur *Hugo*; FERRARIUM eligunt *Hilarius*, *Ambroſius*, *Beda*, & Evangelium Matthæi a *Tilio* editum; LIGNARIUM plerique veteres pariter, atque recentiores. Sed cum & ii fabri, qui ligna elaborant, non ſint unius generis, disquiri poſſit: Num *ſcriniarius*, num *vehicularius*, num *navicularius*, num *tignarius* fuerit? Primum ſenſiſſe videtur pædagogus ille Antiochenus, vir pius, qui per ludibrium a Libanio ſophiſta quæſitus: *Quid agit fabri filius?* Reſpondit: *Sandapilam fabricatur rerum omnium Conditor, quem tu per ludibrium fabri filium appellaſti.* (z) Secundum *Juſtinus* in dialogo cum Tryphone, aſſerens, Chriſtum aratra & juga, cum verſaretur inter homines, paraſſe. Tertium picturæ paſſim obviæ innuunt, quæ Jeſum repræſentant occupatum cum Joſepho in extruendis navigiis; quartum autem univerſa propemodum antiquitas calculo ſuo approbavit. Sed facile ſententiæ hæ in unam colliguntur, ſi conſideremus, non talem

(y) *loca collegit* SVICERUS Theſ. v. Τέκτων.
(z) SOZOMEN. l. VI. c. 2. THEODORET. H. E. l. III. c. 28.

talem olim fabrorum, qui lignum tractant, rationem diſtinctionemque fuiſſe, qualem hodie inter nos conſtitutam habemus, ſed cuilibet permiſſum fuiſſe, præſtare in arte, quæ poterat. Non male igitur *Evangelium de infantia Chriſti* conjungit ea, cum ita hac de re fabulatur: *Joſeph per totam urbem circumiens Dn. Jeſum ſecum ducebat, cum propter artificium ejus homines illum accerſerent, ut portas ipſis, aut mulctralia, aut cribra, aut arcas conficeret, eratque cum ipſo Dn. Jeſus quocunque proficiſceretur. Quotiescunque ergo Joſepho aliquid operis ſui longius aut brevius, latius ſeu anguſtius faciendum eſſet, Dn. Jeſus manum ſuam verſus iſtud extendebat, ac ſtatim, prout vellet Joſephus, res ſuccedebat, ita ut opus non eſſet ipſi quicquam manu ſua perficere, quia nec admodum peritus erat artis fabrilis.* Quicquid ſit, fatemur S. Scripturæ teſtimonio convicti, Chriſtum puerum paruiſſe nutritio, fabrum autem LIGNARIUM fuiſſe eum, pia ſimplicitate credimus in honorem antiquitatis.

§. 12.

Ad grandiorem ætatem provectus *animum ſcribendis libris, literisque exarandis applicuiſſe* dicitur. Nos præteritis iis ingenii monumentis, quæ perperam nomine ejus feruntur, (aa) ea ſaltem

(aa) *collegit ea præter* D. G. H. GOETZIUM, *in Diſſert. de ſcriptis Chriſti, Witeberg. anno 1687.* D. THOMAS ITTIGIUS *in Heptade Diſſert.*

tem memorabimus; quæ dum inter mortales ageret, ab ipſo confecta fuiſſe veterum nonnulli ſenſerunt. Inter ea comparent XXVII. TOMI, quos aſcendens in cœlum reliquit aperiendos ad portam magnæ converſionis mundi; (bb) LIBRI AD PETRUM ET PAULUM DE REBUS MAGICIS, quos antequam moreretur confectos ab ipſo impoſtores volunt. (cc) EPISTOLA AD ABGARUM, Edeſſenorum regem. Hunc enim, cum adverſa valetudine conflictatum, literis ab eo petiiſſe ferunt, ut accederet ſe, & præſens reſtitueret valetudini; Jeſum etiam humaniſſime reſpondiſſe, ſuumque ipſi promiſiſſe opem per diſcipulum ad eum finito redemtionis opere ablegandum. Hanc epiſtolam *Lambecius* (dd) extare inter codices Cæſareæ Bibl. refert, & quidem non mediocriter diſcrepantem ab ea, quam *Euſebius*, *Cedrenus*, & *Nicephorus* habent, ac in fine multo auctiorem, utpote

Diſſert. I. c. 1. 2. D. JOH. ALB. FABRICIUS, *in codice librorum apocryph. N. T. p. 303-321.* (bb) JOH. GREGOR. *Præfat. ad Obſerv. Sacr.* e KIRCHERI *prodr. Copt.* (cc) AUGUST. l. 1. *de conſenſu Evangeliſt. c. 9. Refutavit illud de libro magico Commentum* HUETIUS *Demonſt. Ev. Prop. IX. c. 39. p. 829. ſq.* (dd) *l. 5. Comment. Bibl. Vindob. p. 9. Cæterum, quæ de hac epiſtola dici poſſent diligenter notavit, & plures autores adjecit* Fabricius l. c. p. 317-321.

pote quæ annexam etiam præ ſe ferat *ſubſcriptionem Chriſti cum ſigillo* ✠ Ψ. X. E. Υ. P. A. ejusque interpretatione. Addit, *Cedrenum* jam meminiſſe ejus, ſed vocare illud σφραγῖδα γράμμασιν ἑβραϊκοῖς ἐνσημανθεῖσαν ἑπτὰ, ſenſumque ejus fuiſſe Θεῦ θεαθὲν θαῦμα θεῖον, indeque patere Græcanicum illud ſigillum, interpretationemque ejus ex lingva Græca deductam merum eſſe figmentum recentioris cujusdam hominis, quem eundem reliqui additamenti autorem eſſe, exiſtimat. Etſi vero hæc epiſtola, uti a primis tradita autoribus fuit, notæ ſit non temnendæ, nec quicquam perſona Salvatoris indignum contineat, ac multorum gaudeat patrocinio, abunde tamen teſtatum fecerunt viri eruditi, pertinere eam inter pſeudepigrapha. Mentionem præterea facit aliquot M S Ctorum J. C. anno ſuperioris ævi 23. viſa *Deckherus* in tract. de ſcriptis adeſpotis. Quæ cujus argumenti fuerint? non liquet, ſpuriæ tamen originis eſſe poſt tot ſeculorum ſilentium, quis non judicaverit?

§. 13.

Ivimus nunc per veterum opiniones de *ſtudiis Domini, & Salvatoris noſtri J. C.* quibus deditus, antequam humanis rebus ſe eximeret, perhibetur, & inter quisquilias veritatem indagavimus. Plurima dubiæ relationis fuerunt, multa ex errore nata, quædam fraudulentia malorum, odioque excogitata, pauca admodum probabili ratione ſuffulta. Circumſpecte igitur, conſiderateque legamus, quæ hoc de argumento conſignata in

literarum monumentis obveniunt, ut neque uſum acceptæ majeſtatis ultra conditionem ſtatus ſine Scriptura S. extendamus, neque animam Salvatoris ſupra ſortem humanam temere extollamus; neque quicquam eminentiſſimæ ſanctitati ejus indignum admittamus, ſed *ſimilitudinem ejus cum fratribus in omnibus, excepto peccato*, memori verſantes mente, (ee) intra veritatis modeſtiæq; limites contineamus nos, ac reverenter atq; ſobrie de optimo terque maximo generis humani Redemtore loquamur pariter, atque ſentiamus.

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit conſiſtere rectum.

(ee) Doctiſſimam Diſp. Theologicam, *de Diſſimilitudine Ortus noſtri & Chriſti hominis*, ſub Præſidio B. D. MICH. WALTHERI *Jo. David Schwertnerus*, poſtea SS. Theol. Doctor, celeberrimus & Superintendens Pirnenſis, Editori horum Miſcellaneorum Lipſienſium etiam poſt fata non ſine veneratione & pio in beatos Theologi optimi manes affectu commemorandus, publice tuitus eſt *Wittenbergæ d. 7. Oct. M DC XC.* in qua Auctor contra *Henricum Altingium*, *Jacobum Arminium*, *Simonem Epiſcopium*, & *Abrahamum Heidanum* evicit, inter Ortum Chriſti & noſtros ortus plurimum intereſſe.

Ob-

Obſervatio XCVII.

D. GE. SCHUBARTI,

p. m.

Eloqu. & Hiſtor. quondam Profeſſoris Celeberrimi in Academia Ienenſi,

de

Litteraturæ apud Germanos primordiis & incrementis, nec non de veteribus nonnullis Germanis ſcriptoribus, qui ſermone vernaculo ingenii monumenta reliquerunt.

Scripta eſt epiſtola Ienæ, d. 23 April. 1679.

Ad Per-Illuſtrem quondam Virum & Heroem Litterarum,

BERNARDUM PFLUGIUM,

Potentiſſ. Reg. Polon. & Elect. Sax. Conſiliarium Intimum, & Curiæ Provincialis, quæ Ienæ eſt, Præſidem Eminentisſimum,

& communicata a

DN. CHRISTIANO GRUNDMANNO,

Paſtore Heuckewaldenſi, Viro fama & meritis Clarisſimo.

Diu eſt, quod juſſiſti, ut *veterum patriæ noſtræ ſcriptorum, qui Sermone vernaculo* ac dicendi genere ſiue

pedeſtri, ſive ſoluto, *ingenii monumenta reliquerunt*, nomina conſignarem atque protinus exhiberem. Gratiſſimum erat mihi hoc officium propter jubentis auctoritatem ſimul & occaſionem, qua multa præclara noſcere, ac, ſi qvid contra venerandam iſtam antiquitatis particulam admiſſum foret, emendatiora ex Te percipere liceret. Aſt qvamvis nulla negotiorum, qvibus hactenus premar, varietas aut alia juſtior cauſſa impediret, qvo minus Imperata facerem, ſolicitudo tamen & multiplex cura de inſtanti rerum mearum ac dubio ſtatu ita diſtraxit me, ut ad ſingula fere ſtudia hebeſcerem. Neque enim omnibus datum noſti, per intervalla, quibus de potiore fortunæ ac votorum parte agitur, conſtantem ſibique ſimillimum ſemper exiſtendi. poſtqvam igitur ab heſterna cœna priſtini mandati memor eſſes, ac negligentem me in ruborem dares, ad hoc temporis momentum finxi meipſum, elaboraturus, ne ingratum aut immorigerum ſponte me fuiſſe reipſa ſentias. Permittes vero, qvoniam de libris quæritur, ut pariter de *litteraturæ primordiis* aliquid adferam, & ſicubi exerravero, in benigniorem partem interpretaberis.

Litte-

Litteras Germanis proprias *CAROLUM M.* inveniſſe, & ingenti ſtudio ſumtuque ad poſteros transmiſiſſe, communis eſt opinio. Nec ſane poteſt negari, hujus Imperatoris ingenio plurimum deberi, quod præter lingvas alias, Latinam in primis atqve Græcam, patria Theodiſca fuit cultiſſimum, in qua, more gentis ac ſæculi, multa carmina de rebus a ſe geſtis vulgavit, & augendæ imperii majeſtati ſtuduit adeo, ut nominibus menſium Romanis expunctis nova ſecundum varias anni partes excogitaret, ac, quo vernaculæ lingvæ uſus magis magisqve innoteſceret, *Grammaticam Germanicam ipſe* ſcriberet publicaretve, teſtimonio EGINHARTI. Qvod autem litteras, quibus hodie utimur, vel invenerit, vel ornatius ſcribere docuerit, uti nonnemo ſtatuit, nullo poteſt idoneo monumento ex illo æuo probari.

E carminibus tempore Carolino manu exaratis, qualia ſupereſſe in *Bibliotheca Vindobonenſi* LAMBECIUS parte II. notavit, manifeſtum eſt, characterem Longobardicum, quo jam Latine ſcribimus, & unde Germanorum litteræ hodiernæ ſunt exortæ, tunc paſſim obtinuiſſe, nec ſub

OTTO-

OTTONIBUS & FRIDERICIS, qui lingvam noſtram per imperii receſſum & reſcripta in curiam introduxere, multum fuiſſe diverſum. Sæculo demum quinto decimo, circa medium, quo *ars typographica* reperta eſt, cœpit omnino mutari littera Germanica, donec in eam formæ elegantiam, qvalem habemus, effingeretur. Qvin vetuſtiſſimos etiam Germanos peculiares habuiſſe notas ac ſigna, licet rudiora, qvibus inſtar litterarum uterentur, ex lapidum & clypeorum inſcriptionibus luculentum eſt. Exhibui aliquando MUTII PANSÆ diſſertationes de *Bibliotheca Vaticana*, Italice ſcriptas, itemqve SCHRADERI *Monumenta Patavina*, & ipſum omnis Germanicæ antiqvitatis theſaurum, MELCH. GOLDASTUM, qvi cum reliqvis *parte II rerum Alemannicarum* ejusmodi vetuſtiſſimos characteres ſtudioſe deſcripſit.

An Slavi a noſtris, tanqvam cultioribus, an hi ab illis quasdam litteras acceperint, comparare licet apud ADAM. BOHORIZUM, Slauum, in *horis arcticis*, ſiue *Litteratura Latino-Carniolana*, & BONAV. VULCANIUM, in exercitatione

de

de *Gothorum litteris*, ubi & vetuſtum Alphabetum Germanicum exſtat. Qvorſum inſcriptiones nuper viſæ, *campanæ Stalbergenſis* & *lapidis in agro Rembdano*, referri poſſint, in tanta caligine & iſtarum litterarum ruditate vix conſtat.

Sed hæc fuerunt primordia, quæ *incrementa* ceperunt ampliſſima cultu auſpiciisque Caroli, glorioſiſſimi imperatoris, ac eorum, qvi in Imperio ad ejus exemplum ſeſe compoſuerunt. Notabile cumprimis hac tempeſtate duplicem fuiſſe lingvam, in majore ditionum Carolo ſubjectarum parte receptam, & uſu freqventatam, alteram *Teutonicam*, ſiue Germanicam noſtram, alteram *Ruſticam Romanam*, ceu vocat anonymus Annalium Francicorum ſcriptor apud PITHOEUM & RHEGINO. Reliquias hæc priſci Romanorum ſplendoris continebat, qvi exemplo majorum provincias ita adminiſtrabant, ut præter leges, qvantum fieri poterat, lingvam etiam ſuam per mandata & publica inſtrumenta devictis inſtillarent.

Cum vero in hoc ipſo *CAROLUS* Imperator Romanos etiam imitaretur, potiſſimum curabat, ut ſermo qvoqve

gen-

gentis illius, quæ rerum potiebatur, obtineret, & ab omnibus excoleretur. Neque defuerunt magna ingenia, qvibus tanti Imperatoris gratia loco mandati erat, atque iuxta vulgatam ab illo Grammaticam Germanicam carmina varia & id genus alia ſtylo patrio publicarunt. Laudatur ab hiſtoricis ante omnes *RHABANUS MAURUS*, qui anno 847. ex Abbate Fuldenſi in Archiepiſcopum Moguntinum electus eſt, cujus quoad lingvæ Germanicæ ſtudium *gloſſæ Latino Theodiſcæ de partibus humani corporis* exſtant apud laudatum GOLDASTUM *parte II. rer. Alem. p. 64.* Ab eodem ſunt *gloſſæ Latino Theodiſcæ Biblicæ*, hactenus ineditæ, qvas auctoris ætate ſcriptas exiſtimat LAMBECIVS, *l. c. p. 416.* & in Commentariis de bibliotheca Cæſarea ſe aliquando editurum eſſe pollicetur.

Hujus diſcipuli fuerunt duo celeberrimi viri, *WALAFRIDUS STRABUS* & *OTFRIDUS*, monachus Weiſſenburgenſis in Alſatia, non vero S. Galli in Helvetia, uti plerique eum deſcribunt. Illius in Germanica lingva nihil typis expreſſum, neque forte manu qvid exaratum habetur.

Quæ

Qvæ enim carmina apud Doctorem TRIB-BECHOVIUM Gothæ antehac vidi, non videntur eſſe hujus ævi, licet *STRABI* nomen præ ſe ferant. *OTFRIDI* autem *Evangelia*, rythmo Germanico explicata, & in quinque libros diviſa, primus edidit ſuperiori ſæculo MATTHIAS FLACIUS, quibus præfationem ad illuſtrem virum ſui temporis, *Adolf. Hermannum Riedeſelium*, hereditarium Haſſiæ Mareſcalcum, præmiſit, de *poëſi veterum Germanorum*, & ſimilibus ſtudiis pluſcula nec ubivis obvia continentem.

ANDREAS DU CHESNE *tomo II Scriptor. Francicorum* exhibet antiquiſſimum Germanicæ & Gallicæ lingvæ monumentum, formulam federis apud Argentoratum, anno 842, 16 Kl. Martii, inter *LUDOVICUM* Germaniæ, & *CAROLUM* Galliæ Reges percuſſi, qvam FREHERUS commentariolo illuſtravit, ac ſeorſim olim edidit, adiecta quæſtione, qua proprie lingva Francorum reges uſi ſint. Eandem repetit BOECLERVS *in Lothario I. p. 121.* ubi & de Otfrido qvædam adfert, a Lambecio loco citato planiſſime confutata. *Symbolum & confeſ-*

ſio

gentis illius, quæ rerum potiebatur, obtinere, & ab omnibus excoleretur. Neque defuerunt magna ingenia, qvibus tanti Imperatoris gratia loco mandati erat, atque juxta vulgatam ab illo Grammaticam Germanicam carmina varia & id genus alia ſtylo patrio publicarunt. Laudatur ab hiſtoricis ante omnes *RHABANUS MAURUS*, qui anno 847. ex Abbate Fuldenſi in Archiepiſcopum Moguntinum electus eſt, cujus quoad lingvæ Germanicæ ſtudium *gloſſæ Latino Theodiſcæ de partibus humani corporis* exſtant apud laudatum GOLDASTUM *parte II. rer. Alem. p. 64.* Ab eodem ſunt *gloſſæ Latino Theodiſcæ Biblicæ*, hactenus ineditæ, qvas auctoris ætate ſcriptas exiſtimat LAMBECIUS, *l. c. p.* 416. & in Commentariis de bibliotheca Cæſarea ſe aliquando editurum eſſe pollicetur.

Hujus diſcipuli fuerunt duo celeberrimi viri, *WALAFRIDUS STRABUS* & *OTFRIDUS*, monachus Weiſſenburgenſis in Alſatia, non vero S. Galli in Helvetia, uti plerique eum deſcribunt. Illius [illegible]manica lingva nihil typis expreſſum, [illegible]orte manu qvid exaratum habetur.

Quæ

Quæ enim carmina apud Doctorem TRIB. BECHOVIUM Gothæ antehac vidi, non videntur eſſe hujus ævi, licet *STRABI* nomen præ ſe ferant. *OTFRIDI* autem *Evangelia*, rythmo Germanico explicata, & in quinque libros diviſa, primus edidit ſuperiori ſæculo MATTHIAS FLACIUS, quibus præfationem ad illuſtrem virum ſui temporis, *Adolf. Hermannum Riedeſelium*, hereditarium Haſſiæ Mareſcalcum, præmiſit, de *poëſi veterum Germanorum*, & ſimilibus ſtudiis pluscula nec ubivis obvia continentem.

ANDREAS DU CHESNE *tomo II Scriptor. Francicorum* exhibet antiquiſſimum Germanicæ & Gallicæ lingvæ monumentum, formulam federis apud Argentoratum, anno 842, 16 Kl. Martii, inter *LUDOVICUM* Germaniæ, & *CAROLUM* Galliæ Reges percuſſi, qvam FREHERUS commentariolo illuſtravit, ac ſeorſim olim edidit, adiecta quæſtione, qua proprie lingva Francorum reges uſi ſint. Eandem repetit BOECLERVS *in Lothario I. p. 121.* ubi & de Otfrido qvædam adfert, a Lambecio loco citato planiſſime confutata. *Symbolum & confeſ-*

ſio

ſio peccatorum veteris Eccleſiæ Alemannicæ legitur apud GOLDASTVM *parte II, p. 135.* unde transſcripſit JOH. HENRICVS VRSINVS in libro de *Eccleſiarum Germanicarum origine & progreſſu, Appendice I, p. 129.* LEHMANNVS *II. Chronici Spirenſis, c. 45.* orationem Dominicam veteri lingua Theodiſca vſurpatam proponit. Integrum *Calendarium Eccleſiaſticum huius ſæculi* in bibliotheca arcis Ambroſianæ repertum, quod cum annotationibus LAMBECIUS editurus eſt, ibid. p. 320. Plura noveram, quorum loca & nomina jam non ſuccurrunt, neque fortaſſis hæc Tibi rapſodia placet.

Sub *OTTONIBVS* vti nobilium ſtudia ex rythmo & patriæ linguæ poëſi æſtimabantur, ita plurima eius documenta extitiſſe neceſſum eſt. Conſervavit quædam MEIBOMIVS, & ante illum REINECCIVS in *ſcriptis hiſtoricis* a ſe vulgatis. Et cumprimis notari debet, quod GEORG. PHILIPPVS HARSDOERFERVS docet *præfat. in ſpecim. Philol. Germ.* OTTONEM II Imperatorem magiſtris Cantionum, denen Meiſter-Singern, priuilegia & immunitates gratioſe

ſe conceſſiſſe. Eorum pauci hodie per Germaniam ſuperſunt, niſi in liberis Imperii civitatibus aliquot, ubi ſolennibus Nativitatis, Paſchatos atque Pentecoſtes feriis cantilenas, rythmo vernaculo compoſitas, ſumma cærimonia & ſoni varietate, priſci moris æmula, decantant, tabulis publice adfixis, per quas locum ſacrum indicant, quorſum huius feſtivitatis ſtudioſi convenire debeant. Eviluit autem adeo Sodalitium iſtud, vt fere textores & ſutores ejus præcipuum decus ſuſtineant. Quam vero ſuperiori ſæculo adhuc in honore fuerit ex tot JOH. SACHSII voluminibus, quibus hiſtorias ſacras in rythmum Germanicum coëgit, liquido conſtat. Eidem debentur plures cantilenæ, quibus hodienum in ſacris conuentibus ad divinum honorem excitamur.

Erat genus quoddam illuſtrium virorum in aulis Saxonicis, qui HARALDI vocabantur, & non tam boni moris in aulis magiſtri, quam in haſtiludiis ſiue torneamentis honorum ac præmiorum ſtatuebantur præſides, quos Græci *æſymnetas*, itemque *agonothetas* dicebant. His adiungebantur nobiles adoleſcentes, quos ad hæc adducerent

certamina, & ad præclara facta non animum accenderent magis, quam in ſtudiis aulicis erudirent, quæ ſecundum GOLDASTVM *Præfat. in Winsbeckium p. 263.* & IO. SCHELLENBERGIVM apud eundem *p. 271.* præcipue conſiſtebant in exercitio equeſtri, gymnico & muſico, quod ceu honeſtum otium & grauem morum cenſuram poſtea fuiſſe omiſſum ſerio dolent. Ac ſane quæ ſucceſſerunt in locum iſtorum, aut quotannis ſemel exercentur hodie, merito conuicium faciunt ſæculo noſtro, quod in tantum a priſco virtutum ac honeſtatis ſtudio defecit.

Temporibus *FRIDERICORVM* impenſiſſime ſtudebant germanicæ linguæ nobilium ingenia, ſicut ex monumentis ætatis illius conſtat; quæ *Goldaſtus* beneficio BARTHOL. SCHOBINGERI, I. C. & Patricii S. Galli, vindicauit ab interitu. Talia ſunt Paræneſes Tyrolis, Scotorum regis, ad Fridebrandum filium, Winsbekii iuxta & Winsbekiæ, ad ſuos adhortationes, verſu germanico expreſſæ. Quam diues autem fuerit SCHOBINGERVS eiusmodi ſcriptorum germanicorum, teſtatur ampliſſimus eorum index, Notis ad Winsbekiæ carmen

adie-

adiectus, quibus vſus eſt Goldaſtus ad illuſtranda vetuſta germanica vocabula, & reconditos eorum ſenſus eruendos. Pleraque hactenus latent inedita, & certe plurima lucem merentur, alia perpetuos carceres, vel ob ſimplicitatem & ineptias, vel ob præſtantiora, quæ inter illa eminent ingenia. Non igitur operam perderet is, qui facta discretione ex docto hoc, & germanis glorioſo, ſed hactenus ignoto theſauro eruderaret ſaltem extantiora.

Episcopi Merſeburgenſis, *WILLERAMI*, oblitus eram, qui ſub *HENRICI IV* principatu celeberrimus & fide morumque exemplo, & doctrina. Inclaruit autem eleganti libro, quem carmine, mixta proſa, compoſuit pulcra varietate *de nuptiis Chriſti & Eccleſiæ* in Canticum Canticorum, a PAVLO MERVLA notis illuſtratum, & *Lugduni Batauorum, an. 1598.* impreſſum, cui iungendæ ſunt *Animaduerſiones* OPITII in Poetæ anonymi carmen Teutonicum *de S. Annone*, Archiepiſcopo Colonienſi.

Proximum ab his locum merentur *Specula Iuris Saxonici* iuxta & *Sueuici*, quæ cum *iure feudali Saxonico atque Sueuico* non

multum ante *FRIDERICOS*, vel ſub ipſis Germanica lingua fuerunt conſcripta, velut plene de hac re CONRINGIVS agit *cap. XXX de origine Juris German.* Eiusdem auctoritatis eſt ac fidei *Receſſus Imperii FRIDERICI II* Imperatoris, qui primus omnium patria lingua conceptus & editus eſt in Comitiis Moguntinenſibus, anno 1236, die S. Mariæ, quem manu exaratum habes cum aliis eiusmodi monumentis in Codice chartaceo maiori.

Ordinauerat idem prudentiſſimus Cæſar, vt Latina lingua in foro Germanico neglecta ſola obtineret vernacula propter tot fallacias ac lites, quibus imperitis huc vsque impoſitum eſſet. Deinde vt hoc ipſo clericis adytus & polypragmoſine in rebus ciuilibus adimeretur; qui magno arcano ſtudium Latinitatis ad ſe tantum pertraxerant, vt nihil in publicis & priuatis vel contrahi, firmari atque expediri poſſet, niſi fuiſſent & illi requiſiti.

Sed *FRIDERICO II* defuncto, & *exitiali interregno* cuncta peruertente, parum auctoritatis conſtitit huic legi, donec eandem *RVDOLPHVS HABSPVRGICVS* repeteret, & denuo roboraret, & variis

riis ordinationibus Germanici Imperii maieſtatem in vernacula repræſentaret. Legitur eius Receſſus apud LEHMANNVM lib. V, cap. 108, quo cum Statibus Imperii Herbipoli congregatis concluſit, ne poſthac Latinæ Linguæ vſus eſſet per Germaniam, & ſimpliciores toties deciperentur. Eundem Spiræ anno 1291 iterum firmauit, & in vernaculo ſermone edi curauit.

Neque tamen omnino perficere poterant laudatisſimi Imperatores, vt ſententia hac ſtaretur, & Latinitas e foro proſcriberetur, cum *FRIDERICI III* ſiue V Imp. temporibus, in Comitiis Moguntinenſibus, anno 1441, inter alia grauamina ſtatus adhuc propoſuerint, *Latinam Linguam in foro Germanico contra leges publicas retineri*, & petierint, vt aboleretur. Ex quo & ſupplicationes, reſcripta, & alia ſingula patria lingua paſſim cœperunt ſcribi.

Qui Friderico huic ſucceſſit filius, *MAXÆMILIANVS I*, tantus vernaculi ſermonis amator erat, vt magnifica illis præmia polliceretur, qui priſca diplomata & rythmica Germanorum carmina colligerent. Idem ſerio cauit, ne reſcriptis vel conſtitutionibus ſuis verbum peregrinum

admiſceretur, vti huius rei contemporaneus eſt teſtis BEATVS RHENANVS *l. 2. Rer. Germ. cap. 5.* Laudabatur illa ætate CANCELLARIA NORICA in vocabulis Latinis interpretandis, maxime iis, quæ multi penuria Linguæ retinenda eſſe cenſebant. Specimen inſigne, quo Juridicos terminos plurimos Germanice reddiderunt, præbet *Reformatio Norica*, ſiue *Jus ſtatutarium Reipubl. Noribergenſis*, aliquoties ibi typis exſcriptum.

Jam eſſet, vt de aliis varii generis libris qua excuſis, qua latentibus adhuc poſt iſta tempora, maxime vero de libris Heroicis, ex vetuſtis cantilenis compilatis, ceu ſunt HENRICI cuiusdam AB AFTERDINGEN, Goldaſtus vocat OFTERDINGEN; WOLFRAMI AB ESCHILBACH, & RIXNERI torneamentis, prolixius agerem; ſed hæc ſatis nota ſunt. Neque ſileri deberet βατραχομυομαχία Germanica, liber notiſſimus, der Froſch⸗Meusler, quo ſub fabularum & ſimplicitatis inuolucro arcaniores reipublicæ regulæ inculcantur. Hunc librum in paucis mutatum ſecundis curis vulgauit anonymus ſub inſcriptione & perſona *Reineke Fooſ*, cum ſit reuera NI-

CO-

COLAVS BAVMANNVS, Secretarius primum Juliacenſis, dein Megapolitanus, teſte *Goldaſto* in Regno Bohemiæ. Præter libros Germanicos, quos *Lambecius* in Bibliotheca Vindobonenſi *Parte II & IV* &c. deſignat, exſpecto etiam catalogum eorum, qui Noribergæ adhuc magno adparatu in publicis & priuatis Bibliothecis conduntur, ab ARNOLDO promiſſum.

De *Sodalitio fructiferorum* in Germania conſtituto ad exemplum Italorum, qui in plurimis ciuitatibus conuentus Nobilium celebrarunt, ſtudio patriæ linguæ excolendæ, tradente SALVIATI, Oratione peculiari de *Academia ſiue conuentu Florentiæ*, res eſt manifeſtisſima, ac libri eorum variant, nec forte heic recenſeri debent.

Penes TE erit, Vir Summe, iudicare de ſententia prudentisſimi FORSTNERI, qua de fructiferis ita *ad XI Ann. Taciti p. 36.*
„ſcribit: *Raimundi Lulli, Neperi, Fluddi,*
„*Campanellæ philoſophia pæne cum inuento-*
„*ribus euanuit. Vereor, ne idem futurum ſit*
„*eruditorum noſtri ſæculi virorum fatum,*
„*qui Germanicæ linguæ Origines inueſtigare,*
„*ſcribendi rationem reformare, ſcabritiem*
„*læuigare, etiam ad molliorum carminum*

 „*amœ-*

„*amœnitatem traducere, ambitioſo magis „quam frugifero ſtudio contendunt.* Ipſe, credo, amœnitatem diu periiſſe, ſed ambitionem cum inſania paucorum adhuc increſcere. Vale, & Indicem alio die exſpecta a perpetuo & obſequentisſimo Tuo cultore.

Obſervatio XCVIII.
de
Laboribus Otfridianis Dn. Diet. von Stade.
Ad
Virum Illuſtrem & Conſultiſſimum,
DN. D. JO. FRIDER. GÜNTHERUM,
JCtum celeberrimum,
Potentisſimo Sarmatarum Regi, atq; Electori Saxoniæ, a Conſiliis Appellationum, & reliqua.

PErmitte, *Illuſtris* GÜNTHERE, *Patrone Maxime,* ut ad Te, humaniorum litterarum æſtimatorem & Promotorem certiſſimum, & cui hoc doctrinarum genus minime

for-

ſordet, meum hoc qualecunque dirigam epiſtolium, ut vel hac ratione meus, quo Te veneror, cultus Tibi aliquantulum conſtet. Tibi, Viro de Re & publica & litteraria meritiſſimo, & cujus extantiſſima Virtus apud nos egregie enitere cœpit, non ingratum erit, hic relatum legere, quod Volumen *Evangeliorum Otfridi* (a) à principio usque ad finem juxta Vindobonenſe Authenticum MSS. correxerit, notisque ſuis doctiſſimis illuſtraverit DN. DIETERICUS von STADE, Sacræ Regiæ Maj. in Ducatibus Bremenſi & Verdenſi Archivarius, octoginta annorum

rum

(a) Vixit OTFRIDUS Seculo nono, atque evangelicam hiſtoriam germanicis verſibus expreſſit. Quod Cl. TENZELIUS refert, Francofurti ad Mœnum in Bibliotheca Codicem Otfridi MSSptum inveniri, a vero alienum eſſe b. D. WALDSCHMIDIUS, Bibliothecæ illius olim præfectus, viro Illuſtri DN. JO. GEORGIO ECKHARDO affirmavit, qui id in litteris ad Dn. Archivarium von Stade teſtatus eſt, vid. Dn. JO. Gottlieb KRAUSII Bücher-Saal 22. Oeffnung n. 2. p. 719. cui Viro eruditiſſimo *Profeſſionem in Gymnaſio Vratislavienſi Eliſabethano* haud ita pridem ex merito d mandatam animitus gratulamur.

rum Neſtor jam Bremæ degens. (b) Idem vir eruditiſſimus, & Danicæ, Svecicæ, Gothicæ & Franconicæ, lingvarum antiquiſſimarum, peritiſſimus, Supplementa ab ipſo *Lambecio*, qui nullas in editione *Flaciana* notulas, in deſcriptione etiam *Achillis Gaſſari Pirminii* (c) omiſſas, animad-

(b) Natus eſt Dn. Archivarius von Stade Stadæ, 1637. d. 13. Oct. Adiit An. 1661. Sueciam, atque Upſaliæ clariſſimis Profeſſoribus *Jo. Loccenio, Jo. Scheffero*, & *Olao Rudbeckio* familiariter uſus eſt. Dum igitur noſtro Dieterico cum viris lingvarum ſeptemtrionalium peritiſſimis, inprimis etiam *Olao Verelio*, & *Georgio Stiernhielmio* commercium litterarium intercesſit, nata ei eſt occaſio æque ac cupido, linguam antiquam Germanicam addiſcendi, eamque ad communes uſus transferendi.

(c) ACHILL. PIRMINIUS GASSARUS, Medicinæ Doctor, anno 1505. Lindaviæ natus, & 1577. Auguſtæ Vindelicorum Phyſicus ordinarius denatus eſt, atque *Epitomen Chronicorum totius mundi* adornavit, nec non *Catal. regum Chriſtianor. & Hieroſolymitanor.* it. *Lindavienſis & Auguſtana Urbium deſcriptiones.* Dn. de ROSTGARD, qui *Codicem Otfridi Vaticanum* inſpexit, teſtatur, quod hunc ipſum Codicem Gaſſarus deſcripſerit, & Flacius ediderit; quia idem

advertit, addita, & nondum adhuc edita, contulit, emendavit, auxit, ſupplevit. Judice igitur DN. D. von STADE hoc Otfridi opus unicum fere eſt, de quo affirmare poſſumus, quod perfectum & plane completum ad noſtra usque tempora conſervatum ſit. Tres dedicationes his *Otfridi Evangeliis* præmiſſæ ſunt, *prima* ad LUDOVICUM, Regem Germaniæ, A. C. 876. denatum, Franconice conſcripta; *Altera* ad LIUTBERTUM, Epiſcopum Moguntiacenſem, A.C. 889. demortuum, latine concepta; & *tertia* denique ad SALOMONEM, Epiſcopum Conſtantienſem, qui A. C 873. diem obiit ſupremum, iterum Franconice conſignata comparet. Inde ad oculum patet, OTFRIDUM vel ante annum octingenteſimum ſeptuageſimum tertium opus ſuum condidiſſe, vel eo ipſo 873. anno abſolviſſe, ut adeoque antiquisſimum hoc ſcriptum jam annos 844 perduraverit, ſi ad præſentem, quo vivimus, annum 1717. calculum ſubducere velimus. MSpti contextus accentibus notatus eſt. Quæ Lambecius dicit: *accentibus more Græcorum*, ea aliquantulum cognitu obſcuriora videri poſſunt, cum omnia Græcorum vocabula ſuos habeant accentus, paucis quibusdam particulis exceptis. Præterea vocum conjunctio inter-

idem defectus in fine occurrens in Vaticano exemplari reperiatur, quem alias Gaſſarus procul dubio ſuppleſſet, ſi Vaticanum ab exemplari Gaſſariano diverſum fuiſſet.

rum Neſtor jam Bremæ degens. (b) Idem vir eruditiſſimus, & Danicæ, Svecicæ, Gothicæ & Franconicæ, lingvarum antiquiſſimarum, periſſimus, Supplementa ab ipſo *Lambecio*, qui nullas in editione *Flaciana* notulas, in deſcriptione etiam *Achillis Gaſſari Pirminii* (c) omiſſas, animad-

(b) Natus eſt Dn. Archivarius von Stade Stadæ, 1637. d. 13. Oct. Adiit An. 1661. Sueciam, atque Upſaliæ clariſſimis Profeſſoribus *Jo. Loccenio, Jo. Scheffero*, & *Olao Rudbeckio* familiariter uſus eſt. Dum igitur noſtro Dieterico cum viris lingvarum ſeptemtrionalium peritiſſimis, inprimis etiam *Olao Verelio*, & *Georgio Stiernbielmio* commercium litterarium intercesſit, nata ei eſt occaſio æque ac cupido, linguam antiquam Germanicam addiſcendi, eamque ad communes uſus transferendi.

(c) ACHILL. PIRMINIUS GASSARUS, Medicinæ Doctor, anno 1505. Lindaviæ natus, & 1577. Auguſtæ Vindelicorum Phyſicus ordinarius denatus eſt, atque *Epitomen Chronicorum totius mundi* adornavit, nec non *Catal. regum Chriſtianor. & Hieroſolymitanor.* it. *Lindavienſis & Auguſtana Urbium deſcriptiones.* Dn. de ROSTGARD, qui *Codicem Otfridi Vaticanum* inſpexit, teſtatur, quod hunc ipſum Codicem Gaſſarus deſcripſerit, & Flacius ediderit; quia idem

advertit, addita, & nondum adhuc edita, contulit, emendavit, auxit, ſupplevit. Judice igitur DN. D. von STADE hoc Otfridi opus unicum fere eſt, de quo affirmare poſſumus, quod perfectum & plane completum ad noſtra usque tempora conſervatum ſit. Tres dedicationes his *Otfridi Evangeliis* præmiſſæ ſunt, *prima* ad LUDOVICUM, Regem Germaniæ, A. C. 876. denatum, Franconice conſcripta; *Altera* ad LIUTBERTUM, Epiſcopum Moguntiacenſem, A. C. 889. demortuum, latine concepta; & *tertia* denique ad SALOMONEM, Epiſcopum Conſtantienſem, qui A. C 873. diem obiit ſupremum, iterum Franconice conſignata comparet. Inde ad oculum patet, OTFRIDUM vel ante annum octingenteſimum ſeptuageſimum tertium opus ſuum condidiſſe, vel eo ipſo 873. anno abſolviſſe, ut adeoque antiquisſimum hoc ſcriptum jam annos 844 perduraverit, ſi ad præſentem, quo vivimus, annum 1717. calculum ſubducere velimus. MSpti contextus accentibus notatus eſt. Quæ Lambecius dicit: *accentibus more Græcorum*, ea aliquantulum cognitu obſcuriora videri poſſunt, cum omnia Græcorum vocabula ſuos habeant accentus, paucis quibusdam particulis exceptis. Præterea vocum conjunctio inter-

idem defectus in fine occurrens in Vaticano exemplari reperiatur, quem alias Gaſſarus procul dubio ſuppleſſet, ſi Vaticanum ab exemplari Gaſſariano diverſum fuiſſet.

terdum accentus alia atque alia ratione collocandos ſvadet. Accedit, quod Græcorum accentus plane *non ſint proſodiaci*, ut Germanorum, quorum accentus ſive lateant, ſive expreſſe poſiti ſint, ſibi ſemper ſyllabam radicalem vendicant, inque ea conſtantiſſime permanent, quod ipſum in germanica & aliis cognatis lingvis magnam utilitatem habet, & pronunciationi multum lucis fœneratur. Ut vero magis perſpicuum fiat, quales accentus ſint, exemplum communicavit Dn. von Stade ex III, 4. 6. Joh. in zi héile iz gárota, auch ihnen zum Heil es bereitete. Lineam hanc in editione Flaciana prorſus omiſſam, neque Lambecio obſervatam eſſe, idem nos docuit, cum tamen ex ipſa loci inſpectione cuivis clarum ſit; *tres* tantum *lineas* hic adeſſe, cum *quatuor* tamen eſſe debeant. In editione enim Flaciana tertiam lineam: Thazuuazar er yrſeutita, quarta, rythmum faciens, non excipit, quam proinde ſuperius citatam eſſe oportet. Tametſi vero non ſine commodo vetuſtiſſimum hoc & utiliſſimum opus publicari quamprimum poſſit; plures tamen ſuppetunt cauſæ, quibus adductus Dn. Archivarius *Otfridum* typis imprimendum vix curabit, partim quod typi, ejusmodi accentibus ornati, deſint; partim quod eædem difficultates occurrant, quæ MSptis Schilterianis obſtiterunt; partim, quod nonnullæ explicatio-

nes,

nes, quas *B. Dn. Schilterus*, (d) in *Chronico Alſatiæ* propoſuit, textui & ſententiæ Otfridi minime reſpon-

(d) JOH. SCHILTER, Pegaviæ 1632. d.29. Auguſti natus, Argentorati 1705. d.14. May anno ætatis 73. deceſſit. Jura veterum Germanorum egregie excuſſit, & illuſtravit, ediditque *praxin juris Rom. in Foro Germ. Codicem Jur. Feud. Alemannici; de libertate eccleſiarum germ.* de S. R. G. Imperii *Comitum prærogativa & Jure; manuduct. philoſophia mor. ad jurisprudent. inſtitutiones juris civil. Inſtitutiones juris publ. Romano-Germ. Inſtitutiones Juris eccleſ. Introduct. ad Jus Feud. utrumque Germ. & Longobardicum. De pace religioſa* &c. Reliquit præterea varia MSpta doctiſſima, & præſertim *Gloſſarium linguæ Germ.* quod ſuaſu Sereniſſimi Principis EUGENII proſtat. Præſertim vero Schilterus JO. PHILIPPO SCHMIDIO Argentoratenſi, antehac Conſiliario Leiningo-Weſterburgenſi, viro in his ſtudiis verſatiſſimo, uſus eſt, id quod ex Epiſtolis Schilteri & Jo. Mabillonii, præmiſſis Επινικίῳ, Rhythmo Teutonico LUDOVICO regi acclamato, cum Nortmannos An. 883. viciſſet, quod ex cod. MS. Monaſterii Elnonenſis ſive S. Amandi in Belgio per JO. MABILLONIUM deſcriptum, interpretatione Latina & commentatione hiſtorica illu-

Præterea vir hic de re litteraria meritiſſimus *obſervationes Grammaticas Franco-Theotiſcas* collegit quidem, tempore tamen & otio deſtitutus, & ſenio tantum non confectus, eas ordinandas Lycei Stadenſis Con-Rectori Clariſſimo, DN. JOH. HENRICO von SEELEN reliquit, & tradidit, qui easdem cum litterato orbe communicare non denegabit. Inprimis cum in iis multa proponantur, quæ GEORG. HICKESIUS V. C. nunquam attigit. Forte tamen Dn. Archivarius *ſpecimen alterum* edi curabit, ſi Deus vitam venerando Seni concedet. (g) Qui lectu dignissi-

(g) Edidit noſter 1708. in 4to, *Specimen Lectionum antiquarum Francicarum*, ut & *interpretationem latinam fragmenti veteris lingvæ Francicæ*, quo *Colloquium Chriſti cum Samaritana exhibuit*, unde Viri eruditio & capacitas abunde patet, & quod Otfridum nemo melius illuſtrare & explicare poſſit noſtro Dieterico von Stade. Juramenta quoque LUDOVICI & CAROLI CALVI, Franciæ Regum, & exercituum, prope Argentoratum publice præſtita, poſt *Nithardum*, *Bodinum*, *Fauchetum*, *Freberum* & *Lehmannum* noſter diuturno lingvæ Francicæ uſu adjutus emendatiora dabit, teſte DN. von SEELEN in *Stada literata p. 105.* qui non minus teſtatur, tranſtuliſſe noſtrum ex Suecica in Germanicam lingvam, *Magni Gabri-*

gniſſima de variis Bibliis; *de Codice Argenteo IV. Evangeliorum Vlfilæ vulgo attributo; de Gloſſis Keronis*, à NOTKERO BALBULO forte confectis; de *Gloſſis MSS. Hrabani Mauri*; de *Corn. Kiliani Etymologico Teutonicæ linguæ*; de *Pareneticis veteribus à Goldaſto editis*; de *Willerami Abbatis in Canticum Canticorum Paraphraſi*, noſſe cupit, adeat elegantiſſimam præfationem libello: Kurtze richtige Erläuter- und Erklärung etlicher Deutſchen Wörter, deren ſich der ſeel. D. M. Luther in Uberſetzung der Bibel in die Deutſche Sprache gebrauchet, a Dn. Archivario præfixam, & *Stadæ 1711. in 8vo* publicatam.

Hæc, GüNTHERE JCtiſſime, ad Te, ferventisſimis domi forisque negotiis pro ſalute publica diſtentum, dare, Tuoque benevolentisſimo affectui me, qua par eſt, obſervantia tradere & commendare volui, cum ab eo tempore, quo aditum ad Te mihi humanisſime conceſſiſti, & Te mihi propius adjungere viſus es, obſequioſisſimo cultu Te proſequutus ſim. Largiatur divinum Numen TIBI, *Patrone colendisſime*, porro vegetas corporis atque animi vires, ut quam diutisſime Saxoniæ noſtræ ſalutaribus tuis conſiliis prodeſſe, atque humaniores lit-

teras

Gabrielis Blochii D. & Medici Provincialis Oſtro-Gothiæ librum contra divinationes, qui prodiit Lincopiæ 1708. in 4to, illumque publicaſſe Stadæ, 1711. 8vo.

teras indies magis magisque provehère queas. Patere, GUNTHERE *Nobiliſsime*, ut in poſterum quoque perennis meæ obſervantiæ nova ſubinde indicia proferam, & quam me TIBI devinctum ſentiam declarem, affectumque Tuum & continuatum favorem expetam, cum tanta TUA benevolentia muſæ meæ omnino indigeant. Vale, & patrocinio tuo, in quo ſpes mea maxima recumbit, dignari perge

ILLUSTRIS TUI NOMINIS

Cultorem perpetuum

Dabam Lipſiæ,
Pridie Calend. Julii,
cIↄ Iↄ CCXVII.

Carolum Fridericum Pezoldum,

Facultatis Philoſophicæ Aſſeſſ.

Obſer-

Obſervatio XCIX.

GEAMOENI,

de

Alamodalitate ſcribendi.

AUreum D. PAULI monitum eſt, τῷ καιρῷ δυλεύοντες, Rom. XII, 11. Lutherus: Schicket euch in die Zeit. Eruditi quidem jamdudum hic variantem lectionem obſervarunt, quæ pro καιρῷ, κυρίῳ habet. Præferunt hanc lectionem BENED. ARIAS MONTANUS, BEZA, JOHANNES LEUSDENIUS, vulgatus interpres, aliique complures: E veteribus D. HIERONYMUS omnes, qui h. l. *Domino ſervientes*, legere dubitant, *aſellos bipedes* nominat: „*revertimur*, inquit, a) *ad noſtros* „*bipedes aſellos*, *& illorum in aure buccina* „*magis*, *quam cythara concrepamus*. „*Illi* „*legant*: *ſpe gaudentes*, tempori ſervientes: *nos legamus*: *ſpe gaudentes*, „Domino ſervientes. Verum judicium hoc Hieronymi præceps nihil mora-

 mur:

a) in epiſtola ad Marcellum.

mur: opponimus AMBROSIUM, utpote indignum, qui *bipedis aſelli* elogio macte-tur, licet Hieronymo in os contradicat. Sic enim ille: b) „in Græco dicitur ſic ha-„bere: Deo ſervientes: *quod nec loco com-„petit*. quid enim opus erat, ſummam hanc „ponere totius devotionis, quando ſingula „membra, quæ ad obſequia & ſervitia Dei „pertinent, memorat. In omnibus enim „his, quæ enumerat, plenum Dei ſervitium „exhibetur. *Servire tempori* quid ſit, alibi „ſolvit, cum dicit: redimentes tempus, „quoniam dies mali ſunt. Poteſt quidem lectio τῷ κυρίῳ tolerari, & ſenſum præbet non incommodum: aptius tamen con-textui quadrat, ſi legas τῷ καιρῷ. Præcedit enim τῷ πνεύματι ζέοντες: Seyd brünſtig im Geiſt. Ne igitur Romani indiscreto atque intempeſtivo zelo ſe abripi pateren-tur ad abuſum efferveſcentiæ in ſpiritu, commendat illis Apoſtolus prudentiam Theologicam his verbis: Τῷ καιρῷ δουλεύοντες. Sequenti verſiculo docet, qua ratione tem-pori inſerviendum ſit inprimis calamitoſo: τῇ ἐλπίδι χαίροντες. τῇ θλίψει ὑπομένοντες. τῇ προσ-

b) *Ambroſius* Tom. V. operum commentar. in h. l.

προσευχῇ προσκαρτεροῦντες. Hinc & TOLETUS Jeſuita hanc lectionem καιρῷ libenter alteri anteferret, niſi autoritate vulgatæ, quam defendere tenentur doctores Pontificii, premeretur. Scribit enim Comment. in Rom. XII. apud GLASSIUM. c) „Fateor, & *antecedentibus & conſequentibus* „accommodata lectio (τῷ καιρῷ) docu„mentum valde utile contineret, ſed com„munis veterum Interpretum ſenſus cum „*veteri Interprete* legendum cenſet (κυρίῳ.) Coincidit etiam hoc dictum Apoſtoli cum loco Epheſ. V, 16. ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι.

Quodſi igitur omnes Chriſtiani, apoſtolico hoc mandato, tempori inſervire jubentur, ſane eruditis vitio verti non debet, quando & hi, ingenii fœtus in lucem emittendo, ſuo modo ſunt τῷ καιρῷ δουλεύοντες. Genio ſeculi, *quantum tuto licet*, ſe ſcribendo accommodant, atque ſcripta ſua tali modo inveſtiunt, ne faſtidiantur. Omnino enim peſſimo tempore vivimus quo veritas plumbeis pedibus veniens facile rejicitur, vix ſocco floccoque incedens recipitur. Doctores noſtri exemplo ſe

c) Glaſſius Philol. S. Lib. 1. tract. 11. p. m. 174.

Doctoris omnium doctorum eminentiſſimi Salvatoris noſtri, Domini JESU CHRISTI, tueri poſſunt. Ille enim in diebus carnis ut plurimum per parabolas docuit: qu✱ ſic vero? 1. Concionabatur plerumque coram rudi & ignorantiæ peplo involuto populo, qui ipſis Phariſæis audiebat, ὁ ὄχλος οὗτος ὁ μὴ γινώσκων τὸν νόμον, Joh. VII. 49. *Tempori* igitur *inſerviens* docebat per parabolas. Eſt enim hoc genus dicendi ſimpliciſſimum ac rudibus maxime accommodum, inquit ERASMUS. d) Quare & Marcus docet, Chriſtum ad populum locutum eſſe, καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν: *prout audire vel intelligere poterant.* Marc. IV, 33. Ergo infelicitati ſui temporis obtuſoque vulgi captui optimus Magiſter ſe accommodavit. 2. Erat ea tempeſtate apud Tyros & Palæſtinos conſvetudinis, ut parabolico dicendi genere inter docendum uterentur. e) Nonne & hac ratione Salvator noſter tempori inſervire voluit, dum, more apud eruditos tunc recepto, locutus eſt? Illu-

d) in paraphraſi N. T. ad cap. IV. Marci.

e) *Botſacci* moral. Gedan. voce: *parabola.* conf. etiam Dn. *Joh. Schützii* appar. nom. prop. bibl. Tom. III. p. 1169.

Illuſtriſſimo hoc exemplo Eruditi confirmati turpitudini ſibi nunquam duxere, Apoſtolico aphoriſmo: Schicket euch in die Zeit: ſcriptis docendo, morem gerere.

Cum vero a natura ita comparatum ſit, ut homo varietatem in rebus ac negotiis reciprocantem, ceu pulcherrimam Amaſiam, efflictim amet, & ſenſus noſtri tam interni, quam externi rerum mutatione maxime delectentur, uti ſupra probatum dedimus: f.) Qua de re pulcherrime CASSIODORUS: g) „*Nemo*, inquit, *dubitet*, „*homines ſua varietate recreari: quia in* „*continuatione rerum magnum mentibus con-* „*ſtat eſſe faſtidium. Dulcedo mellis, ſi aſſi-* „*due ſumatur, horreſcit: Serena ipſa, quam-* „*vis magnopere deſiderentur, jugiter adepta* „*ſordeſcunt*, nec non elegans ille nequitiæ „Arbiter:

Non uno contenta valet natura tenore,
Sed permutatas gaudet habere vices:
Taurus amat gramen mutatum carpere valle,
Et fera mutatis ſuſtinet ora cibis.

 Ex

f) *Miſcell. Lipſ.* Tom. II. obſerv. 48. p. 677. Tom. III. obſ. 68. p, 275.

g) *Caſſiodorus* lib. VII. epiſt. 32.

Ex hoc mentis noſtræ cum ſtudio novitatis congreſſu prognata eſt ALAMODALITAS, Terrarum gentiumque domina potentisſima, cujus ad nutum tantum non totus componitur orbis, adeo, ut in orientis vaſtiſſimis regnis vix tot numerentur mancipia, ac iſta inter politisſimas gentes famulos famulasque posſidet.

Vocabulum *Alamodalitatis* natales quidem lingvæ Gallicæ debet; attamen in Germania jamdudum civitate donatum, cum nihil tritius omnium ore ſit, his verbis: Es iſt jetzo ſo Mode. Eſt autem in genere *Alamodalitas ſtudium quoddam, quo perquam plurimi in communi vita, converſatione, moribus, veſtitu, aliisque actionibus ad conſuetudines prædominantes ſe componere ſolent ad obſervandam complacentiam* (complaiſance) *ſive veram, ſive falſam*, h) *ne incommodi minusque civiles habeantur*. Hæc conſvetudinum anxia imitatio a Satyricis ſalſe quidem exagitata fuit, verum irrito ſucceſſu. Paucis abhinc annis Lutetiæ

h) Diſtinctionem hanc docet *Magnif. Dn. D. V. E. LOESCHERUS* Evangel. Xten P. I. p. 447. ſcribens: Die falſche Gefälligkeit iſt eine Unart ꝛc.

tetiæ morio in theatro, capillamento e ramentis runcinariis affabre facto, in einer Paruque von Hobel-Spänen, & ad talos usque demiſſo, ſe ſpectandum & irridendum præbuit; tandem ad ſpectatores converſus: *Meſſieurs*, inquit, *c'eſt a la mode.* Verum Alamodalitas in hominum pectore tam alte radices egit, ipſa natura patrocinante, ut omnes Paſquini & Marphorii inde evellere haud valerent.

Atque hac ratione Eruditi quoque, ſi non omnes, attamen quamplurimi, tantum non coacti ſunt, *Alamodalitati* faſces ſubmittere, & ſecundum illius leges ſcripta ſua, in lucem emittenda, concinnare. Attendentes enim hunc vel illum docendi ſcribendique modum methodumque in deliciis haberi & prædominari, ſua quoque ſcripta tali modo inveſtire inducti ſunt, quo ſeculi genio ad palatum ea eſſent. Imo haud raro animadvertentes, hoc vel illud ſcribendi genus jam obſoleſcere & faſtidiri, non ignari ſeculi, novitatum ſemper avidisſimi, novam quandam dicendi ſcribendique formam excogitarunt, utut alias vino vendibili non opus fuiſſet nova hedera, non ſine maximo Bibliopolarum,

ſumtus ſuppeditantium, emolumento. His ſtratagematis neglectis, quamplurima ſcripta, cedro digna, tineis blattisque rodenda remanſiſſent.

Quemadmodum igitur ſupra in *obſervationibus* de *Voluptate ſenſuum*, de Alamodalitate morum veſtiumque paucula quædam commentati ſumus; ita nunc animus fert, de Alamodalitate ſcribendi quædam comminiſci. Arduum opus, fateor, difficilisque labor, cui ſuccollamus. Neque enim obſervationis pagellis paucis res expediri poteſt: quin potius ingenti volumine opus eſſet, ſi hoc argumentum examusſim tractandum foret: abſit etiam a me non ignaro

> - - *quid valeant humeri, quid ferre recuſent,*

ut accuratam ſufficientemque hujus thematis tractationem promittere queam; Lubentisſime hoc illis relinquam, qui varia lectione, ingenio, bibliotheca, multis me paraſangis ſuperant. Liceat modo mihi impræſentiarum canes imitari venaticos, vulgo Spürhündlein. Genus canum

Hoc

Hoc docet & dominos veſtigia cæca ferarum
Atque ad luſtra trahit, vocat in certamen & ambos. i)

Attamen cum feris iſti catuli non congrediuntur, certamine iſthoc periculoſo grandioribus Moloſſis Parippisque relicto: ſic & ego *Alamodalitatem*, ceu feram immanem in lucubrationibus Eruditorum, velut cœco ſpecu latitantem, allatrabo tantum, & fortioribus me conficiendam relinquam. *Eſt* vero *Alamodalitas ſcribendi ſingulare quoddam Eruditorum plurimorum ſtudium, quo ſe, ingenii ſui fœtus edendo, tam in materiis ſeligendis, quam modo tractandi, titulisque præfigendis, genio ſeculi,* k) *varietatis ſemper avidi, in gratiam Lectorum, quoad ſalvâ conſcientiâ fieri poteſt, accommodare laborant.*

Sane Scriptor arat littus, qvi Alamodalitati non litat. Nam, cum pleriqve lectores vitioſo judicio utantur, ſecundum quod

i) *Comes Natalis* libr. I. de Venatione.
k) *Genius ſeculi* h. l. ad res tantum adiaphoras referendus & applicandus eſt. Nam locus Rom. XII. 2. actiones peccaminoſas fugiendas indicat.

qvod de ſcriptis variis non fundamentaliter & ex rei veritate, ſed ſuperficialiter tantum, ſecundum ſuæ mentis ideam errantem & Alamodalitatis leges prædominantes judicent, qvod Galli *Gout corrumpu* nominare ſolent: pauci vero *bon Gout* poſſideant 1) profecto ſcriptores etiam Alamodalitati parere coguntur, in gratiam lectorum, ni oleum & operam perdere volunt.

Scriptores igitur Alamodalitatis jugum æqvo animo tulerunt in *materiarum ſelectu*, de qvibus ſcribere mente conceperant. Renatis apud nos cum renaſcente puriori doctrina bonis literis, nullo non tempore librorum plauſtra varii argumenti in omni ſcibili prodiere: interim tamen obſervatione dignum eſt, ſemper genus qvoddam ſcribendi certo tempore cœteris prævaluiſſe. Sic poſt tempora B. LUTHERI, cum contra veritatis hoſtes bella Domini continuo gerenda eſſent, falſiqve fatres, a nobis exeuntes, ad ſanitatem redire nollent, ſcripta

1) De utroque Dominus Autor der unpartheyiſchen Gedancken pereleganter diſſerit, 16 Stück, præfatione de *bon Gout*.

pta *polemica* principatum tenuere, adeo ut, ſi qvis tunc temporis ad famam graſſari vellet, opus illi fuerit, cum Davide contra Philiſtæos fortiter præliari, atque ſpiritus gladio confodere hoſtes. Hoc neglecto exigua illius in Parnaſſo ratio habebatur. Idcirco ille temporis tractus ſat longus dici poteſt PERIODUS POLEMICA, ſumto hoc vocabulo, pro tali temporis intervallo, cujus finis ſeu exitus accuratè poni ſeu digitô monſtrari vix poteſt. Qvamvis enim non diffitendum, ſtudium polemicum nulli non tempori eccleſiæ competere: Nam & de doctoribus noſtris tritum illud valet:

Nunqvam bella piis, nunqvam certamina deſunt,
Et qvo cum certet mens pia ſemper habet.

Idcirco & D. Paulus poſtulat, ut Epiſcopus, ſeu qvisqvis eccleſiæ Doctor, ſit δυνατὸς τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν Tit: II, 9. Negandum tamen non eſt, primis eccleſiæ repurgatæ temporibus omnino de neceſſitate fuiſſe, ut ſtudium polemicum cœteris palmam præriperet, atqve doctores noſtri continuo in armis eſſent, donec adverſarii,

ſi non κατ' ἔξω, tamen κατ' ἔσω convincerentur. Quapropter illum temporis tractum, hoc reſpectu, periodum polemicam nominari poſſe, nulli dubitamus.

Remittente paulatim hoc digladiandi fervore, qui exacerbatis hinc inde odiis, interdum eccleſiæ plus obfuit, qvam profuit, Auctores ad mores hominum corrigendos emendandosque animum applicuere. Id quod tamen diverſi diverſo modo, pro cujusque temperamento, facere aggreſſi ſunt. Quidam ſcripta *aſcetica* pientiſſima, & ſingularem zelum pro Dei gloria proximique ſalute ſpirantia, evulgarunt, in quibus, rationibus e Sacrarum Literarum penu rectæque rationis promtuario depromtis, lectores non tam ducere, qvam trahere aut cogere m) voluerunt, ad evitandas mundi delitias ſanctioremque vitam degendam. Præter Theologos, ARNDIUM, MüLLERUM, GEYERUM, SPENERUM, SCRIVERUM, aliosqve inſudarunt & Philoſophi

m) Cogi qvis in ſenſu rhetorico poteſt, quando id de potenti doctorum & oratorum ſvada intelligimus. Huc ἀναγκασμὸς *verbalis* Luc. XIV, 21. c. XXIV, 29. pertinet.

phi huic argumento, ſed vario modo: Es ſind in dieſer Lehr-Art auch immer neue Moden aufgekommen, de quibus breuitatis ſtudio plura addere non vacat.

Alii longe aliam viam ingreſſi per ludum jocumque quaſi homines a latiſſimo ad infernum tramite reducere conati ſunt. Tentarunt autem, licet vano ut plurimum molimine, hunc finem conſeqvi per *Satyras*, quæ ſunt *ſcripta per fictas narrationes, aculeato dicendi genere, perverſos hominum mores taxantia.* Talia ſcripta, ſi ſcurrilitas, verborumque abſit obſcœnitas, atque intactis perſonis, vitia tantum in genere tangantur, tolerabilia & alicujus uſus in republica videntur. Nam apologus ille Jothami, qvo civibus Sichemiticis execrandã ingratitudinem erga domum paternã exprobravit, quidnam aliud fuit ſatyra, per fictam narrationem ingratitudinem civium ſatis mordaciter taxans? At vero Spiritus S. non dedignatus eſt, iſtam Libro Canonico ſcripturæ S. inſerere. Jud. IX. 7. 20. Legi in hoc genere merentur D. B. Schuppii Lehrreiche Schrifften, BARCLAJI Satyrica, Philanders von Sittenwald wunderliche Träume und Reiſen, ſub quo nomine latere

vo-

voluit JOH. MICHAEL MOSCHEROSCH, teſte *Relfendſone*, n.) qui tamen & ipſe autor perſonatus, vero nomine JO. WOLFFG. ROSENFELD. o.) E neotericis nominare libet des Paſquini eröffnete Brieffſtaſche, libellus eſt lectu jucundus, nec inutilis.

Fateor tamen, fructus talium ſcriptorum eſſe perexiguos, quia homines perverſi inſperſa ſatyris monita ſalutaria plerumq; ſicco pede prætereunt, vel ſaltim iſta, tanquam canis e Nilo, deguſtant. Nam ſicut olim, barbarie in monaſteriis dominante, monachi inter legendum forte in Græca incidentes, dicebant: *Græca ſunt, non leguntur*: Sic & voluptuoſi moralia in ſatyris offendentes cogitant: *moralia ſunt, non leguntur*. Satius igitur eſt, vel ſemel B. D. GEIERI Allgegenwart GOttes, it: ejusdem Liebes-Sprüche, nec non SCRIVERI Seelen-Schatz (*fas ſit, hos in hoc ſcribendi genere nominaſſe Duumviros*) legiſſe, quam cuncta Satyricorum luſtra perreptaſſe.

Hos

n) Joh. V, 5. *Relfendſo* in tractat: de ſumma princip. Germ. poteſtate p. 120.

o) vid. libr. rarior: collect. faſc. II. p. 241. in notis.

Hos ſequuntur Auctores iſti, qui per *fictas narrationes*, durch Romain-ſchreiben, & delectare & prodeſſe volunt, quem tamen finem pauciſſimi aſſequuntur. Principes in hoc Scribendi genere inter Germanos fuere Sereniſſimus Princeps ANTONIUS ULRICUS, Dux Brunſvicenſis & Lüneburg. qui in ſeceſſu Salzthal anno 1714. d. 27. Martii ætat. 81mo diem obiit ſupremum. Edidit ille olim elegantiſſima *Aramenæ* Syriacæ atque *Octaviæ* Romanæ Volumina. p) Deinde Dn. CASPAR a LOHENSTEIN, qui edito *Arminio* Germano, immortale nomen ſibi peperit; nec non BUCHOLZERUS, Autor *Herculis & Herculiſci*, Germanorum, quorum lectione Vir quidam edecumatæ ſcientiæ & inculpatæ vitæ, a voluptatis illecebris, queis, ineunte adoleſcentia, tantum non ineſcatus fuerat, revocatus eſt, prout ipſe mihi faſſus. His quoque accen-

ſendus

p.) Per-Rev. Dn. CHRIST. GRUNDMANN, Paſt. Heuckewald. quem honoris cauſa nomino, in *Vrnis defunct. Miſcell. Lipſ. Tom. III. p. 369.*

ſendus Excell. DN. VON ZIEGLER, deſſen Aſiatiſche Baniſe ſich ein gantz ungemeines Lob erworben. Verum ex horum Κακοζηλίας maxima hodie farrago talium ſcriptorum enata eſt, quæ res amatorias ſalaci ſtylo enarrare ſolent, ut parum abſit, quin tempus hoc PERIODVM ferme AMATORIAM nuncupem, da alle Buchläden voller Romainen liegen.

Cæterum in omnes, qui furta amoris petulcis verbis enarrant, & in exemplum quaſi proponunt, optime quadrat judicium, quod B. SCRIVERVS de ſcriptis in genere tulit, ſcribens: „*Der heilige* Augu„ſtinus, *nach Herrn* Lutheri *Bericht, hält* „*dafür, daß des groſſen Ketzers* Arij, *der die* „*Gottheit Chriſti geläugnet, Höllen-Pein im*„*mer zunehme, ſo lange dieſer Irrthum wäh*„*ret und ausgebreitet wird: man mag eben* „*dergleichen von gottloſen* Scribenten *ſagen:* „*ſie richten nicht allein Aergerniß an, und* „*helffen dem Teuffel ſein Reich erweitern,* „*ſo lange ſie leben, ſondern ſie thun ſolches* „*auch nach ihrem Tode: So offt nun ein ar*„*mes Hertz durch ihre Schrifften verführet* „*und geärgert wird, ſo offt wird der Zorn* „*des gerechten GOttes gleichſam von neuen*

über

„*über ſie erwecket und vergrößert: Und*
„*wenn unſer Heyland das Weh ſchreyet über*
„*einen, der nur einmahl die Jugend ärgert,*
„*was will der zu gewarten haben, der es oh-*
„*ne Unterlaß, auch nach ſeinem Todte, thut?*
„*Gewiß, es wäre einem ſolchen Menſchen,*
„*wie beliebt und berühmt er auch in der*
„*Welt geweſen, beſſer, daß er ſein Lebelang*
„*der Säue gehütet, oder daß er nie gebohren*
„*wäre:* Verflucht iſt das Haupt, *darinnen*
„*als einer Werckſtadt ſolche ärgerliche Din-*
„*ge geſchmidet*; verflucht iſt die Hand, *wel-*
„*che ſie zu Pappier bringet*; verflucht iſt der
„Druck, *der ſie um ſchnödes Gewinſts willen*
„*ausbreitet*; verflucht iſt das Geld, *das dar-*
„*aus gelöſet wird*, hactenus B. Scrive-
„rus. q.)

Hi omnes, qui moralia vel ſerio tractant, vel tractare ſimulant, *periodum* quandam conſtituunt, quam MORALEM nominare poſſumus. Scio, ſtudium quoq; morale eſſe omnium temporum: hoc tamen non obſtante, tempus emergere potuit, quo *ſcripta moralia* officinas typographicas præ cœteris delaſſarunt, licet *doctrina*

q) *Scriver.* Seelen-Schatz P. I. 6. Predigt §. 28. p. m. 155.

moralis in ſcholis publicis viva voce propagari nunquam ceſſaverit. Genius Seculi variationi deditus, & ſeverorum monitorum tantum non ſatur, inclinavit ad jucunda, non quidem poſthabitis ſcriptis moralibus vel faſtiditis: prælato tamen utcunque, ex inſito humanæ menti varietatis amore, alio ſcribendi genere. Hinc ſtudium *Hiſtoricum* magno pretio haberi cœptum. Viſa enim hæc nova via Eruditis ad immortalitatem nominis conſequendam planiſſima, ſi Chronologico, Genealogico, Heraldico, Biographico ſtudio, ceu pelago immenſæ profunditatis, ſe immergerent, vel varias hiſtorias, uſui morali deſtinatas, multis Tomis colligerent, quo Zvvingeri Theatrum pertinet: ſicut & noſtra memoria B. ERNSTIVS collectione immortalem ſibi gloriam peperit. Profecto multi viri illuſtres hac ad famam via graſſati, atque illam perennantem adepti ſunt.

His noſtro tempore ſe *Philologi Criticique* admiſcuere. Hodie omne punctum tuliſſe videntur, qui in philologico criticoque ſtudio cœteris palmam præripere poſſunt. Idcirco docti in hac palæſtra ſe ſtrenue exercent, atque veterum Heroum,

HEIN-

HEINSII, CASAUBONI, SCALIGERORUM, VOSSIORUM, BARTHII, BUCHNERI, REINESII &c. exemplis illuſtribus incitati, nullum non lapidem movent, ut iſtis ad minimum palmam ambiguam reddere valeant. Hinc ſedulo ſtudent, ut legi cuidam in jure Romano obſcuritate laboranti faculam accendere, vel locum vitioſum ex auctore latino vel græco emendare, vel numiſma quoddam aut monumentum veterum, temporis injuria exeſum, legibile reddere poſſint, impenſe ſibi hac opera placentes, quamvis parvo reipublicæ emolumento. Mirum igitur non eſt, eos vapulare ab Auctore der unpartheyiſchē und aufr. Gedancken. r) Idem Auctor facete annotavit quoque alium ſingularem Eruditorum morem, abermahl eine neue Mode. Vidit enim more receptum, ut illi ſe invicem in ſcriptis ſuis maximis encomiis ad cœlum tollant; hinc in Frontiſpicio citati libr. *P. V.* ære ſiſtit tres Eruditos, caudis ſe invicem vulpinis mulcentes, cum lemmate: *laudamus, ut laudemur.* Etſi vero, ſecundum Ciceronem in Catone ſuo, ſum-

r) 16 Stück. p. 189. 190.

mæ laudis eſt, a laudato viro laudari; cavendum tamen, ne quid nimis. Moſchovitas equos ſuos atque trahas hyeme vulpinis ornare caudis, memoriæ proditum eſt. Germanos olim equites cum Cæſare Maximiliano I. in Italiam tranſeuntes, virtutis teſtandæ cauſa, vulpinas de haſtis ſuſpendiſſe caudas, ſcribit P. JOVIUS, Epiſcopus Nucerinus, homo Germanis oppido infenſus, quos haud raro barbaros in hiſtoria ſui temporis nominare ſolet; s) Quod ſi & Eruditi pennis vulpecularum caudas annectere vellent, ſane ridiculum eſſet. Verum hanc litem meam non facio; & hæc tantum ὡς ἐν παρόδῳ. Ex ſupra dictis elucet, *periodum*, qua jam in republica literaria vivimus, HISTORICO-PHILOLOGICO-CRITICAM, haud incommode dici poſſe. Atque hæc ſufficiant, *de Alamodalitate ſcribendi in ſeligendis materiis* dixiſſe. Non enim

s) *Paulus Jovius* Hiſtor. Tom. I. libr. IV. p. m. 321. ita; Equitibus (germanis) decora erant arma ſingulis commenſurata artubus, ac interciſis ad elegantiam ſagulis emicantia; *ab haſtarum cuſpidibus, quod erat probatæ virtutis argumentum, vulpinæ caudæ dependebant.*

enim librum, ſed obſervationem tantum libro inſerendam ſcribimus. Ergo nunc ad alia.

Diximus ſupra, *Alamodalitatem ſcribendi etiam modo tractandi proponendique prodi.* Agedum, per exempla priorum temporum eamus, præmonentes tamen iterum, nos per Alamodalitatem in præſenti imitationem aliorum *in rebus indifferentibus* intelligere, & *accommodationem ad genium ſeculi in actionibus licitis*, neutiquam vero peccaminoſis. B. noſtro LUTHERO ſeculo XVI in republica chriſtiana orthodoxa & literata rerum potiente, atque tam docendo, quam ſcribendo METHODO utente HEROICA, coætanei ejus imitati ſunt eum hoc dicendi ſcribendique genere, ut ex *Urbani Regii*, *Brentii*, *Matthe ſii* atque aliorum ſcriptis luculenter patet. Sic enim moris tunc erat docere, cum periculum ducerent, a magni Præceptoris regula diſcedere. Sequenti ſeculo adulto, textus biblici in partes evidenter ſunt diviſi, uſusque partiales ſtatim ſubjuncti. *Evidenter*, dico, tunc factum eſt, quoniam ſuperiori tempore, vigente methodo Heroica, talis diviſio textus in enarratione latuit, nec cui-

vis obvia fuit. t) Verum poſtea textus diviſio ocularis in uſu eſſe cœpit. Id quod ex D. SACCI vaſtisſimis poſtillis, NICANDRO, HERBERGERO aliisque ſatis patet. Et forte, ſi quis eo temporis tractu, quo iſte concionandi modus viguit, Synthetice aut Schematice concionari voluiſſet, ab omnibus exploſus eſſet, auribus his poſteriorum temporum deliciis nondum aſſvetis: quanquam conciones ſyntheticæ & ſchematicæ, modo deſit abuſus, debita laude non ſunt defraudandæ. u)

Patrum noſtrorum memoria SYNTHESES & SCHEMATA in ſuggeſtu imperium ſibi vindicarunt, adeo, ut præterito textus ſcopo primario, arrepta occaſione e textu, aliud thema proponeretur, non ad erudiendum populum; qui principalis concionandi finis: ſed accedente nimirum abuſu illo ad oſtentationem lepidi ingenii, vanamque eruditionis famam captandam.

Docto-

t) Conf. Diſſert. de Concion. artificialibus & *alamoditis*, habitam ſub præſidio *D. Zachar. Grapii* auctore Joach. Prüßing, Roſtock. 1704. p. 25. §. 10.

u) loc. cit. p. 23. §. 8. p. 31. 32. 33. §. XIV. XV. XVI.

Doctores Homiletici artem variandi diſpoſitionem textus, eum in finem docuere diſcipulos, ne, ſi necesſitas flagitet, plus decies unicum enarrare textum, ſemper eadem chorda oberrare tenerentur: At ſicut alias optime cogitata plerumque peſſime cedunt; ſic & hæc res longe aliter, ac debuit, cecidit. Nam illorum diſcipuli, luxuriante ingenio, præter necesſitatem etiam, his variationibus indulſerunt, ita quidem, ut illi, qui de ſimplici & plano textum, prout jacet, explanarent, exſibilarentur, & tantum non idiotæ haberentur. Videntes *Eruditi* hoc genus dicendi in templis magni fieri, daß nun die künſtlichen und galanten Predigten Mode wurden, non ſolum libros methodicos, ſed & *varias methodos* ſuper evangelia & epiſtolas certatim ediderunt. Inter ſcripta hujus generis principatum fere tenent GLASSII Poſtilla exegetica, & SCHUBARTI Lehr-Tempel. Verum noſtro tempore refrixit paululum Syntheſeum & ſchematum præpoſterus amor; amor præpoſterus, inquam, vel nimius, qui ad abuſum pertinet. (Interim ſyntheticus ſchematicusque conciocinandi modus in deliciis habendus & com-

mendandus manet, ſi cum judicio adhibeatur) & in locum eorum ſucceſſit METHODUS ANGLICANA, quando ſtilus laconicus & ſententioſus adhibetur, atque ſingulis ferme periodis uſus & poriſmata annectuntur, utilisſima quidem auditoribus; Verum præconibus noſtris ideo difficilis, quia noſtrates ex memoria, Angli vero e ſchedula dicunt. Hoc rerum ſtatu Methodiſtæ priores jam ceſſant officinis librariis tanta contentione opera ſua obtrudere, quia operæ tantum pretii amplius non eſt, ac olim fuit. Interim nullus dubito, propediem fore, ut meditationes quampluri-mæ, *methodo Backiana* vel *Mülleriana* elaboratæ, lucem ſint viſuræ, quia jam methodus Anglicana, ſi nondum priorem vicit, cum iſto tamen pari paſſu ambulare videtur. Præluſit his paucis abhinc annis B. MISANDER deliciis ſuis Anglicanis in lucem protruſis. Atque ſic ſe res habet cum Concionatoribus, Poſtillarumque ſcriptoribus nonnullis & Moraliſtis.

At neque Hiſtorici, neque Philologi aliique aliam tenuere viam. Hi quoque ſollicite ſeculi genio ſe accommodarunt, & Alamodalitati, quoad proponendi modum,

dum, morem geſſerunt. Actis Eruditorum Lipſienſibus primum per ſingulos menſes publicatis, Excellentisſimi eorundem Domini Auctores ab Eruditis haud parum gratiæ inibant, quia hac ratione, parvo ære illuſtriora ferme totius Europæ literatæ acta noſſe poterant. Hæc res aliis Eruditis anſam dedit, ſuis quoque ſcriptis ſingulos menſes fœcundare. Avide ſuſcepta quoque iſta ſunt, quoniam ad curioſitatis ſitim reſtingvendam percommoda erant, frigidam ſuffundentibus Bibliopolis, qui lubentisſime ſumtus præbebant. Nam minutum & ſæpius iteratum lucrum malebant, quam pretia vaſtorum operum raro veneuntium captare. Alſo ſind nun die monatlichen Schrifften Mode worden, ut ſcriptores ſecundum menſium numerum quotannis fœtus ſuos parerent.

E magno horum numero paucisſimos ſaltem nominare liceat. THOMASIUS, at quantus vir? edidit monatliche ſchertz- und ernſthaffte Gedancken, multo ſale refertas; cœperunt anno 1688, deſierunt 1690. Hunc ſecutus TENZELIUS, Polyhiſtor Celeberrimus, propinans monatliche Unterredungen, anno 1689. incipiens, deſiit anno 1698.

eas-

easdem ſub titulo der curieuſen Bibliothec, continuavit ab anno 1704 usque 1706. x) Horum veſtigia, licet impari greſſu, legit B. MISANDER, qui & ſuas delicias Biblicas ad menſium numerum concinnare non dubitavit. Nachdem die Deliciæ einmahl Mode worden, ſind deren wohl zehnerley darauf gefolget. Notari meretur, in lucem 1690 datis Miſandri Deliciis V. T. virum quendam eruditiſſimum Pl. Rever. Dn. M. A. B. νῦν ἐν ἁγίοις, qui ſub nomine *Theophili Rabani Savedræ* deliteſcere voluit, anno 1692 Delicias N. T. edidiſſe. Qua occaſione factum eſt, ut Miſander cum perſonato Savedra de hoc titulo publicis ſcriptis acriter certaret. Tandem hæc lis Venerab. Proto-Synedrii autoritate ſopita fuit. Porro ſinguli menſes aufgefangene Brieffe, mox Poſt-Agenten, deutſche Acta Eruditorum, gelehrte Famen, & ſic porro, fœcundo utero peperere. Intercalarem vero operam quaſi novi Lexicographi præſtite-

x) Videatur de his omnibus omnino Nachricht von denen heut zu Tage *grand mode* gewordenen Journal- quartal- und annual-Schrifften, Leipzig, 1715.

ſtiterunt tanta copia, ut jam & fœminæ lexico ſuo gaudeant.

Quidam a menſtruo ſcribendi modo paululum recedentes, ſingulis anni quadrantibus curioſo lectori oculiferia quædam proponere ſategere. Id quod Dn. ZENNERUS *Parnaſſo ſuo* præſtitit, & adhuc præſtat Dn. FELLERUS, celeberrimi quondam Poëtæ & Profeſſoris Lipſienſis JOACHIMI FELLERI filius non degener, qui Vinariæ ſingulis trimeſtribus varia inedita, variisque lingvis conſcripta monumenta in lucem mittit. Eundem quoque morem tenet Clarisſimus *Miſcellaneorum Lipſienſium* Collector, quæ laudantur ab his, culpantur ab illis, prout unicuique aut Favor, aut Livor præcordia tentat. Imo neque intra quadrantis anni aut menſis ambitum ſe continuit noſtrorum Litteratorum fervor, bono publico conſecratus; ſed ſingulis ſeptimanis, ad exterorum morem, doctorum meletemata ille prodidit in den gelehrten Zeitungen, u. gelehrten Neuigkeiten. Neque hic mos tali modo ſcribendi tam cito obſoleſcet ob varia commoda in litteras exinde redundantia. Credibile tamen eſt, fore, ut & ille aliquando faſtidiatur,

exco-

excogitato alio modo, licet haud meliori, grato tamen, qvia novus. Nec minus *Tituli Librorum* ſcenæ huic inſerviunt. Auch die Titul der Bücher werden nach der Mode gemacht. Sæpenumero me ex mercatoribus librariis audiſſe memini: Der Autor und der Titul verkauffe das Buch: Sane ex tripode dictum: Inde eſt, ut iſti duo ſibi præcipue obſervanda ducant: primo, ut viris eruditione claris & fama jam ſuper æthera notis, vel immani pretio, ſuas ſæpe elucubrationes extorqueant, deinde curent, ut rubrica quam ſpecioſiſſima atque curioſiſſima, libri novi prodituri inſigniantur, rati, ita ſe eo plures emtores inventuros. Neque ſpes fallit. Nam ita res eſt. Plerique ut nunc ſunt tempora, titulo metiuntur alienas lucubrationes, qvem ſiquis forte liber ſibi præſcripſerit anguſtum, & non nimis ſplendidum, abjiciunt protinus, & : *Nihil ad Parmenonis ſuem:* fidenter clamitant. Sic graviter BERNHARD SUTHOLT, JCtus, in Dedicatione Diſſert. ſuarum [illegible] 4.

Duobus exemplis mihi notiſſimis & oculari fide certiſſimis idem demonſtrabo. Satis notus eſt B. Miſander, nomine ve-

vero M. JOHANN. SAMUEL ADAMI, Paſt. Pretſchendorffenſis, Vir dum viveret, ſtupendæ diligentiæ. Magnif. DN. D. GOETZIUS de illo tale tulit judicium: y) „*merito optandum eſſet, ut Auctor alias non* „*indiligens, quippe quam laudem ipſi non in-* „*videmus, adduxiſſet ſcriptorum fide digno-* „*rum teſtimonia, ſic eo tutius fides narratio-* „*ni haberi poſſet.* Opera tamen eius doctorum vulgo impenſe placuerunt, haud dubie ob varias materias, uſui vario commodas. Fama igitur undique ſparſa ſcripta ejus de pane lucrando eſſe, in nundinis Lipſienſibus a Dominis bibliopolis etiam exteris asſidue fatigatus eſt, ut qvædam opusſcula ipſorum ſumtibus in lucem pro curanda traderet. Vnde ille haud raro apud amicos conqveſtus eſt: **Man laſſe ihm keinen Friede, ſonſt wolte er gerne auffhören Bücher zu ſchreiben.** Rebantur enim iſti, emptores nunqvam defuturos tali ſcripto, cui nomen Miſandri, velut hedera vino, ſuſpendebatur. Hinc factum eſt, ut *Deliciæ Evangelicæ* ipſius nomen in frontiſpicio gerentes, ederentur, qva-

y) in disſert. de principe concionatore §. 22.

qvarum tamen Autor minime fuit; ſed *Dn. M. H.* vir apprime doctus. Paſſus autem Miſander eſt, hunc fœtum ſibi ſupponi, ab editionis procuratore exoratus; pia enim fraus videbatur, proximi commodum ſine ullius incommodo promovere. Plus ſimplici vice Dn. Miſander hanc rem mihi ipſe retulit, & affatim inter nos mundi ſtultitiam riſimus, ſedulam dantis operam, ut decipiatur. z)

Verum igitur eſt, daß der Autor das Buch verkauffe. aa) Biennio abhinc libellus prodiit cum rubrica: die eröfnete Grufft natürlicher Geheimnüſſe. bb) Nihil diſſimulo: titulus hic pompoſus, ſimul ac illum in catalogo qvodam Dresdenſi conſpexi, ſtatim

z) pars I. edita eſt 1701. & ultima, 1709.

aa) Edidit *B. M. Adami* Cornu Copiæ ſive parentationes, in cujus libri titulo hæc habentur verba: Daß ein ieder Leichen-Redner aus dieſem Cornu Copiæ in einer viertel-Stundte ſich gefaſt machen köñe zu parentiren. Ergo müſſen ſie ja recht Maul-Recht, das iſt, überaus wohl zu gebrauchen ſeyn.

bb) prodiit Zellæ 1714.


tim mihi ſalivam movit, ut transmitti curarem, perſvaſus, aut Albertum M. ab inferis reſurrexiſſe, qui de Mulierum ſecretis parum ſecrete ſcripſit: aut præparationem lapidis philoſophici, ab Adeptis hactenus Cimmeriis nebulis tectam, hoc libello in apricum duci: verum, accepto libro, compertus ſum, *novam artem ſtercorandi agros* ibi tradi. Atque ſic parvo meo malo didici, daß auch der Titul das Buch verkauffe.

Animadvertentes hoc ſcriptores, Alamodalitatis famuli, quo ſcriptis ſuis gratiam conciliarent, & bibliopolas lucro non defraudarent, curioſiſſimos titulos libris præfigendos excogitare coacti ſunt, inprimis ii, qui hiſtorias, ſatyras, aut alia ad politicam prudentiã pertinentia meditabantur. Celeberrimus DN. CHRIST. WEISIVS, nunc inter ſapientiſſimos degens, ediderat den politiſchen Redner, atque alia nonnulla. Scriptis his cum applauſu lectis ſtatim nactus eſt plures imitatores in librorum ſuorum titulis. Da kamen lauter politiſche Sachen zum Vorſchein. Es præſentirten ſich politiſche Näſcher, politiſche Feuer-Mäuer-Kehrer, politiſche Trödel-Weiber,


ja auch gar politiſche Stockfiſche ꝛc. Politiſſimus enim Weiſſus titulum tam acceptum reddiderat, ut, quæcunque ab aliis, diſpari licet filo ſtyloque commenta, titulo hoc inveſtirentur, ceu ſimilæ ab igne calentes avidiſſime careque emerentur. Per abuſum hoc titulo inviſo reddito, tabernas librarias *Curioſitatis titulus* fatigavit. Da wurden die curieuſen Titul mode. Was nicht curieux hieß/ das galt nichts. Poſtea menſtrui dialogi prævaluere, & ſic porro, de qvibus jam ſupra dictum eſt, adeo, ut ſatis evidenter inde pateat, *Alamodalitatem etiam libris titulos præſcribere*, ſicut & in *ſeligendis materiis tractandique modo ſcriptores jam dudum ſub jugum miſit.* Verum ohe jam ſatis eſt: ſat prata biberunt: ſat nobis, *Alamodalitatem ſcribendi* tantum ruditer delineaſſe. Exaſciata in hac materia ab aliis ipſe advidiſſime expecto.

Ob-


Miſcell. Lipſ. Tom. V. p. 99. ſqq.



ibid. p. 284. ſqq.



ibid. p. 290.



Obſervatio C.

M. SAM. THEODORI Schönlandts,

Paſtoris Lommazenſis,

de

Nummo argenteo Caniniano,

quem Frontiſpicium Tomi V. exhibet.

CAninii nummus ex argento cuſus, quem poſſideo, in *Antica* imaginem ſiſtit ἀπώ-γωνα: cujas ſit, adſcriptum nomen: AUGUSTUS, luculenter docet. Neque in iſthoc, credo, cuiquam ſuſpecta erit Imperatoris facies imberbis. Nam, ut taceamus, illum valde juvenem ad rempublicam acceſſiſſe; Conſulatum XX. ætatis anno invaſit, ait SUETONIUS (1.). Nummum autem noſtrum primis ejus imperii annis cuſum eſſe, poſtea probatum dabimus: Saltem hoc monere liceat, CALVISIUM è *Dione* jamdudum (2.) annotaſſe, Auguſtum, Romæ primum barba poſita, poſtea ſemper læves geſtaſſe genas, quem morem & cœteri Imperatores imi-

(1.) In vita Auguſti c. 26. (2.) CALVISIUS op. chronol. p. 276. CAROL. PATIN. Tom. II. de famil. Rom. p. 17. Joh. Tempor. Chron. P. III. p. 254.

tati ſunt usque ad Hadrianum, qui primus barbam aluiſſe dicitur.

Suetonius quidem in vita Auguſti refert, (3.) il-
„lum, accepta *clade Variana*, per continuos
„ menſes, barba capilloque ſummiſſo, caput in-
„ terdum foribus alliſiſſe & vociferatum eſſe:
„ *Quinctili Vare, legiones redde*. Verum res eſt in vado. Orientales quidem populi, luctus cauſa, capillum & barbam tondere ſolebant: imo & equos & mulos, teſte HERODOTO *l. 9.* id quod Alexander M. poſt Hephæſtionis obitum in argumentum exquiſitiſſimi doloris imitatus eſt, prout PLUTARCHUS in vita ejus commemorat; (4.) attamen apud Romanos mos plane contrarius invaluit. Hi enim tempore luctus capillos barbamque oppido nutriebant. Sic TERENTIUS VARRO a Cannis fugiens, veſte obſoleta, *capillo barbaque promiſſis, præ ſe ferens vultu habituque inſignem ignominiæ acceptæ memoriam*, urbem acceſſit, teſte (5.) DEMPSTERO *e Livio*. Conſideremus quoque, cladem Varianam anno imperii 52, ætatis vero 72. Auguſto accidiſſe: quid? ſi diceremus ad locum ſupra citatum, *Octavium* tunc temporis, repudiata lævitate juvenili admodum ſenem labiis genisque barbulam indulſiſſe, *intonſumque aliquamdiu ob moerorem* e clade conceptum manſiſſe?

Poſi-

(3.) c. 23. (4.) JOH. DILLHERR. Diſpp. acad. T. I. p. 134. (5.) in notis ad antiquit. R. Roſ. lib. X. p. 788.

Poſtea icuncula viri *geniculantis atque vexillum manipulare tenentis* cernitur, cum inſcriptione:

L. CANINIVS GALLVS IIIVIR.

Operæ igitur pretium erit, hac occaſione GENTEM CANINIAM, oblivionis cinere ſepultam, temporumque illuvie obliteratam, quantum ingenioli noſtri ratio atque ſubſidiorum penuria patientur, reſtituere in lucem.

Gentem hanc incertæ originis fuiſſe neque ſatis conſtare, an ad Patricios vel Plebejos referenda ſit, AND. SCHOTTUS obſervavit: (6.) perquam illuſtrem fuiſſe, idem autor affirmat ſcribens: (7.) CANINIA, ſive KANINIA „(gens) quatuor habuit familias: *Rebilos*, quorum meminit LIVIUS, L. XLII. *Regulos*, qui „reperiuntur apud CÆSAREM L. VII. de bello Gallico. *Gallos*, qui habentur in antiquis „denariis. *Labeones*, qui in *Arnienſi* tribu cenſebantur. Et iſta quidem SCHOTTUS, quæ iisdem verbis leguntur quoque apud CAROL. PATINUM. (8.) Monendum tamen, in CÆSARE l. c. non *Regulum* ſed *Rebilum* legi.

G 3 Utor

(6.) in electis Antiquit. Rom. a DEMPSTERO notis ad Roſinum annexis p. 890. (7.) idem p. 883. (8.) in opere de familiis Rom. e numiſm. p. 60.

Utor autem editione ex officina CHRISTOPH. PLANTINI, cura JOS. SCALIGERI typis vulgata. Sic enim ibi verba fluunt: „C. Antiſtium Rheginum in Ambivaretos, T. Sextium in Bituriges, *C. Caninium Rebilum* in Ruthenos cum ſingulis legionibus miſit. Utrum igitur Schottus vel Scaliger mendoſis codicibus uſi ſint, Critici videant, mea parum refert. „Quicquid ſit, eo temporis tractu, quo *Julia Gens* ſtatum reipublicæ Rom. invertit, Caninios geſſiſſe magiſtratus, ex hiſtoriarum monumentis certiſſimum eſt. CICERO in epiſt. ad famil. meminit Caninii, Tr. pl. contra Lentulum Conſulem in Senatu reſtitutionem Ptolomæi Auletis, exulis, in regnum, per Pompejum M. acerrime urgentis. (9.) Idem Caninium quendam Gallum memorat alibi, (10.) a Caninio tamen Tr. pl. diverſum (11.) *Ego*, inquit, *cum Athenis 10 dies ipſos fuiſſem, multumque mecum Gallus noſter Caninius.* Iſtum ergo inter familiares habuit Tullius. Id quod etiam ex epiſtola illius ad Marium patet (12.) ubi ait: *diſrupi pene me in judicio Galli Caninii, familiaris tui:* exinde conſtat, Ciceronem Caninium hunc aliquando in judicio, maxima vehementia, defendiſſe.

Nec ſicco pede prætereundus eſt CANINIUS SAL-

(9.) lib. I. ep. 12. (10.) lib. III. ep. 23. (11.) ex judicio JAC. FRID. REIMANN. in not. h. l. p. 133. (12.) lib. III. ep. 3.

SALLUSTIUS, *Proquæſtor* Syriæ, ad cujus duas epiſtolas ordine Cicero reſpondet. (13.) Anno ante C. N. 43. mortuo Q. Fabio Maximo Conſule, extremo anni die, in paucas horas a JULIO CÆSARE ſuffectus eſt *C. Caninius Rebilus*, notatus propterea Ciceronis ſcommate mordaci, dicentis: *habemus vigilem Conſulem, qui toto conſulatu ſomnum non vidit.* (14.) quam rem tamen paulo aliter MACROBIUS tradit (15). SUETONIUS in vita Julii Cæſaris, omiſſo nomine, rem tantum narrat, ſcribens: (16.) *Pridie Kal. Januarias repentina Conſulis morte ceſſantem honorem in paucas horas petenti dedit.* At in Claudii vita & mortui Conſulis mentionem facit, & ſucceſſoris vani nomen & agnomen ponit. Defuncto, ait, altero e COSS. neminem ſubſtituit: improbans vetus exemplum Caninii Rebili, uno die Conſulis. (17.) Anno ante C. N. 35. L. Caninius Gallus Conſul fuit, una cum M. Vipſanio Agrippa, fortiſſimo Augusti Duce. (18.) Anno poſt C. N. primo C. Caninius Gallus circa finem anni Conſul fuit, & Collega Auguſti Cæſaris Conſulis XIII. (19.) HELVICUS, alias accuratiſſimus Chronologus, cum aliis, hoc anno Caninium quidem omiſit, & *M. Plau-*

(13.) lib. VI. ep. 17. (14.) SETH. CALVIS. in oper. Chronol. p. 272. (15.) Saturn. l. 7. c. 3. (16.) cap. 76. (17.) cap. 17. (18.) CALVIS. lib. cit. p. 277. (19.) ib. p. 293.

Plautium Sylvanum ſubſtituit; (20.) Sed *Vellejus* „*Paterculus* expreſſe (21.) ſcribit, Auguſti Domum „eo ipſo anno, quo magnificentiſſimi gladiatorii „muneris naumachiæque ſpectaculis, *ſe & Gallo* „*Caninio COSS.* dedicato Martis templo, ani- „mos oculosque P. R. repleverat, horrenda tem- „peſtate oppreſſam fuiſſe. „ Jam hoc contigit, ſi qua Calviſii calculo fides, anno, quo Auguſtus XIIImum Conſulatum geſſit: Ergo annus iſte præter Auguſtum duos conſules vidit ſucceſſive: primo M. Plautium Sylvanum, deinde poſtremis menſibus, amoto Plautio, C. Caninium Gallum: quæ Conſulum mutatio, Cæſarum tempore, haut inſueta fuit, utpote qui in ſingulos interdum menſes conſules alios ordinabant.

Forte huic Caninio *Lex Caninia* originem debet, de ſervis per teſtamentum manumittendis, quam *Roſinus* recenſet, & ex Hotomanno anno V. C. 751. latam eſſe refert, (22.) qui annus cum primo poſt C. N. cujus poſtremis menſibus, ſecundum Calviſium, C. Caninius conſulatum geſſit, exacte coincidit. Is forte, in caſum Caninii Rebili ſupra memorati intuens, eſt veritus, *ne ſui quoque magiſtratus, paucis menſibus geſti, memoria intercideret*, quapropter Conſulatum ſuum, utut brevis-

(20.) CHRISTOPH. HELVICUS in theatr. Hiſtor. & chronol. p. 85. (21.) VELLEJUS) PATERC. hiſtor. L. II. c. 100. (22.) antiqu. R. L. VIII. c. 15. p. 627.

breviſſimi temporis, egregia tamen lege, nobilitare voluit. Legem vero hanc IUSTINIANUS Imperator poſtea abrogavit.(23.) JOH. POMERESCHIUS (24.) vult, hanc legem ſub Auguſto, Furio Camillo, & Caninio Gallo COSS. latam eſſe, & citat *Suetonium* in Auguſto c. 40. verum neque Furius ſ. Fuſius Camillus Collega Caninii unquam fuit, neque e Svetonio hoc probari poteſt. Tantum enim ſcribit l. c. *Servos non contentus multis difficultatibus, a libertate & multo pluribus a libertate juſta removiſſe: tum & de numero & de conditione ac differentia eorum, qui manumitterentur, curioſe caviſſet &c.* Patet hinc, Conſulem, juſſu Cæſaris, legem tuliſſe, quæ *Caninia* ab auctore dicta fuit, cur vero *Fuſia*, vel *Furia* ſimul nominetur, divinare non poſſum. Tandem & CAROL. PATINUS e Valerio „Maximo L. CANINIUM memorat, (25.) qui, „referente *Valerio*, reum pariter atque accuſato„rem admirabilem egit, & C. Antonii, quem „damnaverat, filiam in matrimonium ducendo, „& M. Colonium, a quo damnatus fuerat, rerum „ſuarum Procuratorem habendo. Quo facto, gentilis homo multos chriſtianos facile in ruborem dare poterit.

Verum hæc *de nobilitate Caniniæ gentis* in medium

(23.) Inſtit. L. I. tit. VII. (24.) in tirocin. Jur. p. 65. (25.) CAROL. PATINUS cit. lib. p. 60. ex *Val. Maximi* Lib. IV. cap. 2.

dium attuliſſe ſufficiant. Nunc propius ad L. CANINIUM GALLUM *IIIvirum*, in Denario noſtro conſpicuum, accedamus. Qualis igitur ille IIIVIR, quem poſtica nummi oculis uſurpamus? Num forte *Reipublicæ conſtituendæ*, aut potius *convertendæ*, quales olim AUGUSTUS, ANTONIUS, LEPIDUSVE fuere? abſit: Quid? ſi *IIIVir capitalis*, *nocturnus*, *valetudinis*, *coloniarum* deducendarum aut agrorum dividundorum cauſa creatus fuiſſet? (26.) Minime gentium: ſed *IIIVir* fuit MONETARIUS. Pertinebant iſti ad *magiſtratus minores urbanos*, creabantur per comitia tributa A. A. Æ. F. F. i. e. *auro*, *argento*, *æri*, *flando*, *feriundo* (27.) Hi jam paulo poſt annum V. C. 484. cœperunt nummos *ſuis nominibus*, *officiis*, & *familiarum monumentis* inſignire, teſte P. JOBERO, (28.) prout etiamnum Præfecti monetarii nomina non tantum ſua, literis initialibus principum nummis imprimere, ſed & peculiares notas addere ſolent, quibus ſuam ſinguli monetam invicem ab aliis diſtinguunt, id quod & Romani olim monetarii facere conſueverunt, affirmante iterum P. JOBERO. (29.) *Et talis* IIIVIR omnino & noſter fuit Caninius.

Ad

(26.) G. H. NIEUPORT Compend. antiquit. Rom. Sect. I. c. 7. p. 46. *Demſter.* in not. ad A. R. lib. VII. c. 47. 78. (27.) *Nieuport* Lib. c. cap. VII. p. 25. 46. P. JOBER notit. rei numm. præcept. II. p. 32. (28.) *P. J. ber.* præc. V. p. 66. (29.) præc. V. p. 98.

Ad teſtem omni exceptione majorem provocamus, CAROLUM PATINUM ſcilicet, qui in elegantiſſimo opere, quod de *Familiis R. antiquis e nummis*, Muſis applaudentibus, concinnavit, (30.) duos Caniniorum nummos ſiſtit, quorum primus is ipſus noſter eſt, quem deſcribimus. Idem Auctor celeberrimus e Cicerone & Valerio Maximo colligit, *L. Caninium noſtrum L. Caninii*, cujus illi meminere, *filium* fuiſſe, quia apud DIONEM L. F. nominetur, *Patrem vero C. Caninii Galli*, qui M. Plautio Sylvano ſuffectus ſit anno V. C. DCC LI. ſecundum Vellejum. Addit porro: (31.) „Quæ autem in altera parte p imi „denarii (qui noſter) impreſſa ſunt, ad ſigna per„tinent de Parthis ab Auguſto recuperata. Meminit hujus rei SUETONIUS his verbis: (32.) „Parthi quoque & Armeniam vindicanti facile „ceſſerunt & *ſigna militaria*, quæ M. Craſſo & M. „Antonio ademerant, repoſcenti *reddiderunt*. Id vero factum eſt anno 18. ante C. N. M. Appulejo Nepote & P. Silio Nerva COSS. uti CALVISIUS e Dione probat. (33.) Verum Caninio noſtro anno ante C. N. 35. jam Conſule exiſtente, probabile mihi non videtur, *Virum Conſularem demum poſt ſeptendecim annos vile munus IIIViri monetarii ſuſcepiſſe.* Equidem ſcio P. Sulpicium & P. Villium, qui Conſules in Macedonia cum

(30.) Tom. I. p. 60. (31.) p. 61. (32.) in vit. Aug. c. 22. p. 106. (33.) p. 285.

cum Philippo bellum geſſerant, poſtea T. Quintio Pro-conſuli in eadem provincia bellum continuanti, juſſu populi, legatos adjectos; (34.) Q. Fabium Maximum Filio legatum ad Sueſſulam in caſtra veniſſe (35.) nec non P. Scipionem Africanum Fratri Lælio Scipioni Conſuli in Græciam proficiſcenti legatum iviſſe (36.) Verum *Legatorum officium* ad magiſtratus majores pertinebat, atque valde honoratum neque viris Conſularibus aut Prætoriis indecorum habebatur. Legati in ne Lictoribus & faſcibus utebantur, quibus ædiles & quæſtores carebant, qui tamen æque ac legati *ad Magiſtratus majores* pertinebant: (37.) At *IIIViratus monetarius ad magiſtratus inferiores* referebatur. Quapropter Caninium noſtrum, virum Conſularem, & jam grandævum, officio hoc functum eſſe, vix crediderim, utpote Dignitate ſua multo inferiore. Er wird ſich ſchwerlich vom Pferde auf den Eſel geſetzt haben, uti noſtrates in tali caſu jocari ſolent.

Quid ergo ſibi vult averſæ partis *manipulare ſignum* in manu *viranculi vixerabundi?* Hariolabor: Forte Caninius in flore juventutis Auguſti partes ſecutus in conflictu quodam, tempore belli civilis, ſignum militare aut ceperat, aut ab hoſti-

(34.) LIVIUS Dec. V. lib. II. p. m. 96. (35.) idem Dec. III. lib. IV. p. 258. (36.) idem Dec. IV. lib. VII. p. 298. (37.) NIEUPORT comp. antiquit. R. c. 14. p. 106. 107. it. Sect. II. c. 1. p. 50.

hoſtibus captum fortiter recuperaverat, idque ad Cæſarem pro more ferens, ob fortitudinem large donatus erat. Hujus igitur rei memoriam in nummo conſervare voluit. Huic conjecturæ favet P. JOBER, qui expreſſe ſcribit, ſi„gna militaria in numiſmate inter alia ſignifica„re quoque *vexilla* capta, vel ab hoſtibus *recepta*. (38) Favet & CAR. PATINUS, qui in explicando altero nummo Caniniano aſſerit, tabernaculum prætorium in eo oppidi cujusdam oppugnationem ſub Auguſto Cæſare deſignare, in qua Caninius ſtrenuum ſe forte geſſerat. (39) Quibus rebus rite penſitatis, omnino exiſtimo, ſalvo tamen acutiorum in hoc ſtudio judicio, nummum hunc *ante Conſulatum Caninii, Auguſto admodum juvene*, cuſum, & ſic *ad minimum 1753. annorum eſſe*, prætereaque dignum, ut in Principis vel Purpurati cujusdam παλαιονομισματοφιλῶν cimeliarchio rariora inter numiſmata locum inveniat.

Dum hæc meditor, in Acta Erudit. Lipſ. Commodum incido, ubi anno 1715. menſ. April. 4. Dec. Cent. II. exercit. Medico-Philol. Sacrarum & Profan. Excell. Dn. D. GEORG. WOLFFG. WEDELII, cujus celeberrimo Nomini libenter aſſurgo, recenſetur. Animadverto, in iſta (40) numiſma quoddam Auguſti explanari rariſſimum, quod etiam ad Gentem Caniniam pertinet,

(38) P. JOBER lib. cit. præcept. IX. p. 204.
(39) PATIN. lib. cit. p. 61. (40) Diſſert. VII.

net, ideoque omnino duobus iſtis a Patino receñſitis accenſendum. In uno latere caput gerit, cui ad dextram adſcriptum: AVGVSTVS: altero Cippum, in cujus medio legitur: C. C. AVGVSTI: circum circa, ad ſiniſtram: L. CANINIVS: ad dextram: GALLVS IIIVIR. Hic exiſtimat Autor celeberr. C. C. remotis ſententiis aliis, legendum: *Cenſura Cæſaris Auguſti*: & in ea verſatur opinione, fuiſſe hunc *nummum cenſus*, cujus Evangeliſta *Matth.* XXII, 19. meminit, vel ſaltem ſuccedaneum ei. Jam vero, imperante Auguſto, cenſus bis actus eſt: ſemel tempore nativitatis Chriſti, deinde poſt C. N. anno, Judæa a Romanis, relegato Archelao Principe, in provinciæ formulam redacta.

Tempore nativitatis dominicæ cenſu peracto, nulla pecunia exacta eſt a Judæis, ſed iſte cenſus tantum *deſcriptio perſonarum facultatumque in Judæa fuit*. Diſerte hoc TERTULLIANUS in Libro contra Marcionem teſtatur. Orta autem fuit iſta deſcriptio ex Auguſti curioſitate, vel potius arcano & plane mirabili providentiæ Divinæ conſilio. Oportebat enim tantum Imperatorem & Monarcham eſſe metatorem hoſpitii Dei Filio, in terras venturo, uti pulcherrime CASAUBONUS loquitur. (41) Neque etiam tunc temporis cenſus ſeu *collatio pecuniæ cenſualis*, ſive per con-

(41) ISAAC. CASAUB. exercit. contra Baron. Diatr. XXXI. p. m. 105. item XXXIII. p. 108.

cenſum indictæ a populo Judaico jure exigi poterat, ſiquidem ille nondum mere P. R. ſubditus erat, ſed Herodi M. Regi ſuo peculiari, parebat, qui Imperatoris Vaſallus, ex vetere P. R. conſvetudine, ut (TACITUS ait in Agricola) haberent inſtrumenta ſervitutis etiam reges. Regna quidem externa faciebant Romani tributaria, *jure collectandi tamen principibus libere relicto*; cenſum vero, ſeu pecuniam cenſam a provinciis mere ſubditis, ſive *imperio incorporatis*, ut hodie loqvuntur Publiciſtæ, exigebant per viros ut plurimum conſulares, qui Cæſarum tempore *Procuratores* nominabantur.

Extra ordinem vero Procuratores iſti quoque mittebantur ad reges Vaſallos, ut cenſum in ipſorum regnis agerent, h. e. numerum populi facultatesque & divitias exacte *in tabulas cenſuales* referrent ex arcano ſtatus conſilio. Tyrannis hæc erat vix tolerabilis, & tamen principes exteri, Imperio R. obnoxii, iſtam ferre tenebantur. Talis procurator extraordinarius in Judæam tempore nativitatis C. miſſus eſt P. SULPITIUS QUIRINIUS, qui in Evangelio Lucæ CYRENIUS audit. (42) Ordinarius enim Syriæ præſes, Landpfleger, eo tempore fuit SENTIUS SATURNINUS, teſte TERTULLIANO, qui contra Marcionem: *Sed & cenſus conſtat actos ſub Auguſto in Judæa per Sentium Saturninum* h. e. *Præſidem agente Sentio Saturnino*. (43) QUIRINIO igitur in

(42) Luc. II, 2. (43) CASAUB. Exercit. l. c. Baron. Diatr. XXXI, p. 195.

in Syriam, ad cenſum agendum, extra ordinem miſſo, ſimul cenſus Judaicus regni adjacentis commiſſus fuit. Dicitur autem ἡγεμονεύων, apud D. Lucam, non quod præſes Syriæ fuerit; ſed ob demandatum ipſi præter ordinem imperium. (44) Et forte Quirinius tunc in mandatis habuit, ut cenſum paulo accuratius ageret, quia jam tum Auguſtus haud dubie præceperat animo, Herodis regnum, mortuo Sene capulari in plures dividere principatus, ſicut & poſtea factum eſt. (45)

Ex his patet, *nummum cenſualem* Celeberr. DN. D. WEDELII, tempore nativitatis Chriſti cuſum non eſſe, *pecunia cenſus*, ea tempeſtate, *non exacta nec collata*: ſed potius, ſi modo talis, referendum eſſe ad *cenſum ſecundum* ſeptimo poſt C. N. anno peractum ab eodem Quirinio, iterum in Syriam miſſo, & quidem cum duplici poteſtate, ſcilicet tanquam Præſes & Cenſor ſeu Procurator Auguſtalis. Sic enim (46) JOSEPHUS: *venit, ait, in Syriam Quirinius, miſſus a Cæſare*, ut illi Provinciæ jus diceret, & fortunarum cenſum haberet. Id quod & in Judæa, poſt Archelai relegationem, Syriæ provinciæ adſcripta, factum eſt. Et tunc primum cenſus a *populo Judaico jam mere ſubdito Romanis* ſine dubio ſecundum deſcriptionem, ſeptennio ante ab eodem Quirinio factam,

ex-

(44) ibid. p. 104. (45) JOSEPHUS Antiquit. Jud. lib. XVII. cap. 13. (46) CASAUB. Exercit. I. adv. Baron. Diatr. XXIX. p. 102. JOSEPHUS Antiquit. lib. XIX, c. 1.

exactus eſt. Verum quidem eſt, Judæos jam ante, a Pompeji M. temporibus, Romanorum fuiſſe tributarios: at tributa illa inter bellicos tumultus ſemel pro ſemper, magna vi pecuniæ illis extorta, ſunt depenſa: Sed *tributa anniverſaria* tunc primum impoſita ſunt, ſcilſcet ſeptimo poſt C.N. anno. Iniquisſime tulerunt hoc jugum Judæi. Hinc Chriſtum interrogant: (47) Τί σοι δοκεῖ; ἔξεστι δοῦναι κῆνσον Καίσαρι, ἢ οὔ; hac occaſione arrepta, Juda quodam Galilæo duce etiam rebellarunt: meminit hujus rei GAMALIEL in Actis (48) inquiens: Μετὰ τοῦτον ἀνέστη Ἰούδας ὁ γαλιλαῖος, ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἀπογραφῆς, καὶ ἀπέστησε λαὸν ἱκανὸν ὀπίσω αὐτοῦ. it. JOSEPHUS, (49) Quod ſi igitur nummus Wedelianus *cenſualis* eſt, ad cenſus 7. a. C. N. factum anno, A. Licinio, Nerva Siliano & Cæcilio Metello Cretico COSS. (50) pertinebit, neque ad noſtrum L. Caninium Gallum referendus erit, quippe cujus conſulatus 42. annos hunc cenſum anteceſſit; ſed, ni omnia auguria fallunt, nepos illius & filius C. Caninii fuit, qui Plautio in conſulatu ſucceſſerat. Cætera quod locum Matth. XXII, 19. attinet, MARQVARDUS FREHERUS (51) ratio-

(47) Matth. XXII, 17. (48) Act. V, 37. (49) JOSEPHUS Antiquit. Jud. lib. XIIX. c. 1. (50) CALVIS. oper. chron. 296. (51) in Diſſert. Theologiſtorica de numiſmate cenſus a Phariſ. in quæſt. vocato.

tionibus non temnentis probare contendit, imaginem iſtius numiſmatis non Auguſti, ſed Tiberii fuiſſe, quem litem meam tamen non faciam.

Interim Vir Magnus moleſte non feret, nos aliam conjecturam in medium adducere. Cippo inſcriptum refert *C. C. Auguſti.* Cippus argumento eſt admodum probabiliter, nummum in memoriam defuncti eſſe cuſum. Quid igitur? ſi quis inſcriptionem ita interpretaretur: *Caji Caſaris Auguſti.* Cajus & Lucius Auguſti e Julia filia a Vipſanio Agrippa Nepotes ambo in flore ætatis extincti ſunt. (52) Cajus in Italiam invictus revertens in urbe Lyciæ, *Lymiram* nominant, morbo obiit; cum ante annum ferme Lucius Cæſar, frater ejus, Hiſpanias petens Maſſiliæ deceſſiſſet. (53) Caji mors incidit in annum 4. poſt C. N. Sextio Ælio Cato & C. Sentio Saturnino COSS. (54) triennio ante poſtremum Auguſti cenſum Judaicum. Ambos Auguſtus mature adoptaverat domi per aſſem & libram emtos a patre Agrippa, atque ſic Auguſtos pronunciaverat. (55) Conjectura igitur non inanis videtur, num-

(52) vid. Tabella Geneal. domus Auguſti Tacito, LIPSII cura ex officina Plantini 1581 edito, annexa, (53) VELLEJ. PATERC. hiſt. L. II. c. 2. (54) CALVIS. lib. cit. p. 295. (55) SVETON. in vita Auguſt. c. 64. p. 159.

nummum iſtum a L. Caninio Gallo IIIVIRO, monetario L. N. cuſum eſſe in gratiam Auguſti, præmaturum obitum nepotis acerbe deflentis, ut hoc pacto memoria juvenis illuſtrisſimi conſervaretur.

Nos vero e diverticulo in viam, & ad nummum noſtrum revertimur, in quo nihil amplius obſervatu reliqvum, præter fiſſuram, quam habet utroque latere ſpectabilem. Quanquam vero P. JOBER (56) moneat, ſi margines nummorum ex impetu formæ monetariæ fortius impreſſæ tenuiſſima ſint diffiſi, illud vitii notam non eſſe, ſed potius indicare, nummum eum non eſſe fuſum, ſed *cuſum*, & vere antiqvum; attamen, quia fiſſura *denarii noſtri* non marginalis eſt, ſed ſubtili *linea* utramque faciem percurrit, iſta potius impetui ferrei inſtrumenti, cum e terra a ſcrobe cum aliis effoderetur, illi forte fortuna impacti, mea quidem ſententia, adſcribenda veniet. Tantum.

(56) in notit. rei Numm. præcept. VIII, p. 173.

Obſervatio CI.
M. CHRISTOPHORI PYLII,
Rectoris Anclamenſis,
de
Æthiopibus albis.

§. 1.

Quamquam jure quaſi præſcriptionis univerſus fere mundus ad noſtra usque tempora ſibi vindicare ſtuduerit veritatem adſerti: *nullum Æthiopum eſſe album*, adeo, ut in proverbium miſerint *dealbationem Æthiopis*, ſi quidem rem factu impoſſibilem denominare voluerint, & vel nulla Logicæ compareant aut Syſtemata, aut Compendia, vel quocumque nomine, ſatis interdum magna loquente, veniant, quibus vel albedo Æthiopum, qua dentes tantum, vel cutis nigredo indelebilis regularum non præbeat fulcimentum: attamen vel ex hoc negotio luculenter apparet, quam vehementer ſententia de re minus accurate cognita mentibus hominum imponat, quantumque commodum experientia rebus humanis fœneretur, tamquam fœcundiſſima & fere unica omnis ſcientiæ mater; quod argumentum ſibi pertractandum ſumſit Dn. RIESCH *in Diſſert. de experientia, ejusque in ſci-*

entiis

entiis uſu Jen. 1684. habita. conf. MARTINI *Quæſt. Illuſtr. Philoſ. Centur. VII. Diſp. 7. qu. 3.* CYPRIANI *de med. inveſt. verit. rer. natur. Cap. IV.* ACKER *de Politicis empir. p. 9. ſqq.* Præſtantiam ejus in Medicina & neceſſitatem in oratione introductoria & programmate ad Scholas Medicas invitante Audituros demonſtravit CAR. FRID. Luther/ *Med. t. t. Profeſſor Kilonienſis extraord. Kilon. 1702.*

§. 2. Equidem, ſi pondus ipſius vocis, quod ex denominationis origine affert, in pretio habere velimus, recepta hucusque opinio de *Æthiopibus ſemper nigris*, admodum firmaretur, qvum Africanos, vel Chuſæos a Græcis ob colorem nigrum *ἀπὸ τȣ͂ αἴθω ὕρο, καὶ ὢψ facies* Æthiopes, id eſt, Nigritas, vel *ἀπὸ τȣ͂ μαυρὸς obſcurus*, *Mauros* & Mohren, vocatos eſſe, ut diſtinguerentur a Septentrionalibus Europæis, quos ob album colorem *ἀπὸ τȣ͂ γάλα* i. e. *lac* vel *albedo, ſive γάλακτος candor, albedo*, GALATAS ſive GALATOS quaſi *γαλακτινȣ͂ς* appellaverint, aſſerat WALDENFELS *Select. Antiqu. L. XI. C. V. n. 4. p. 355.* conf. BUNO *in not. ad* CLUVER. *Introd. in Geograph. antiqu. & nov. Lib. VI. Cap. V.* §. *1. p. 564. & Cap. VI. §. 4. not. p. 567.*

§. 3. Verum, quoniam noſtra ratio ita comparata eſt, ut, judice EMPEDOCLE, *per anguſtas ſenſuum vias cognitio animum intret*, qvum intellectus noſter ſe habeat ad res ſua natura evidentiſſimas veluti oculi veſpertilionum ad lucem Solis quam ii vix admittunt, *2. Metaph. cap. I.*

adeo, ut communi effato ſua conſtet veritas, quod nihil ſit in intellectu, quin prius fuerit in aliquo ſenſu. ARISTOT. *Lib. I. poſt. Cap. XV. p. 33.* MERSENNUS *quaſt. celebr. in Gen. qu. 1. art. II. Rat. XXI, col. 31.* HORNIUS *poſit. Miſcell. ex philoſ. ration. poſ. V.* vid. etiam Monatl. Auszug aus allerhand gelehrten und curieuſen Büchern/zu Hannover 1702. menſ. Sept. p. 35. conſ. & CARTESIANORUM adverſarii: excuſanda potius Græcorum Æthiopes in univerſum à nigredine denominandi promtitudo, qvum alii, præter nigros, ipſis tum non innotuerint, neque de albis quosdam viderint, aut fando audiverint, quam pro fundamento alleganda, ad impugnandam albedinem gentis certæ inter Æthiopes exiſtentis. Quemadmodum enim alias imbecillia admodum argumenta eſſe cenſentur, quæcumque ab Etymologia deſumuntur, dicente CHRIST. THOMASIO *Diſſ. de injuſto Pontii Pilati judicio, ſub præſidio* D. MOEBII *an. 1675. Lipſ. hab.* qua *Lic.* Stellers *defenſionem Pilati refutavit præfat.* §. 4. conſ. OBSERV. SELECT. *ad rem litt. ſpect. Hal. Tom. II. obſerv. IX. §. 2. & Tom. VI. obſ. VI. §. 2.* Ita quoque hoc tempore majorem ſibi valorem nullatenus acquiſiverunt. Evidens quippe eſt, nominum impoſitionem a vulgo ortum ſuum trahere vid. *de la Roque Traite de l' origine des noms cit.* ACT. ERUD. *Lipſ. An. 1682. p. 86.* HOBBES *Exam. & emend. Mathem. hod. Dial. I. p. 34.* SPERLETTE *Log. Nov. Part. I. Sect. IX.* vid. ejus *Opera Philoſ. edit. noviſſ. p. 40.* qui pro

liber-

libertate ſua nomina certa cuivis rei deſignat, parum attendens, utrum ea ipſa conditioni rerum conveniant, an vero multis paraſangis ab eadem diſtent. MARTINI *quæſt. Illuſtr. Philoſ. Cent. II. Diſſ. IX. qu. 1.* MIZLER *de ſavore Sect. I. §. 1.* HABRECHT *planiglob. cæleſt. & terreſtr. Part. II. cap. I. p. 11.* quapropter evenit, ut raro nomen ex natura ſua rei inditum ſit, raroque, quid res ſit, in compendio exhibeat. vid. *MICHAEL Nupt. p. 229.* PASCHIUS *de Entelech. voc. & cruc. Metaph.* προαυλ.

§. 4. Hinc, miſſa Etymologia, commonſtrabo, & ratione, & experientia, non ſolum *poſſe dari Æthiopes albos*, ſed etiam *revera dari, & inveniri tales* in hoc univerſo. Tantum autem abeſt, *ut placitis rationis* repugnet aſſertum, ut potius eadem obſtetricante veritatem propoſiti in apricum producere audeam. Et quidni auderem? nonne jamdudum ante Majorum noſtrorum ſecula ex Africa ſemper aliquid novi tam ſecundum, quam præter naturæ leges agnoverunt romana de gente oriundi? Mihi vero, ſepoſitis reliquis, in præſenti licebit æquora illos inter & nos interjacentia transfretare, & ex memorata terra aliquid producere, quod licet inveteratæ adhuc opinioni addictis, & quaſi adglutinatis, præter naturam accidere videatur, in ſe tamen circumſpecta modo cura conſideratum, optime cum natura congruere deprehendetur.

§. 5. Diu quidem multumque creditum jam fuit, (alias enim opiniones jam mitto, Lectoremque

que eas ſciendi cupidum ablego ad VADIANI *Commentar. in Melam Lib. III. fol. 201. lit. d. in not. edit. Baſil. 1522. in fol.* M. CHRISTOPH. CALOVII Θαυμαντανθρωπολογιαν *veram & fictam* §. 17. *ſq.* STUBNER *de Nigritarum affectionibus.* OBSERVATIONES MISCELL. *Part. XXX. p. 469.* & NEUHAUSIUM *in* γνωθι σεαυτον *ſive de homine libello* §. *CXI. p. 373. ſeqq.*) Æthiopum colorem atrum ex nulla alia cauſa derivandum eſſe, quam ex vehementi ignis ſolaris calore, qui Zonæ torridæ, ſub qua comprehenditur maximam partem Africa, directis radiis capitibus imminens, incolas urat, & quaſi torreat, qua continua radiorum recta via incidentium & reflexorum uſtione perpetuus ſudor eliciatur, vultusque ſemper madeſiat: hinc qvum aër particulis terreſtribus abundet, quippe qvum nullum plane elementum heterogeneis ſuis depuratum conſpici aut contrectari poſſit, ſed mixta omnia ſint particulis quidem opacis & terreis, iisque eo pluribus & craſſioribus, quo propius ad terram accedant, homines vero terram illam incolentes vel aëri ſe exponant, vel in eo deambulando ſudore madidi, particulas ejus craſſiores facilius excipiant, quæ ſe in poros per ſudorem laxatos immittant, per vim radiorum ſolarium ſiccantem concreſcant, atque ita cutem, alias glabram, gibboſam vel cavernoſam reddant, putarunt lucis adeo radios in cutem objectam incidentes, non remitti, ſed vel fortiter imbibi, vel per variam, ob inæqualitatem pororum & ſuperficiei aſperitatem, eorum divarica-

rica-

ricationem a recta ad oculum via declinare, in qua modificatione lucis nigredinem conſiſtere Optici docent.

§. 6. At vero jam dudum hæc ſententia in veris eſſe deſiit, falſitatem ejus jam in antiquis temporibus demonſtrante PHOTIO, in Bibliotheca ſua; qvum præterea certum ſit, *Braſilianorum infantes* in America, qui tamen in eodem climate fervido habitant, quo Æthiopes, *albos naſci*, teſtibus JO. STADIO, OLEARIO, & LERIO in *ſuis Itinerariis*, eamque albedinem ſervaturos, niſi ſtudio, more Maurorum, olio diapalma, lardo aliisque unguentis corpora inungerent, apricationique exponerent; vid. WAGNERUS *in Obſ. de colore Æthiopum*, quæ exhibetur in NOV. LITTER. MAR. BALTH. & SEPTENTR. *a. 1700. p. 208. ſq.* Non equidem negaverim, ardorem Solis ad nigredinis perfectionem multum addere, ſed illi ſoli hujus rei cauſam adſcribendam eſſe, non video quomodo conſtare poſſit. Si enim hæc ſola cauſa eſſet, cur, quæſo, in aula Hafnienſi, in qua certe ſolis vires tantas non eſſe, quantas in Africa Nigritæ experiuntur, albicantes incolarum vultus & ipſe quoque regionis ad Solem ſitus extra dubium ponunt; Æthiops orientalis cum mauritana ſua ad occaſum oriunda, filiam ſibi ſimilem procreavit? prout refertur a D. WAGNERO, *in Nov. Litter. Mar. Balth. an. 1700. p. 207.* Erit itaque vel ex hoc manifeſtum, ſi aliunde non pateret, nigredinem illam Æthiopiam

incolentium non eſſe ſuperficiariam, ſed aliunde, ex cauſa ſcilicet intrinſeca, derivandam.

§. 7. Nempe, quemadmodum, experientia teſte, ſæpenumero morbi Parentum v. g. tabes, calculus renum, podagra, & qui ſunt alii, per ſemen in prolem, immo totam interdum gentem transplantantur, hereditarii inde morbi dicti, de quibus videndus ALBERTI *Diſſ. de morbis hereditariis Erfordia 1692.* habita, ita quoque hunc affectum, vel diſpoſitionem affectionemque coloratam humorum a Parentibus in ſobolem traduci vero quam ſimillimum eſt: quippe qvum membrana reticularis ſub cuticula, fuliginoſa viſciditate prædita, proximam nigredinis cauſam materialem conſtituat, cutis vero ipſa in ſe albicans in anatomia Æthiopis per microſcopium a D. WAGNERO deprehenſa fuerit. vid. NOV. LITTER. MAR. BALTH. & SEPTENTR. *an. 1700. p. 118. & 207.* conf. Dn. PECHLINII *Tract. de hab. & color. Æthiop.* & HANNEMANN. *in Scrutin. curioſ. nigred. Cham.* §. *17 ſqq.* quem citat PAULLINI Zeitk. erbaul. Luſt. *Part. I. them. CLXXXV. p. 644.* conf. etiam CLUVER. *Introd. in Geogr. edit. noviſſ. an. 1694. evulg. in not. p. 567.* Nec eſt, quod obvertatur, hoc pacto ſemen debere nigreſcere, ſi mediante ſemine nigredo transfundatur, qvum ſufficiat, ſemen illud æthiopum habere diſpoſitionem nigrificam, quæ corpus illud mucoſum & reticulare, quod inter cutem & cuticulam transſucet, dicente PAULLINO *c. l. cap. VII.* & nigredinem efficit, in for-

ma-

mationc fœtus & per adoleſcentis vitæ annos contexat, quemadmodum talis diſpoſitio morbifica in ſemine morbifero deprehenditur, quæ in formatione embryonis ad partes ductusque ſuos defertur: quamvis alias ſemen nigrum adeo inuſitatum non eſſe loquantur EPHEMER. CUR. *Dec. I. obſerv. 63.* & ex iis PAULLINI *c. l. them. LV. p. 149. & them. CLXXXV. p. 645.*

§. 8. Quoniam itaque cauſa nigredinis primaria reſidet penes Parentes, qui materiam illam in liberos ſuos propagant, invicte verum manet, gentes Europæas, aliasque, candorem vultu præferentes, ſi quando in Æthiopiam ſeceſſerunt, quod factum eſſe hiſtoria de migrationibus integrarum nationum, commodióra ſibi domicilia quærentium, abunde teſtatur; conf. BECMANN. *de migr. Gent. in hiſtor. Orb. Terrar. Geogr. & Civil. Part. I. cap. IX. p. 345.* uti & in omnibus fere libris Hiſtoriæ univerſalis, Geographicis item, v. g. CLUVERI *Introduct. in Geograph. antiqu. & nov. &* Du VALL allgemeine Welt-Beſchreibung *Cap. de Africa* videri poteſt, liberos ad imaginem ſuam, id eſt dicere, candidos etiam in ipſa Æthiopia procreare, & per multas generationes propagare poſſe, quemadmodum conſtat Regem Abyſſinorum, *Preto Chan* a quampluri-mis dictum, de cujus origine videantur breviſſime explicantes die Hiſtor. REMARQVES *an. 1704. p. 21.* SCHUTZ. *Appar. Cur. Pract. Tom. I. p. 20. ſqq.* & *Appar. Biblic. Tom. IV. p. 768.* SCHÆVII *Diſſ. II. de confuſione linguarum qv. 9.*

EC-

ECCARD Monatl. Auszug *1700. Auguſt. p. 480. ſq.* Neubeſtellte Agent, I. *Fonction. p. 269.* Præſertim ECCARD. *de uſu & præſtant. ſtud. Etymolog. in hiſtor. p. 55. ſqq.* candidum eſſe, talesque, inter ſubditos ſuos admodum nigros, liberos albos ſemper gignere, qvum illorum humores immenſum quantum a Nigritarum differant, adeoque ejusdem coloris cauſa ceſſante & ſublata, effectus etiam produci nequiverit. Neque vero obſtaret, hos modo dictos non ab Æthiopibus ſed Europæis eſſe genitos, ideoque nomine Æthiopum inſigniri non poſſe; qvum enim a Patria homines nominare conſvevimus, certe quocumque etiam modo Patriam accipere velis, ſive pro loco, in quo conceptus, vel eo, in quo natus & excluſus eſt infans, Æthiopes maximo jure dicendos eſſe puto, qui in Æthiopia concepti, nati & educati ſunt, quamvis alios, quam Æthiopes, agnoſcant Parentes, præſertim, ſi mores & lingvam Æthiopum induant. Si enim omnino Gallus in Germania natus Germanus dici non poſſet, quod vult REIMANNUS im Verſuch einer *Critique* über *Bayle Dictionar. p. 78.* ita nec CAROLUS M. potuiſſet haberi Germanus a Gallicis Parentibus in Germania natus, vid. BOECLER. *Diſſ. Acad. Vol. II. p. 140.* PUFENDORF. gründl. Ber. vom Zuſtand des H. Röm. Reichs *in annot. p. 50.* Vernunfft. Urtheil von gelehrten Leuten *P. I. p. 34.* Neue Biblioth. *T. III. p. 209.* von Suden / ſive M. UHSE, gelehrter *Critic. P. I. p. 314.* nec CAROLUS V. in Impe-

rato-

ratorem elegi, quum is, qui non eſt Germanus, ab Imperio per leges arceatur, qui tamen a Rege Hiſpaniæ genitus, in Germania natus, Germanus habitus, vid. *PUFENDORFII* Gründl. Ber. *c. l. p. 52. lit. (u) in annot.* Multó minus dubitandum erit de illorum appellationis juſtitia, qui ab avis aut proavis tantum deſcendunt Europæis.

§. 9. Poterat tamen & hoc uſu forte venire, ut phantaſia muliercularum candidarum, cum candidis cohabitantium, oberrantes quotidie nigros nimis attente conſiderantium, contrarium, nigram puto ſobolem, producat, quod alias imaginationi factu facillimum eſt, de cujus viribus vid. *PAULLINI c. l. Part. I. them. LXXI. p. 185. ſeq.* Hundeshagen *de imaginatione ejusque viribus. STOLTERFOHT de Idea errante in monſtror. generat. §. 23. ſeq. Nov. Liter. Mar. Balth. & Septentr. an. 1698. p. 243. ſeq. an. 1700. p. 208. ſeq. WALDSCHMID de imag. hom. & brut. aliique*; aut ejusmodi homunciones, a candidis licet nati, radiis tamen ſolaribus nimis frequenter ſeſe exponentes, unguento nonnumquam aut aliis pinguibus inuncti, inde colorem ſubfuſcum ſibi contrahant, quod libenter concedo. Interim tamen, quando hoc non accidit, nihil impedit, quo minus æque *Leucæthiopes* ab albis parentibus in Æthiopia per multa ſecula nati album vel albicantem colorem retineant, ac novimus dari hodierno adhuc die *Ruſſos albos*, ad differentiam Aſiaticorum trans Tanaim, ut & *Tartaros albos*, ad differentiam

Indi-

Indicorum & Sinenſium, vid. *WALDENFELS, Select. Antiqu. Lib. XI. cap. V. n. 4. p. 355.*

§. 10. Stat itaque firmo ratiocinio innixa ſententia, quæ *poſſibilem Æthiopum albedinem* evincit, Jam videndum, utrum experientia cum illa paria faciat. Et quidem omnino ita rem ſe habere, darique certam Leucæthiopum gentem, certiſſimum eſt. Monendum autem ante omnia, non tantum illos, qui Æthiopiam, ſtricte ſic dictam, ſuperiorem & inferiorem incolunt; ſed univerſæ fere Africæ habitatores Æthiopes ſive Mauros, quod idem, appellari: quod ipſum ex hiſtoria Hiſpanica præter alia non obſcure elucet. In hoc namque regno, quum RODERICUS, Hiſpaniæ Rex, ultimus e Gothorum ſtirpe oriundus, Seculo VIII, poſt Chriſtum natum, crudele & voluptuarium gereret imperium, ſubditosque & ſævitia in virorum, & libidine in feminarum corpora adverſus ſe laceſſeret; hi vero & calamitatis & dedecoris impatientes peregrinis auxiliis ſuffulciri ſe debere perſentiſcerent, ſi intolerabile jugum excutere cuperent; Africani in partes malevolorum vocabantur, qui, non diu ſollicitati, præſto aderant, magna armorum copia inſtructi, ſed Roderico rem male agente, inque prælio ſuccumbente, maximam Hiſpaniæ partem a Tyranno liberatam ſibi ſubjiciebant. Quamquam autem hi ipſi a maris mediterranei accolis, utpote ex regno Barbariæ, Biledulgerid, Maroccenſi & Fezenſi, aliisque, miſſi eſſent, communi tamen nomine *Mauri*,

die

die Mohren, ſive Æthiopes vocabantur, eamque appellationem, quamdiu Hiſpaniam tenuerunt, imo & in hunc usque diem, licet jamdudum, Seculo ſcilicet XVII. anno MDCX a Philippo III. ex Hiſpania ejecti ſuſtinent, manifeſto ſatis indicio, incolas Africæ promiſcue nomine Æthiopum ſive Maurorum appellari. A quo non abludit CLUVERUS, quando *varia genera Æthiopum late ſe extendentia* fuiſſe memorat, *in Introd. ad Geograph. antiqu. & nov. Lib. VI. Cap. VI. p. 568.* In teſtimonium quoque advocare poſſum WALDENFELSIUM *c. l.* dicentem: *Africanos in univerſum fuiſſe Æthiopes ſ. Mauros appellatos, quemadmodum Europæis in univerſum nomen GALATARUM decretum fuerit.* Et, niſi idem Vir Celeberrimus, vero nomine CASPAR Stieler dictus, (vid. JUNCKER. *lin. prim. Erud. II. 134.*) nomine des Spaten, in Societate fructifera inſignitus, ſignificare voluerit, haud ſcio, cur im Schattenriß der Welt/ *Part. II. Cap. XVI,* ita inchoarit: Wir kommen nunmehro dem rechten Mohren-Lande näher, cui tamen etiam *Nigritarum & Abyſſinorum* regiones accenſet, quo ipſo indicare voluiſſe mihi videtur, priores Africæ terras, quas recenſuerat, improprie tamen, Æthiopiæ nomine venire. Quam proxime ad partes meas accedat DU VALL, ex infra adducendis patebit.

§. II. In his autem Æthiopibus datur gens certa, facie cuteque corporis alba prædita, & e reliquis carbone nigrioribus, tamquam Sol e nubibus

bus reſplendeſcens, GENS ſcilicet REGIA, *in regno Habeſſinorum*, quod ſub Æthiopia ſtricte ſic dicta ſuperiori continetur. Hæc gens ſervat albedinem cutis a primo ſtirpis fundatore extero, ex Tartaria oriundo, in ſe derivatam continua ſerie, licet quotidie ſub dio in tentoriis verſetur, remque in campo agat & publicam & privatam, nulli quis ſubditorum ſuorum quaſi atro carbone notatis; de quibus conſule CLUVER. *Introduct. in Geogr. antiqu. & nov. Lib. VI. cap. IX.* Spatens Schattenriß der Welt, *Part. II. cap. XVI. p. 305.* aliosque. Sufficeret hæc ex Æthiopia proprie dicta exempla adduxiſſe, ſed dum adhuc integræ nationes populique ſuppetunt, prodeant, numerumque augeant. Neque enim hoc noſtro demum Seculo cœpit hic de albis Æthiopibus rumor: ſed PLINIUM jam *hiſtor. nat. Lib. V. Cap. VIII.* eorum mentionem feciſſe probat BUNO *in not. ad Cluver. Introduct. Libr. VI. cap. I. §. 2. p. 551.* dicens: *Partes Africæ majores Petrus Vallet attribuit 1) regna ſubfuſcorum ſive Leucæthiopum, quos Plinius c. l. vocat.* Quinimmo MELA 30 annis PLINIUM antevertens ita ſcribit: *Libyes Ægyptii ſunt, & Leucoæthiopes, Lib. I. de ſitu Orbis fol. 24.* Huic aſſentitur Dn. JOBUS LUDOLPHUS *in Commentar. ad Hiſtor. Æthiop.* de quo ACT. ERUD. *Lipſ. an 1691. p. 365.* hæc referunt: *De Leucæthiopibus quum diverſæ Scriptorum exſtent relationes, eas ita conciliat, ut quidem aliquos dari patet, hic illic per Æthiopiam degeneres e nigris Parentibus progenatos, ac fortaſſis vere le-*

re leproſos, ut Voſſius narrat: gentem tamen Leucæthiopum certam eſſe, ac per ſe ſubſiſtere vitio illo carentem. Accedit & hoc, quod DU VALL horum Leucæthiopum terram accurate determinet, terminosque habitationis illorum ad mare mediterraneum deſcribat, dum in allgem. Erd-Beſchreib. *Part. I. p. 226.* hæc verba ponit: Es kan gantz Africa füglich in 3. Theile unterſchieden werden, nehmlich in das Land der Weiſſen, und Schwartzen, und in Aetiopia. Das Land der Weiſſen hat in ſeinem Begriff die Barbarey, Egypten, Biledulgerid, und Zara, oder die Wüſten, item *p. 239.* Das Frauen-Volck in Elmadine iſt ſchön und weiß. Ubi quidem dubium moveri poſſet, an per albos, quos nominat, etiam Æthiopes intellectos velit Auctor, præſertim, quum ultimo diverſam ab ſuis albis partem nominet Æthiopiam. Verum repetenda erit ſuperius allata conjectura, Africam totam nomine Æthiopum vel Maurorum innotuiſſe, aliquam vero partem in primis hoc nomine quoque venire: quæ opinio inde quoque robur accipit, quod citatus Valleus in deſcriptione terrarum, quos ſub appellatione alborum comprehendi dixerat incolas, expreſſo vocabulo Æthiopum, ſive Mohren, inſigniat, prout videre licet *p. 229. 230. 234. 235. ſeq.* Convenit cum his WAGENSEILIUS: *HABITATORUM*, inquiens, *Africæ magna pars fuſco, maxima eſt colore nigerrimo, in Pera Juven. Locul. II. Syn. Geogr. p. 4.* item: *Cuſri ſive Hottentots ſunt colore ſubflavo. Idem p. 29. Color Habeſſinis plu-*

rimum niger, fuſcus, interdum muſtellinus, ruber quoque aut albicans p. 36. in Ægypto, qui intra urbes habitant, albicante, qui rura incolunt, fuſco ſunt colore.

§. 12. Atque ſic demonſtratum eſſe puto, non tantum poſſe dari, ſed & re ipſa exſiſtere certos Leucæthiopes, id quod non nemo, tanquam *contradictionem*, quam vocant, *in adjecto*, mirabatur, aſſerentemque, *revera dari Leucæthiopes*, falſi arguere conabatur. Potuiſſent hæc ulterius per multas deduci paginas, ſed conſultum mihi fuit, non neceſſarias hac vice ambages ſtudio evitare. Potuiſſent enim præter *libros Hodæporicos* (quos peculiari Diſſertatione anno 1703. d. 28. April. Lipſiæ recenſuit *M.* Gottfried Gottſchling) *Coſmographiæ* atque *Geographiæ* Scriptoribus quoque adjectis, conſuli *HARDUINUS, in notis ad Plinium ejusque hiſtor. natur.* aliique in eam Commentarii, ut DALECHAMPII, B. PINTIANI, CIGALINI, & GRONOVII, JO. LUDOLPH *in hiſtor. Æthiop. PAULLIN.* Zeitk. erbaul. Luſt *Part. I. them. CLXXXV. BECMANN hiſtor. Orb. terr. Geogr. & civil. PECHLIN de habitu & colore Æthiopum; HANNEMANN in Scrutin. cur. nigred. Cham.* Potuiſſent quoque adſcribi verba *ACT. ERUD. LIPS. LATIN. an. M. DCCVIII. p. 144. STüBNER. de Nigritarum affectionibus* paſſim. *LEHMANN de Orbe picto, p. 6. KOCHII OBSERVAT. MISCELL.* 30. theil, *p. 471.* ſed jam manum de tabula.

OBSER-

Obſervatio CII.

IOAN. IACOBI SCHEUCHZERI,

Phil. & Med. D. ac Prof. Tigurini,

de

Gangraena, aliisque pravis ſymtomatibus, ab eſu panis, clauorum ſecalinorum farina inquinati, excitatis.

Accidit menſe Auguſt. 1716 in pago Sulzbach, Parochiae Uster, ut pro familia quadam Boſsnartorum pararetur panis ex ſecali luxuriante; quod vitium ſegetum ita deſcribit CASP. BAUH. *Theatr. Botan.* Tom. I. p. 433. „*In ſecali*, inquit, *ſaepiſſime accidit, ut ſpica quaedam, poſtquam flores deciderunt, ac ſemina jam augmenta ſuſcipiunt, vitium aliquot in granis contrahat. Videmus enim quaedam ſemina longius ex ſuis utriculis ſeu glumis protendi, ac in me-*

„diocrem etiam craſſitiem excreſçere, quo„rum quaedam, in corniculi modum recur„vantur, quae omnia nigrum colorem foris „contrahunt, intus vero candida farina, „denſioris materiae conſtant. Hoc contingit, „ubi tempore, quo floret, copioſae ſunt plu„viae, & iis calor ſolis fervidior ſuccedit, „forte quia major ſucci copia, quam ad „grani juſtum alimentum opus eſt, attrahi„tur, ita ut corticem adhuc tenerum rumpi, „& internam ſubſtantiam in majorem au„geri neceſſum ſit. LONICERO Korn-Zapffen *dicuntur*, Thuringis Rocken-Mutter. Haec ille. Ex bona igitur parte *ſecalis* hujus *luxuriantis* conſtabat farina, ex qua familia noſtra parabat tum panem ordinarium, tum orbicularem illum, quem vulgo *ronſan* vocamus. Nec quid contigit mali, niſi iis, qui panem hunc comederunt e furno adhuc calentem. Hi omnes tam adulti, quam juniores, afficiebantur primum temulentia quadam & anxietate circa praecordia, ſubſecutus torpor in extremis tum manuum, tum etiam pedum digitis, qui quodammodo inflati, fiſſuras agebant inter digitos & in ipſis articulis, e quibus profluxit ſerum.

Poſt-

Poſtquam id obſeruarunt parentes, ſudore copioſisſimo ante prouocato liberabant ſeſe à malo tum praeſente tum imminente. Neglectus autem imprimis filius duodecim annorum, *Joh. Jacobus*, & ad paſcenda pecora in campos abire juſſus, incidit poſtea in Gangraenam digitorum pedum, propterea in Noſodochium Tigurinum delatus fuit, ubi ex hoc malo quatuor ſiniſtri pedis amiſit digitos. Viſo nunc breuiter *clauorum ſecalinorum effectu pernicioſo*, ad ejus nunc quoque accedamus aetiologiam.

Cauſa igitur hujus mali arceſſenda venit ab ebriante vi hujusmodi granorum luxuriantium, & haec ab excitata fermentatione, ſiue ſpirituum exaltatione, & aëris compreſſi expanſione, a qua deduci etiam debet ipſa vis inebrians cereviſiae, vini & aliorum ſuccorum ex vegetabilibus. Hæc vis opii aemula, calore panis actuali magis exaltata, extremas cerebri arteriolas nimium diſtendens & nervorum principia comprimens, cauſabatur temulentiam, vertiginem, ſtuporem, anxietatem praecordiorum, quae duravit, quamdiu nervi paris Vagi, ſpeciatim Cardiaci patiebantur.

Nec mirum, impedito ſucci neruei influxu in extremis, imprimis pedum digitis, ortum fuiſſe ſtuporem, & ob impeditam circulationem ſeri coaceruati per fiſſuras effluxum, tandemque ipſam Gangraenam ac ſphacelum, cui malo fores aperuit expoſitio ad aërem frigidum & humidum, quo magis adhuc circulus ſanguinis fuit impeditus, & lympha ad majorem ſtagnationis & acredinis gradum euecta.

Infortunium hocce auerterunt, ut ſuperius monitum fuit, parentes diaphoreticis, quorum ope ſanguinis motus ad extrema fuit promotus. Tractatur hic affectus, ut alii hujus generis gangraenoſi, *interne*, remediis diluentibus, ſudoriferis, abſorbentibus, Balſamicis; *externe*, epithematibus calidis, ſpirituoſis, Bezoardicis, myrrhatis, & herbis aromaticis conuenientibusque, e quibus ferme ſcordium eminere videtur. Haec omnia, debita cum cautione & a judicioſa manu applicanda ſunt & frequenter reiteranda, quo Eſchara & pars ſphacelata facilius ſeſe a ſana ſeparet. Vim ſtupefacientem & narcoticam *his granis luxuriantibus* ineſſe, inde etiam patet, quod innuente BAUHINO,

grana

grana tria, iteratis vicibꝰ aſſumta, commendentur a mulierculis in doloribus uterinis.

Laudatur etiam eorum uſus non tantum a mulieribus, ſed etiam a quibusdam medicis, quibus autem ſuas opiniones relinquo. Ad me quod attinet, eorum uſum nunquam commendarim, ſiue eorum prouentus ſit rarior, quo tempore innoxia dicuntur; ſiue copioſior, cum ſemper unum eundemque habeant generationis modum. Multae ſaepius in Praxi committuntur *fallaciae cauſae ut cauſae*, ad qūas forte & hæc clauorum virtus referenda eſt. Et licet unum alterumue granum quandoque fuerit innoxie deglutitum, illud tamen uſum eorum innoxium, vel ſalutarem, nondum probat, partim ob parcam quantitatem aſſumtam, partim ob varias circumſtantias, tum aetatis, tum roboris naturae, tum victus, aliasque, quas pauciſſimi animaduertunt atque expendunt. Vulgus grana haec, quando annis ſiccioribus interdum, & rarenter obſeruat, pro ſigno anni fœcundi, ſed ridicule, exiſtimat. Vocatur Germanice nunc Martius-Korn, nunc Korn-Zapffen, nunc Mutter-Korn, rectius Martern-Korn, nunc deni-

que etiam Todten-Kopf, & quidem omni jure. In *feſtuca ſecalina*, Traſpe, in auena & hordeo quoque interdum grana haec luxuriantia obſeruaui, ſed raro, in tritico autem, quantum memini, nunquam ea vidi. Ceterum, hanc in materiam legi meretur GEORG. BURCKARDI SEGERI diſſ. inaug. de *Lolio Temulento*, quam ſub Praeſidio RUDOLPH. JAC. CAMERAR. 1710. Tubingae habuit; nec non Obſ. de *ſecali temulento*, quae extat in *Miſcell. Natur. Curioſ. Decur. III. A. VI. p. 52.*

Obſervatio CIII.

ſiſtens

D. SIGISMUNDI SCHMIEDERI,

Imperial. Acad. Nat. Curioſ. Socii, & Practici Lommazenſis,

Additamenta.

ad

Celeberrimi Scheuchzeri Obſervationem de

Clavis ſecalinis.

HUic Obſervationi, a CL. SCHEUCHZERO ad me transmiſſæ, curioſitatis non minus gratia, quam etiam utilitatis, ea

ea adhuc adjungam memorabilia, quæ noſtris in terris anno elapſo, ſtatim poſt meſſem, nec non tempore autumnali, hyemalique, de horum granorum monſtroſorum virtute pernicioſa fuerunt obſervata, & etiamnum, dum hæc ſcribo, ſub initium nempe Martii, obſervantur. Fuit autem granorum horum, in *Luſatia* præſertim *ſuperiori*, tractu *Dresdenſi*, *Noſſenſi*, *Radebergenſi*, *Radeburgenſi*, aliisque, tanta copia, quanta poſt hominum memoriam vix unquam conſpecta fuit, cum horum corniculorum pars tertia modium ferme effecerit, der dritte Theil eines Scheffels iſt faſt lauter ſolche Korn-Mutter geweſen, der vierdte aber Korn mit noch viel Träſpe vermenget.

Hæc cum in chartam conjicere aggrederer, duo ad me perferebantur ſcripta Germanica, eadem de materia concinnata, quorum unum DN. D. BUDDÆUS, *Archiater Saxonicus, & Luſatiæ ſuperioris Phyſicus Provincialis ac Poliater Budiſſinenſis* in lucem emitti curavit; alterum vero DN. L. CHRIST. GOTTHARDT WILISCH, trium *Caſtellor. Regior. & Electoral. Saxon.* Kœnigſtein, Sonnenſtein & Stolpen *Phyſicus ſubſtit. & Poliater Pirnenſis*, publici juris fecit, ubi uterque morbi hujus tyrannidem recenſet, atque ſymtomata, remediaque affert, quam ob rem unicuique facile labor meus videri poſſet ſupervacaneus.

Spero tamen fore, ut L. B. mitius de eo laturus ſit judicium, ubi me 1.) materiæ viſcidæ cum plu-

via delapſæ, *granorum* horum *luxuriantium cauſa*, naturam, 2.) lolii hujus *generationem*, 3.) ejus *Analyſin Chymicam* expoſuiſſe, atque 4.) *vires malignas* ex principiis Medicinæ *Mechanicæ* modernis enucleaſſe, 5.) *modum operandi* earum in corpus animale demonſtraſſe, *ſymtomatumque* demum 6.) *rationem* reddidiſſe obſervaverit, de quibus omnibus, parum vel nihil neutri Clariſſimorum Auctorum memoratorum proferre libuit. Prius vero ad hunc quam me accingam laborem, noxam & ſymtomata, tam ex jamjam memoratis celeberrimis auctoribus, quam quæ ipſemet in ægris ſæpe obſervavi, & ad me perſcripta fuerunt, in medium proferam, quorum Hiſtoria ſequentem in modum ſeſe habet:

Omnium primo omnes, tam adulti quam juniores utriusque ſexus, qui de pane vel pulte, clavorum horum farina inquinatis, comederunt, correpti fuerunt inſigni horripilatione, non aliter, ac ſi totum corpus aqua fuiſſet perfuſum frigida, quam paulo poſt æſtus excepit vehemens urensque, cum temulentia, anxietate præcordiorum, cordis palpitatione. His ſupervenit ſtupor nunc pedum, nunc manuum, nunc brachiorum aliarumque partium, cum omnium ferme inflatione. Poſt, acceſſit dolor acutus, pungens, lancinans, urens, ac contrahens, cum ſpasmo enormi, convulſionibus inſultibusque epilepticis, partium tum *externarum*, oculorum, labiorum, oris; tum *internarum*, prouti ſectio id cadaverum fuit teſtata.

ſtatu. Dolor hic ſpaſmodico-Convulſivus, non continuus, ſed *remittens* atque per intervalla rediens, adeo fuit acerbus ac atrox, ut ad miſeram ejulationem ægros adegerit, qui ſanctè ſunt conteſtati, non aliter eſſe, ac ſi vis quædam valida artus ex ſuis juncturis & articulationibus deturbare vellet atque extorquère. Brachia, pedes, digiti, pollices, in ſe tam vehementer fuerunt contracti, ut magno vix niſu potuerint retrahi. Multi, aliquoties paroxysmum perpeſſi, eo iterum poſtea ingruente, nauſeam prius & vomendi percepere conatum. Plurimi frequenter ſub cute & in muſculis motum perſenſerunt undulatorium, a quo etiam hinc & inde tubercula nunc majora nunc minora fuerunt producta. Sudor plane nullus fuit obſervatus, ſed cutis conſtrictiones, intumeſcentia, ejusque fere per totum corpus aſperitas. Pueruli & juvenculæ alias ad lachrymarum effuſionem proni, hoc in affectu earum perpaucas, imo etiam plane nullas inter fletus ejulatusque emiſerunt, unde evidenter patet, multis modis lolium hoc cum *Solani furioſi* maligna virtute convenire, qua de re autem, in futuro meo *Indice plantarum lethiferarum*, ſi DEUS vitam viresque conceſſerit, pluribus ſum acturus. Nonnulli etiam, varia exanthemata, nunc varioloſa, nunc purpuracea, ſolito aſt duriora denſioraque, nunc etiam ichoroſa, ſero acri referta, ſunt experti.

Paroxysmo finito, ægrotantes appetitum ſen-

ſerunt

ſerunt juſto majorem, ſæpiusque adeo vehementem, ut vix ſatiari potuerint, quo major vero copia alimentorum fuit deglutita, eo deterior eam poſtea excepit effectus, cum multi inde graviſſimam plerumque ac lethalem paſſi fuerint mali recidivam. Quidam poſt paroxyſmum, per unam alteramque horam, mortui quaſi & lethargo ſepulti jacuerunt, evigilantes autem ſumme fuerunt languidi, ſtupidi & temulenti. Paroxyſmo penitus depulſo, nec amplius recurrente, plurimi nihilominus, per notabile temporis ſpatium, gravem capitis debilitatem, vertiginem, aurium tinnitum, difficilem auditum, oculorum caliginem, membrorumque rigiditatem ac debilitatem retinuerunt, quam poſteriorem hanc ii præſertim animadverterunt, qui venæſectione fuerant uſi.

Quos diu malum vexavit, eos diarrhœa demum corripuit interdum ſalutaris, interdum quoque & utplurimum ferme, remediis præcipue antea Stypticis aggreſſa, lethalis. A purgantibus, omnia plerumque ſymtomata, ut & ab opiatis fuerunt exacerbata, & in epilepſiam mortiferam ac lethargum commutata, hinc ſumma cum cautione fuerunt applicanda. Ab opio autem in graviſſimo hoc affectu plane fuit abſtinendum, utpote quod deliria, temulentiam, torpores, atque lethargum multo exaltavit. Agrypnia maxima pars ægrotantium quoque laboravit. Plurimorum ferme, quod non prætermittendum, aſpectus

exter-

externus, quodammodo fuit teter, oculi concavi & torpidi; hinc extra paroxysmum conſtituti, facile ab aliis inter labores conſuetos diſcerni potuerunt. Linguam præterea quoque habuerunt balbutientem membraque rigida, & ad quæſtiones prolatas articulate accurateque non reſponderunt, ſed ſemper *ebrii* quaſi & *temulenti* fuere viſi.

Frigus, de quo nunquam non conqueſti ſunt plane perferre non potuerunt; hinc facta unius alteriusque partis refrigeratione, ſtatim torpor, ſtupor & dolor acceſſerunt. Quando panis actu calidus, aut in offa fuit aſſumtus, affectus multo celerius graviusque invaſit ægros.

Defunctorum corpora, præſertim in vita plethoricorum, plerumque deprehenſa fuerunt livida, perque eorum os & nares effluxit ſanguis, qui etiam iis apertis adhuc fluidus fuit repertus. Omnia hæc ſymtomata hactenus recenſita, pro naturæ, corporis, temperamentique conſtitutione ac diverſitate, clavorumque devoratorum quantitate, nunc mitiora, nunc graviora fuere deprehenſa.

Sanguinei atque cholerici ſemper graviores ſangvinis exæſtuationes, præ melancholicis, ſunt perpeſſi, quorum e contrario autem dolores, ſpasmi, convulſiones, nunquam non præ illis obſervati fuerunt acerbiores. Phlegmaticos plerumque Epilepſia & lethargus corripuit lethalis. Hoc igitur ob grave malum ac triſte, multos adhuc in Libitinæ cenſum adſcribens, Rex noſter

atque

atqve Elector Sereniſſimus Clementiſſimusqve juſſit, ut peculiaris inſtitueretur commiſſio, molitoresqve juramento obſtringerentur, ut ne imposterum ſecale, lolio hoc pernicioſo, molaribus ulterius committerent.

Multi, quod adhuc monendum, & etiam mirandum, malum hoc ab his clavis minime recte deduci credunt, cum illud potius ab inſolita aëris anni effluxi conſtitutione derivandum eſſe exiſtiment. Uti vero nunc non eſt negandum, eam certo quodam modo ad morbi exacerbationem multum contribuiſſe, cum ob impeditam transſpirationem inſenſibilem, magna pravorum humorum colluvies in corporibus collecta fuerit; Ita tamen a veritate quam maxime eſt remotum, morbum hunc inſolitum, unice ab *aëris frigida humidaque conſtitutione eſſe* derivandum. Hoc enim ſi cum veritate conveniret, malum hoc non *endemice*, ſed *epidemice* per omnes regiones fuiſſet graſſatum, & quid opus eſt multis verbis, ubi rerum teſtimonia, eaque manibus palpanda oculisque uſurpanda, adſunt? Sed nunc hiſce hactenus viſis, progrediendum eſt redeundumque ad propoſitum.

Notum eſt & inter omnes conſtat, totam ferme anni præteriti æſtatem frigidam fuiſſe atque humidam, & quidem adeo, ut arborum etiam fructus & vitis, ad debitam ſuam magnitudinem atque maturitatem plane non pervenerint. Hujus autem tempeſtatis inconſvetæ cauſa alia fuit nulla, quam *Subveſperi & Favonii flatus perpetuus*

ferme

ferme atque conſtans. Hi enim venti, uti lippis & tonſoribus notum eſt, pluvioſæ nunquam non, uliginoſæ, & frigidioris tempeſtatis ſunt promi-condi. Ejusmodi igitur ab anni conſtitutione humida, & hanc inſequente interdum ſolis calore, BAUHINUS, ut ex Obſervatione patet SCHEUCHZERIANA, unice *clavorum ſecalinorum* ORIGINEM petit, ſed minus, ut mihi videtur, accurate, cum ab longe alia adhuc cauſa, *viſcida* nempe *quadam & glutinoſa materia*, eorum proventus ſit petendus, ut ex ſequentibus ad oculum patebit. Interim vero, tempeſtatem humidam cum intermixto ſolis ſplendore nequaquam excluſam volo, bene ſciens, nullam aliam tempeſtatem horum generationi eſſe aptiorem quam hanc. *Probe* tamen diſtingvendum eſt inter tempus anni *humidum & valde pluvioſum*, hoc enim magis feſtucam ſecalinam, Trdſpe, aliaque loliorum genera profert, quam hæc grana luxuriantia; ubi illud e contrario tantummodo horum exiſtit origo, ob materiæ ſuperius commemoratæ copiam, quæ cum pluvia tenui ex aëre decidit. Minime etiam negaverim, cum pluvia denſa ſimilem delabi ſubſtantiam tenacem, ſed quis non videt, eam partim in aëre a pluvia reſolvi, partimque jamjam delapſam iterum a pluvialis aquæ copia elui? quod autem nequaquam obſervatur, quando pluvia tenuis eſt atque ſubtilis, quam lenis aëris flatus ac ſolis ſplendor facile dispellunt, ſolummodo autem materiam hanc relinquentes.

Hæc

Hæc materia anno elapſo adeo fuit copioſa, ut veſtes, manusque ambulantium per fruges valde infecerit. Adhæreſcebat enim ariſtis inſtar ſubſtantiæ *mellaginea*, cujus conſiſtentiam & colorem quodammodo mentiebatur, indeque etiam eſt, cur vulgo *ros melleus*, Honig-Thau, pronuncietur. Odor autem ejus minime erat melleus, ſed viroſus, nauſeoſus, atque narcoticus, non aliter ac eboris, quando ejus raſura paratur tenuis, & tunc temporis naribus admovetur. Saporem referebat primum ſubdulcem, mox vero mordacem ac nonnihil vitriolicum, a quo etiam color clavorum externus ex atro violaceus, ut ex infra dicendis clarius conſtabit, deducendus eſt. Subſtantia ſecalis hujus Gangræniſati interna tam candida non eſt, ac *Nigellaſtri*, der Raden, ſed ex albo purpurea. Materia hæc cum ſpiritibus alcalicis commixta, bullulas quasdam emittebat, cum acidis vero maritata, copioſiores protrudebat, cum ſolutione Gallarum demum agitata, illam inſigniter reddebat purpuream, manifeſto indicio, multum eam de vitriolo, ut & tam de acido, quam alcali participaſſe, cujus tamen poſterioris copia paucior, quam illius videbatur.

Unde ros hic, ſi ita cum vulgo loqui liceat, degener copioſus ſuum traxerit ortum, facile ex anni conſtitutione ſuperius memorata eſt intellectu. Ob frigus enim parcumque ſolis ſplendorem, eumque per nubes debilem, vapores acriores & viſcidi e terra elevati non reſolvebantur; hinc non aliter fieri poterat, quam quo cum plu-

via

pla tenui (a) ii deciderent, inque ariſtis a crebriori acceſſu, in notabilem colligerentur maſſam, quam pluvia denſior ne quidem eluere potis erat, nedum tenuis. Hinc accidebat, ut ea brevi poſt paulo intimius ſe in ſpicarum glumas inſinuaret, gra-

(a) Pluviam ejusmodi *tenuem* rus colentes vocant, Sommer-Regen/ Staub-Regen/ quarum annus ſuperior admodum ferax fuit. Vulgus exiſtimat, hanc materiam iſtis tantum cum pluviis dejici, quas ſolares comitantur radii, hinc ait: Die Sonne beſcheinet den Regen, es fället lauter Honig-Thau. Sed falſum hoc eſt, cum eam etiam cœlo nubilo & ſole nubibus plane obtecto, cum pluvia ejusmodi tenui, multoties decidere obſervaverim. Illud vero in dubium vocare nolo, quando aſſeritur, materiæ hujus mellagineæ delapſum multo eſſe copioſiorem, ſi pluviis ejusmodi frequens intercurrat ſolis ſplendor; magna enim hoc modo particularum aquearum pars, quæ materiam hanc aliquo modo adhuc attenuare poſſet, in aëre abſumitur, quo facto, utique aliter evenire non poteſt, quam ut copioſior ejus fiat delapſus. Oeconomi quidam multo melius eſſe affirmant, ſi *rorem hunc melleum ſtatim exciperet ſolaris calor, quam ſi pluvia ipſi superveniret*, cum hæc cum dilueret, & cum aqua plu-

granulumque intus latens & fundum cui inſidebat, & unde nutrimentum hauriebat, arroderet, fermentationemque cum ſucco nutritio excitaret, demumque grana hæc monſtroſa & virulenta in conſpectum produceret, quorum *Geneſis ſpecialior*, ut eam diligenter obſervavi, ſequentem in modum ſeſe habebat.

Pri-

pluviali in omnes ariſtæ partes deferret; ille vero contra ea penitus eundem extraheret conſumeretque. Sed hoc, quod pace eorum dixerim, adeo accurate cum veritate non conſpirat. Obſervant enim ejusmodi obſervatores unum, alterum vero omittunt. Quando pluvia materiam hanc tenacem excipit paulò denſior tenui, tunc utique materia diluitur, & ad interiora ariſtæ cum aqua propellitur; quando verò per unam alteramque horam durat., nulla noxa metuenda eſt, cum penitus viſcida hæc ſubſtantia ab ea reſolvatur, eluatur, auferaturque. Eodem modo res ſe habet, quando imber ipſi ſupervenit, qui brevi temporis ſpatio omnem rubiginem removet. Secus autem rem deprehendimus, quando ſolis calor hanc materiam excipit, quicquid etiam oggamiant ruſtici obſervatores; tantum enim abeſt, uti me multoties experientia, obſervatioque ſedula docuerunt, ut calor ſolis eam enervet ac extrahat; ut potius acriorem reddat, & ad interiora ſpicarum detrudat.

Primo die atque ſecundo materia hæc mellaginea exterius tantum ariſtis adhærebat, tertio in glumas deſcendere videbatur, quarto paulo jamjam profundius ſeſe in eas inſinuaverat. Quinto ſextoque plerumque partes, quas attingebat, laterales fundumque cum granulo corrodere, & pellicula ſua naturali ſpoliare incipiebat, es ſchienen alle dieſe Theile gantz roh und angefreſſen. Hoc facto, diebus inſequentibus, ſuccus nutricius copioſe prorumpebat, cum hac materia fermenteſcens, ſub forma ſubſtantiæ fungoſæ, quæ paulatim erigebatur, granulumque genuinum ſecalis, das rechte Korn-Körnlein, idque adhuc exiguum & molle, conſumebat, paulo firmiorem durioremque autem conſiſtentiam jamjam nactum, ſenſim ſenſimque attollebat, quod vero in progreſſu novi hujus grani monſtroſi penitus exareſcebat, & ut plurimum nigreſcebat. Cum autem extra glumam ſuam cum corniculo nigricante protenderetur, cujus ſummitati ſemper inſidebat, plerumque decidebat, in multis etiam adhuc perſiſtebat.

Color granorum horum inſolitorum ab initio non erat niger, ſed herbaceus, mox fuſcus & ferragineus, poſt nigricans, & tandem ex atro violaceus evadebat, adeo, ut etiam aquam, cum abluerentur, ſimili colore inficerent. Hanc aquam violaceam, cum canes aut feles, ut aliquoties factum memini, & etiam relatum accepi, degustarent, brevi poſt ſtuporem eis inferebat, quem inſequebantur ſpaſmi & convulſiones, cum ejulatio-

lationibus, & denique interjecto unius diei, nunc etiam longiori ſpatio, moriebantur. Idem experiebantur quoque Gallinæ, columbæ, anſeres, ſues, ſi ipſis grana hæc contrita projicerentur. Imo & muſcæ, quod memorabile, ab eorum farina, ſimili aqua violacea, ſaccharo autem edulcorata, infecta, non aliter ac a cobalto, nutabundæ cum intumeſcentia peribant.

Hæc experimenta, illudque detrimentum ſuperius enarratum, quod lolium hoc infelix hominibus inferebat, ad ipſius *principia*; *vires & naturam* paulo curatius perſcrutanda, me adducebant, ut ad modum celeberrimi *Roſini Lentilii* (b) chymico iſtud ſubjicerem examini. Ex ℥iiij ſiccaque horum clavorum per Retortam ex △ [illegible] propulſorum, prodibat cum pauco Phlegmate Spiritus plane urinoſus & ſumme volatilis, ſaporis mordacis, lingvamqve notabiliter vellicantis, coloris ex pallido ſulphurei, odoris teterrimi, urinæ inſtar putridæ coctæ, & empyreuma redolentis, pondus ℥vj pendentis. Huic ſuccedebat oleum coloris fuſci craſſum, terreſtre, ſpiſſeſcens, maximam partem in Retortæ collo ſubſiſtens. Ultimo quoqve nonnihil ſalis volatilis ex obſcura flavedine albicantis, ſub forma ſpicularum & hamulorum in ſuperiori colli parte, ſe affingebat, cujus quantitas erat paululum ultra ſcrupulum.

(b) Vid. ejus *Eteodr. Pract. p. 1022. Baſ. 1711. 4.* ubi lolium temulentum, vulgo Schwindel-Haffer, chymice ſiſtit quoqve enodatum.

lum,olei autem ℥iiiß. Hoc cum eximeretur,non nihil habebat conſiſtentiæ friabilis, denſæ, & facilis ſeparatu; igni autem admotum, odorem ſpiritu adhuc fœtidiorem ſpirabat. Totum vas una cum reſiduo nigerrimi coloris, eundem fœtorem, caput graviter petentem,emittebat, qui omnes ferme ædificii replebat partes, domeſticosqve in fugam velut conjiciebat.

Caput mortuum, tam igni aperto admotum, quam ferro candenti impoſitum, celeriter adhuc concipiebat flammam, non aliter ac camphora. Durum illud erat valde, inſtar arenæ groſſioris: & licet in mortario comminueretur; minus tamen dabat lixivium, hinc crucibulo illud adhuc per horæ quadrantem committebam, quo facto, primum, cum intenſius incaleſceret, copioſum protrudebat fumum niveum, aſt fœtidum atque narcoticum, deinde ignem concipiebat, quem ſatis diu alebat, e quibus manifeſto liquet, multum adhuc ſalis volatilis, ſulphuris, oleiqve in eo delituiſſe. Remotum poſtea, & cum aqua fluviatili (c) pura coctum elixiviatumqve, ſalis fixi largiebatur paulo ultra drachmam ſemis, quod autem nullo modo per Cryſtalliſationem,ſed tantummodo per lenem evaporationem poterat obtineri. Sal hoc, ut mox videbimus, perfecte e-

K 3 rat

(c) Fontana noſtra ad ejusmodi operationes, aliasqve perficiendas, inepta deprehenditur, uti propediem pluribus ex *aqua Lommacienſis examine chymico*, conſtabit.

rat alcalicum, mordax, & nonnihil adſtringens, mitius tamen lingvam vellicans, quam volatile.

Curioſum certe erat, minimeqve reticendum, quod, cum Retorta & vas recipiens eluerentur, & a ſuo fœtore, prima vice autem non ſtatim eluibili, purgarentur, frigoriqve caſu exponerentur, particulæ humidæ congelatæ, inſignem *ſpicarum ſecalinarum copiam eleganter repræſentarent*, quod autem ὡς ἐν παρόδῳ. Producta hæc omnia ex clavis, quo certus nunc etiam de eorum fierem NATURA, ulterius examinabam, quæ ſeqventia dabant Phænomena.

Spiritus, *Solutionem Mercurii ſublimati* extemplo turbabat, & copioſum ſedimentum grumoſum ex albo nonnihil flaveſcens, ad fundum vitri præcipitabat. *Solutio* ⊖*li communis*, ab ejus affuſione ſtatim valde nigreſcebat, nonnihilqve ad colorem violaceum inclinabat. Cum *ſolutione* ⊖*li* ♂*tis* confuſus, eam ex nigro reddebat obſcuram, nullo tamen cum ſedimento, remanenteqve mixturæ diaphaneitate. Cum *ſolutione* ♀*ris* commixtus, colorem ſedimentumqve producebat ferrugineum. *Oleum* ♀ p. d. aliqualem equidem, aſt levem ab eo patiebatur turbationem, nulla cum ebullitione, nec etiam ſedimento, licet ſufficiens ipſi ejus inſtillaretur copia. Magis vero *ſolutionem* 🜄 cum 🜍 *ſulphur*, p. d. paratum, absqve ulla tamen ebullitione turbabat, cum odore inde exſurgente, Spir. C. C. & fuliginis mixturam exacte redolente. *Syrupum Violarum* perparum mutabat, niſi quod ille ad virorem obſcu-

rum

rum aliquo modo inclinare, & ad lucem in medio nonnihil quaſi purpuraſcere videretur. *Spiritus* 🜔🜹 & *Solutio* ♀væ, nullam patiebantur mutationem. *Spiritui* 🜕*tri*, 🜔*is* & 🜖*li* affuſus, nullam primo iis inferebat alterationem, præter nebulas mox inde ſurgentes, bullulásque copioſas proſilientes, pedetentim vero omnes ex pallido purpureum, & tractu temporis paulo obſcuriorem acquirebant colorem, remanente tamen omnium pelluciditate.

Solutioni Gallarum affuſus, mox ei, absque tamen ullo ſedimento, colorem afferebat purpureum, ſed non adeo intenſum. Sal volatile cum omnibus acidis efferveſcebat, ut & fixum, cujus autem poſterioris *lucta* cum iis adhuc fortior obſervabatur. Solutioni Gallarum ſal fixum tam volatile admixtum, iterum eam reddebant purpuraſcentem, magis tamen illud, quam hoc. *Caput* ● calcinatum, vehementer cum acidis ebulliebat, idem cum nitro commixtum, & igni traditum, flammam dabat ex pallido amaranthinam, blaß amaranth.

Hæc ſunt experimenta cum productis clavorum, ad eorum naturam indagandam inſtituta, quæ omnia in genere evidenter ſatis, ut arbitror, teſtantur, ſpiritus hujus, olei, ſalis volatilis, & fixi naturam alcalicam eſſe, acrem, narcoticam ac adſtrictoriam, parumque de acido participare. In ſpecie vero, volatile iſtudque alcalicum, demonſtrant *odor* atque *mutatio ſolutionis mercu-*

nii ſublimati. Acredinem docent *ſapor* mordax, & configuratio particularum ſalis volatilis. Alcalicam naturam oſtendunt uberius phænomena ex mixtura cum Syrup. Viol. & acidis obſervata. Vim adſtrictoriam mutationes ſolutionum ☽li, ꝯtis & Gallarum, indicant.

Ex his omnibus, inquam, clariſſime patet, eſſentiam horum granorum luxuriantium conſiſtere *in ſtagmate præſertim volatili alcalico acri adſtrictorio, oleoque Sulphureo narcotico copioſo.* Horum omnium prima origo deducenda a mixtura & fermentatione hujus materiæ mellagineæ acido-alcalinæ, cum ſucco nutritio & ſpiritu ſecalis alcalico, continuoque ſimilium aliarumque particularum ex aëre heterogenearum acceſſu. Quod a vero hoc non ſit alienum, experimenta ſuperius hac cum materia inſtituta, commemorataque, clare ſatis docent, unde etiam, ut jam tum fuit monitum, *color clavorum ex atro violaceus* derivandus venit, qui nihil aliud fuit, quam *ſulphur vitriolicum atre ſubtile ac narcoticum adſtrictorium.*

Quodſi igitur nunc ea, quæ ipſorum ſenſuum Indicio de natura ac principiis horum granorum atque effectis in corpora tam humana quam brutorum, huc usque fuerunt adducta, riteſ conferamus, atque ex his omnibus, probe inter ſe collatis, comparatisque, mechanice ratiocinemur, facilis, opinor, ſalis hujus volatilis acris ſulphurei adſtrictorii, intellectu erit OPERANDI MO-

DUS.

bus. Si enim vel ſaltem ipſius intueamur particularum configurationem, ſtatim patet, ſpiculis ſuis illud ac hamulis, partibus ſenſatis, ac nerveis ſumme eſſe inimicum, unàque cum ſulphure ſuo & oleo foetido operari, eos vellicando, rótendo, diſponendoque ad vehementem criſpaturam, ſuique in ſe validam ac doloroſam contractionem, ſanguinemque prætèrea ſolito magis attenuando, expandendo, agitandoque, prouti nunc ex brevi ſymtomatum reſolutione inſtituenda, clarius conſtabit, quæ ex triplici potiſſimum capite percommode depromi poteſt, *Vellicatione* ſcilicet, *Adſtrictione* & *Expanſione*, indeque orta partium adjacentium compreſſione.

Ab EXPANSIONE itaque ſanguinis ortum ſuum habent, *Æſtus vehemens febrilis*, *Palpitatio cordis*, *Anxietates præcordiorum*, *Inflationes partium externarum*, *Stupor*, *Temulentia*, *Vertigo*, *Deliria*, *Veternus*, *Exanthemata*, *Capitis gravitas*, & demum *Sanguinis* poſt mortem *fluiditas*. VELLICATIONI atque CORROSIONI ſyſtematis nervoſi originem ſuam debent, *Dolor acerbus* & *urens*, *Diarrhæa*, *Undulatio ſubcutanea nauſea & conatus ad vomitum*, *Spaſmi & Convulſiones*. Ab ADSTRICTIONE nervorumque CONTORSIONE, deducendi ſunt, *Horripilatio* eaque *frigida*, *Frigus*, *Undulatio in muſculis*, *Tubercula*, *Appetitus ſolito major*, *Auditus difficilis*, & *oculorum caligo*, *Membrorum rigor*, *Aſpectus teter*, *Cutis Aſperitas*, *Sudoris & lachryma*-

gyrum agi videntur, & caligo oculorum ac illi exoritur admiranda paſſio, quæ ab apparente viſibilium vertigine, *vertigo* nuncupatur: Ita etiam ulterius ab aliorum nervorum paribus, quæ ad alia ſenſuum organa pertinent, ſimili affectione, alias etiam corporis everſiones mutationesve, cujusmodi in ebriis obſervari ſolent, proficiſcuntur. Imo, ſi fiat, ut vehementior humorum æſtus, ipſam cerebri fibroſam invadat compagem, eoque ipſius temperie naturali immutata, cum æſtus interioris, tum exterioribus arteriarum impulſibus impeditis totum cerebri opificium muſicum committatur, anima demum de ſuo dejiciatur ſtatu & imperio, homoque amens reddatur atque inſaniens, neceſſe eſt.

Hæ ſanguinis æſtuationes & commotiones, indeque oborta hactenus relata ſymtomata ac deliria, multo adhuc exiſtunt graviora, ubi eis partium conſtrictio, ut in noſtris ægris, a materiæ acris vellicatione oriunda, accedit. Dum enim vaſa nimis diſtenta ſpatium quærunt, illud non inveniunt; hinc compreſſio adhuc magis augetur, incredibilesque inde nunc dolores, nunc ſoporoſi affectus, ſtupores, tumores, aliaque prava, ſolito majora, cooriuntur ſymtomata.

Patet autem noſtris in ægris ſangvinis rarefactio, non tantum ex hactenus allatis, ſed præterea adhuc etiam, ex ejus *poſt mortem invento fluore*, & Opii noxa, quam ejus uſus inconſideratus, debi-

debitoque modo non præmeditatus, (d) attulit ægris, exacerbando ſcilicet omnia ſymtomata, a ſangvinis ejusmodi rarefactione provenientia; manifeſto indicio, ſulphur hoc cum opii *peculiariter* inſignem habere analogiam, itidem ſangvinem reſolventem, uti id elegantiſſime eruditiſſimeque Celeberrimus BERGERUS, in diſſertatione de *vi opii rarefaciente* prolixius demonſtratum dedit. Exanthemata, eaque duriora, quibus nonnulli ægrotantium fuere affecti, ſuum tum a materia peccante, antea jam jam in iſtorum corporibus occulta, tum etiam a ſangvinis præternaturali, eoque adhuc magis a remediis calidis accelerato motu exſuſcitata, & in actum deducta, ortum acceperunt. Intumefacta enim maſſa ſangvinea, materia equidem peccans ad exteriora fuit propulſa, quorum autem ob arctam conſtrictionem, indeque denegatam diaphoreſin, cum perſpirare non potuerit, ſub cute demum collecta, & a continua nova acceſſione aucta, in-

(d) Inde apparet, quod unicuique medicorum occaſione ejusmodi morborum a cauſa tam evidente orientium experimenta inſtituere incumbat. Hoc enim modo principia cauſæ occaſionalis morbificæ cognoſcet, quibus cognitis, facile ipſi poſtea fuerit, convenienti modo remedia, cum felici ſucceſſu, & multorum ægrotantium conſervatione, applicare.

gratis acidis ſint maritanda; horum enim uſus legitimus ſemper exoptatum edidit effectum, præſertim ſequens Potiuncula, nunquam non præſentaneum omnium ſymtomatum levamen attulit ægris, quotquot eorum meo fuerunt uſi auxilio:

Rec. Lap. cancr. præpar. Unc. ſem.
ſaturentur acet. deſtill. quant. ſuffic.
add:
Aqv. Card. Bened.
Galegæ
Scorzoner.
Acetoſell.
Flor. ſambuc.
ana Unc. iſs.
Succ. Citr.
Limon. recent. expreſſ.
ana Unc. ſem.
Cryſtall. montan. præp.
Nitr. Cryſtalliſat.
ana Drachm. ij.
Miſc. Fiat. leg. art. Pot.
D. S.
Wohl umgerüttelt öffters zu nehmen.

Hujus & *Liquoris Diapnoici Sthaliani*, qui ex ſimilibus ferme paratur, uſum, ut plurimum inſecuta eſt diaphoreſis lenis, nullo alias modo obtinenda. Epithemata cum aliis convenientibus & aceto roſac. lavendul. remixta, egregiâ quo-

quoqve fuerunt uſus. In forma ſicca, *Caſtor.* ⊕ *depurat. Camph. Conch. Cryſtallus montan. arcan. dupl.* cum antiſpaſmodicis decenter commixta, ex ſententia profuerunt. Frictiones, ut & Balnea, ex *Herbis nervinis* parata, magni fuerunt uſus. His omnibus, cum debita evacuatione, ubi illa opus erat, præmiſſis, corroborantibus deniqve ac tonicis, per aliquot temporis ſpatium continuatis, curæ cum DEO felix impoſitus fuit

FINIS.

Obſervatio CIV.
C. A. HEVMANNI,
de
Neqvicqvam.

DE hac vocula ut verborum facerem nonnihil, ea me ratione permotum eſſe fateor, quod ejus veram notionem mult s quoqve alioquin doctisſimis hominibus ignorari, adeoqve ab iis vel falſo ſenſu vel plane non eam uſurpari, non ſemel deprehendi. Nec de ea præcepit TURSELLINUS, neqve nudus ille, neqve alter THOMASIANUS, neqve tertius ille SCHWARZIANUS. AUSONIUS quoqve POPMA in libro, quo vocum expoſuit differentias, quid inter *nequaquam* & *nequicquam* (vulgo enim hæc idem valere putantur,)

interſit, haud docuit : nec, qui Popmam acceſſionibus ornavit, HECKELIUS hic ſe doctorem præbuit.

Qvid? Ipſi Lexicographi hic errant, quatuor quidem illi, quos conſuli, MARTINIUS in Lexico Philologico, NIZOLIUS in Ciceroniano, REYHERUS *Junkerianus*, ac deniqve FABER *Cellarianus.* Hi enim cum cognoſcant, τὸ *nequicquam* idem eſſe ac *fruſtra*, perperam addunt, eandem voculam pro *non* poſitam occurrere. Triplex igitur eſt inſtitutum meum. *Primum* exemplis docebo, τὸ *nequicquam* non aliud eſſe, quam *fruſtra*. Deinde ea loca expendam, quæ a modo dictis Lexicographis afferri video ad demonſtrandam τῦ *non* notionem. Deniqve locum quendam CURTII emendabo, in quo pro elegantiſſimo illo *nequicquam* jam olim ſurrepſit *nequaquam*. Memini, hunc ipſum locum jam digito quaſi a me monſtratum eſſe in *Parergis Criticis*, p. 48. Quo libentius eum jam profero atqve illuſtro.

I.

NEQUICQUAM igitur ſignificat FRUSTRA locis illis, qui ſeqvuntur. Apud CURTIUM *lib. III. cap. 2. n. 11.* ita Darium affatur Charidemus Athenienſis: *Niſi nunc dixero, aliàs* (id eſt, alio tempore) *nequicquam* (id eſt, fruſtra, nullo tuo fructu) *confitebor.* Idem CURTIUS *VI. 11. 15.* refert, Philotam *Deos patrios, gentium jura, nequicquam apud ſurdas aures invocaſſe.* Apud eundem *III. 5. 12.* æger corpore Alexander: *Darius,*

-tius, inquit, *cum tam ſuperbas literas ſcriberet, fortunam meam in conſilio habuit: ſed nequicquam*, (es ſoll ihm nichts helffen/) *ſi mihi arbitrio meo curari licet.* Idem *X. 6. 14.* Ptolomæum ita loquentem inducit: *Cur Perſas vicerimus, ut ſtirpi eorum ſerviamus? quod juſti illi reges, Darius & Xerxes, tot millium agminibus, tantisque claſſibus nequicquam petiverunt.* Sic & VIRGILIUS *lib. I. Georg. v. 96.*

Flava Ceres alto nequicquam ſpectat Olympo.

Et *v. 403.*

Nequicquam ſeros exercet noctua cantus.

Eadem mente JULIUS CÆSAR *lib. II. de bello Gallico cap. 27. Ut non nequicquam tantæ virtutis homines judicari deberet auſos eſſe tranſire latiſſimum flumen.* Adeamus age vel ipſum Romanæ eloquentiæ fontem, ex quo hæc Euripidis ſententia (*ad Famil. lib. VII. epiſt. 6.*) profluit: *Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe nequit, nequicquam ſapit*, id eſt, fruſtra ſe ſapere, ſe philoſophari, profitetur. Idem *Oratione pro P. Quintio p. m. 45. Pudet dicere. Intelligo. Verum & ſero & nequicquam pudet.* TERENTIUS etiam *Heaut. II. 3. 103: Sero ac nequicquam voles.* CATULLUS ſui ipſius interpres *epigr. 78. v. 11. Ruſe, mihi fruſtra ac nequicquam cognite amice.* Et *epigr. 102. v. 4. Multum nequicquam alloqui cinerem.* Eodem ſenſu hanc voculam bis una oda uſurpat HORATIUS, quæ libri primi decima quinta eſt, *v. 13. & 16.* Ita & PLAUTUS *Moſtell. I. 3. 132.* de muliere: *Nequicquam*, inquit, hoc eſt, fruſtra

exornata eſt bene, ſi morata eſt male. Idem *Bacchid. IV. 4. 50. Emungam hercle hominem probe hodie, ne id nequicquam dixerit*, id eſt, ne id fruſtra, ne impune, dixerit. Pari modo *Aſin. III. 3. 108. Ne iſtuc nequicquam dixeris tam indignum dictum tu in me.* Quem in modum & populares noſtri dicere ſolent: Du ſolſt mirs nicht umſonſt (impune) gethan haben. Sed redeamus ad MARONEM, cujus hæc ſunt *Æneidos* altero, v. 509.

Arma -- ſenior -- --
Circumdat nequicquam humeris & inutile ferrum
Cingitur.

Addatur verſus 515. & 546. itemque *lib. III. v. 677.* & Georg. I. 192. Vbi eadem vocula ſenſu recurrit eodem. LIVIUS quoqve hanc vocem in deliciis habet, eaqve perſæpe utitur. Vnum ſufficiat adduxiſſe locum ex *lib. I. cap. 7. Cacus, fidem paſtorum nequicquam invocans, morte occubuit.* Pariter unum TACITI locum indicabo *Hiſtor. II. 24.* APULEJUS eo loco, quem MAJOR adducit lib. *de variandis orationis p. 593.* & VECHNERUS *Hellenol. p. 986.* per pleonaſmum conjungit *nequicquam fruſtra*. Ad ultimum etiam PHÆDRUM citabimus teſtem, qui *lib. II. fab. 24. Non multum egiſti, & opera nequicquam perit*, & fab. ſeq. *Gravi nequicquam te laſſabis pondere.*

Alius modo tanta exemplorum copia, ut ve-

 niam

niam rogandus videatur lector, age, ea conſideremus exempla, quibus *Lexicon Fabro-Cellarianum* efficere ſtudet, τὸ NEQUICQUAM aliquando pro NON poni. Primum ex VIRGILII *Æn. II. 546.* allatum, prorſus eſt alienum. Cum enim poëta dicit, *telum ſummo clypei umbone nequicquam pependiſſe*, hoc ſcilicet vult, telum non ſat virium habuiſſe ad clypeum perfodiendum, adeoqve ſummo ejus umbone *fruſtra*, id eſt, nullo damno, hæſiſſe. Alterum ex PERSIO Satyrico *II. 51.* petitum pariter ἀπροσδιόνυσον eſt. *Donec*, inquit ille, *deceptus & exſpes nequicquam*, i.e. fruſtra & ſero, *fundo ſuſpiret nummus in imo.* Tertium non nulla gaudet ſpecie. Apud CICERONEM enim *lib. I. Tuſc. p. m. 181.* hæc leguntur: *Secernere autem à corpore animum, nequicquam aliud eſt, quam emori diſcere.* Verum abſit, ut loco minus certo innitamur. Variat enim lectio, aliis codicibus *nec quicquam*, aliis *nil quicquam* habentibus. Mihi locum iſtum non obiter inſpicienti ſic videtur ſcripſiſſe CICERO: *quid aliud eſt*, non, *nequicquam aliud eſt.* Sed ſufficit, locum mendi valde ſuſpectum non poſſe in re dubia teſtem citari, maxime cum ſolus ſit, nec alia ſimilia loca produci queant. Recte Critici alium quoque CICERONIS emendarunt locum *lib. III. Tuſcul. p. 212.* ita reſcribentes: *Nequitia ab eo eſt, quod nec quicquam eſt in tali homine.* Vbi nullo ſenſu legabatur *nequicquam.*

III.

Supereſt CURTII locus, a me ſuæ reſtituen-

dus ſanitati, *lib. III. cap. 1. n. 18.* *Ille* (Alexander rex) *nequaquam* (ſic vulgo legimus) *diu luctatus cum latentibus nodis: Nihil, inquit, intereſt, quomodo ſolvatur*; cætera. Mediocris mentis intentio ſufficit, ut intelligas, regem non illico gladium ſumſiſſe, ſed, poſteaquam aliquandiu irrito conatu cum latentibus nodis fuiſſet luctatus, tandem impatientia victum, gladio lora rupiſſe. Et hunc in modum iſtam rem JUSTINUS deſcribit *lib. XI. Hiſt. cap. 7. n. 16.* *Cum*, inquit, *capita loramentorum intra nodos abſcondita reperire non poſſet, gladio loramenta cædit.* Quare in CURTIO reſcribo: *nequicquam*, (id eſt, fruſtra, irrito conatu) *diu luctatus*. Diu poſt, quam hæc emendatio mentem meam ſubiit, incidi in lectionem codicis *MS. Theocreniani*, alibi (*) a me laudati, in eoque ita ſcriptum reperio: *Ille nequicquam luctatus.* Id quod non ſolum mirifice adjuvat & corroborat conjecturam meam; ſed & me permovet, ut auctoritate memorati MS. codicis voculam *diu* expungendam judicem, tanquam minus huic loco congruentem, &, uti videtur, poſtea demum receptam, quam τὸ *nequaquam* pro NEQUICQUAM in *Curtium* irrepſerat.

(*) Schediasm. de Anonymis & Pſeudon. p. 128.

Ob-

Obſervatio CV.

PHILOLOGICA
M. HENRICI SCHARBAU,

Eccleſ. Lubecenſis ad templum Arcis,

de

Plantis,

ab voce πνοῆς comprehenſis, & reſpirantibus.

Ad illuſtrationem loci Act. XVII, 25.

A & Ω

ORatio Pauli apologetica, quam in ἀγορᾷ Athenienſium Epicureis & Stoicis, magno niſu & hoſtiliter in eum irruentibus (vi vocis συνέβαλλον,) oppoſuit, tot virorum eruditiſſimorum elucubrationes produxit, ut lucem ſoli affundere velle videri poſſit, qui hiſce quicquam addere ſuſceperit; quandoquidem vel integrum catalogum nectere liceat autorum, qui in iſta illuſtranda operam ſtudiumque ſuum poſuerunt. Locus, auditores, tempus, & inprimis diſputandi materia, Ara ignoti Dei, veluti pomum Eridos habita ſunt; nec minus ſermo Apoſtolicus. Interim ſicco plerumqve pede præteri-

 erunt

erunt, verba non minus acuta, quam profunda Apoſtoli, de DEO diſſerentis: αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν κατὰ πάντα, *Actorum XVII, 25.*

II. PAULUS in urbe Athenienſium διελέγετο ſeu tali orationis genere utebatur, in quo major veritatis & certitudinis evidentiæque, quam oratorii ornatus ratio habebatur; contradiſtincto ἐπιδείξεσι & μελέταις, quas ſectari ſolebant, qui ſtyli elegantiam & eloquentiæ laudem captare geſtiebant. Unde, ſi vel ipſas divinas apoſtolici ſermonis virtutes taceam, nec φλυαρία nec σπερμολογία, nec alius orationis ſive defectus, ſive abuſus, in adductis his verbis eſt quærendus.

III. Dixerat Apoſtolus, Deum οὐ προσδεόμενόν τινος *non egentem alicujus rei*, ut removeret maleſanam, ſi non ſapientiorum, tamen plebejorum ſuperſtitioſamque opinionem, de ineſcandis ſatiandisque Numinibus oblatione ſacrificiorum. Videri poſſet error hic a vulgo receptus, & a ſacerdotibus ſive quæſtus, ſive ambitionis cauſa defenſus craſſior, quam ut refutationem aut indignationem apoſtoli mereatur; ſed nec Poëtæ Satyris illum perſtringere, nec Philoſophi διαλέξεις ſuas iſti opponere indignum judicarunt, quod eleganter probat H. WITSIUS *in Exercit. de Theol. gentil. circa Juſtificationem* §. XIII. *Miſcell.* T. II. p. 680. Producam ex pluribus verba JAMBLICHI *Sect. I. c. X.* errori iſti oppoſita: Εἰ γάρ τί που καὶ περίκειται τοῖς δαίμοσι σῶμα, ὃ δή τινες τρέφεσθαι ἀπὸ τῶν θυσιῶν νομίζουσιν, ἄτρεπτόν ἐστι τοῦτο καὶ ἀπαθὲς, αὐγοειδές

τε καὶ ἀνενδεής. ὡς μήτε ἀποῤῥεῖν τι ἀπ' αὐτοῦ, μήτ' ἐπιῤῥοῆς ἔξωθεν αὐτὸ προσδεῖσθαι. εἰ δ' ἄρα καὶ τοῦτό τις θείη; τοῦ κόσμου, καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ ἀέρος, ἀνέκλειπτον ἔχοντος, ἀπὸ τῶν περὶ τὴν γῆν ἀναθυμιάσεων, περικεχυμένου πανταχόθεν, ἐπίσης τοῦ τοιούτου ῥεύματος, τίς ἂν ἔτι χρεία αὐτοῖς εἴη τῶν θυσιῶν. Sed quid προσδεῖσθαι deeſſe poteſt DEO beatiſſimo, immo felicitatis bonitatisqve fonti & ſcaturigini, danti omnibus vitam, πνοὴν *reſpirationem* & omnia? Neqve enim varians lectio hic occurrens quicquam difficultatis aut obſtaculi habet, ſive κατὰ πάντα, ſive cum aliquibus καὶ τὰ πάντα (v. *editionem* N. T. JOH. MILLII, p. 372, ad *h. l.*) legeris; quemadmodum enim illud univerſalitatem *loci*, ita hoc univerſalitatem *ſubjecti exprimit*. Potisſimum vero juvat indicaſſe, apoſtolum facta diſtinctione inter ζωὴν & πνοὴν Deo tribuere, productionem rerum omnium, quæ nomine rationalium, ſenſitivorum & vegetabilium venire ſolent; cum ζωὴ quidem tam *hominibus*, *quam brutis* competat, πνοὴ vero alterius ſe extendat, & *plantas quoqve complectatur*, a quibus deinceps tranſit ad conſiderationem τοῦ ἔθνους ἀνθρώπων.

IV. Huic vero obſervationi probandæ inſervit notaſſe, vocem πνοῆς, quæ de *viventibus* uſurpatur, non minus adhiberi de iis, quæ terra proveniunt. PRICÆO *in notis ad h. l.* idem ſuboluit. Quamvis enim potiſſimum laboret in illuſtranda ſignificatione vocis ζωῆς, quam reſpicere putat ad nomen Διός, ex meato inprimis HIE-

ROCLIS, cujus verba affert: τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς, ἔθος ἦν τοῖς Πυθαγορείοις τῷ τοῦ Διὸς καὶ τοῦ ζηνὸς ὀνόματι σεμνύνειν: δι' οὗ τὸ εἶναι καὶ τὸ ζῆν τοῖς πᾶσιν ὑπάρχει, τοῦτον δίκαιον ἀπὸ τῆς ἐνεργείας ὀνομάζεσθαι. Addit tamen: *Hæc non injucunda ut ſperamus, nec importuna adduximus, de excellentiſſima creatura a Deo animata: ad quam tamen illud πᾶσι nonquamu reſtringendum, ſed de omnibus, quæ in terra ſunt, univerſis intelligendum;* & profert ad uberiorem rei illuſtrationem iſtud CICERONIS ex *de natura Deorum. Hoc omnes mortales ſic habent -- vineta, ſegetes, oliveta, ubertatem frugum & fructuum, omnem denique commoditatem proſperitatemqve vitæ a Diis ſe habere.* Propius ad noſtrum inſtitutum facit iſtud COCCEJI ad h. l. *vita ſignificat aliquid amplius quam πνοὴ -- id quod ζωὴ præter πνοὴν ſignificat, tantum eſt in homine.* Neqve vero dubium eſt, quin πνοὴ æque ac πνεύμων originem debeat verbo πνέω. Notat vero πνεύμων *pulmonem*, & πνεύμων θαλάσσιος *pulmonem marinum*, qui teſte DIOSCORIDE, L. 2. c. 38. fruticis magis, quam piſcis naturam refert. v. CASAVBONUS ad *Athenæum* L. III. c. XXIV. p. m. 206. Nec multum ab hac voce differt vox πόα, quæ eminentiori modo variis plantarum herbarumqve generibus competit; unde & a LXX *Jerem. II, 22.* & *Mal. III, 2.* pro ברית uſurpatur, & pro רשא ebræorum, quod ſæpius βοτάνην tranſtulerunt. *Prov. XXVII, 25.* HESYCHIUS ita deſcribit: ἡ τῆς γῆς αὐτομάτως βλαστάνουσα φυτεία, βοτάνη.

V.

V. Præterea non eſt inſolens ſcriptoribus tam ſacris quam profanis, poſt homines & bruta etiam *plantas recenſere inter creaturas, factas in laudem creatoris*, v. *Pſ. CXLIIX, 9. Act. XIV, 17.* quod quidem jam non perſequor; ſed merito apoſtolus præter ſpiritum & vitam in animantibus, plantarum quoqve mentionem facit, quod gentilium plurimi, non ex iis tantum, ſed etiam ex his plurimas non ſacras ſolum & Deorum ſymbola, ſed & Deos & Numina conſtituebant: quod quidem & Ægyptiis & gentibus ſeptentrionalibus & Indis, & Græcis, adeo ipſis uſu fuiſſe multi crediderant; ab eo quidem tempore, ut SANCHUNIATON Berytius docuerit, teſte EUSEBIO *Demonſt. Euang. L. I. c. X. p. m. 34. edit. col.* ἀλλ' ὗτοι γε πρῶτοι ἀφιέρωσαν τὰ τῆς γῆς βλαςήματα, καὶ θεὺς ἐνόμισαν καὶ προσεκύνεν ταῦτα, ἀφ' ὧν αὐτοί τε διεγένοντο. καὶ οἱ ἑπόμενοι, καὶ οἱ πρὸ αὐτῶν πάντες καὶ χοὰς καὶ ἐπιθύσεις ἐποίουν. Quamvis vero argumenta, tum a conſvetudine *per plantas jurandi*, tum ab eo deſumta, quod religio quibusdam fuerit *plantis veſci*, minus valida ſint, juxta G. J. VOSSIUM *de Phyſiologia Chriſtiana & Theologia gentili, L. V. c. 46. p. m. 174.* tamen extra dubium eſt, multa a gentilibus ſuperſtitioſe de *plantis & plantarum Numinibus* credita fuiſſe. Comprobant hæc vel ſola plurium Numinum nomina. *Seja* & *Segeſta* ſive *Segetia*, a ſerendo & ſegete dicta: *Tutullina* ſegetis tutatrix fuit: *Nodinus* & *Nodotus*, qui nodos & genicula culmorum curabat: *Hoſtilina* Dea invocaba-

caba-

cabatur, ut ſegetes novis ariſtis hoſtirentur. Taceo *Patalenum*, ſive *Patulenam*, *Rancinam*, *Robigum*, *Putam*, *Spinenſem*, *Pomonam*, *Floram* & ſexcentos alios, ſive Deos ſive Deas. Quæ incredibilis δεισιδαιμονία Paulo anſam præbere potuit, unum iſtum verum & Athenienſibus ignotum Deum deprædicandi, autorem atqve conſervatorem plantarum, æqve ac hominum brutorumqve.

VI. Quod ſi vero credas, Paulum inprimis *reprehendere* ſuperſtitioſum ſacrificandi morem, quandoquidem *altare ignoti Dei* viderat; non minus occaſionem nactus eſt, eo dicendi modo uti, quo verba ejus tranſtulimus. Antiquiſſimis enim temporibus, nullum in ſacrificiis animal græci inprimis, quos inter Paulus verſabatur, offerre ſolebant, nec offerre licitum eſſe credebant; id quod PORPHYRIUS *de abſtinentia* L. IV. c. XIV. ex ASCLEPIADE refert: *τὸ πρῶτον οὐκ ἐθύετο τοῖς θεοῖς οὐδὲν ἔμψυχον, ἀλλ' οὐδὲ νόμιμον ἦν περὶ τούτου, διὰ τῷ νόμῳ φυσικῷ κεκωλῦσθαι.* Quamvis vero poſtea ulterius fuerint progreſſi, nec animatis pepercerint; multa tamen frugum genera plantarumqve ſimul *dare Diis* ſolebant. Dare, inquam: nam ita oblationem frugum proprio & nativo vocabulo dicebant, de quo videndus BRISSONIUS *de formulis*. Occurrunt ſiquidem in ſacris veterum gentilium plura, tam מנחות & *Fertis* Judæorum, quam קטרת & *ſuffimento* paria, quæ utraqve ex inanimis erant. Inter Ferta Judæorum præcipua erant מנחות

נסכים מנחות *ferta libaminum*, ita dicta ob additum vinum. Totus cœtus offerebat עומר התנופת ושתי חלחם שמביאין יום עצרת, *Omeram primitiarum*, & ולחם פנים *duos panes, quos die Pentecoſtis offerunt, & panes facierum.* v. *Levit. XXIII, 11.12. Exod. XXV, 30.* Ferta autem offerre licebat ſingulis hominibus, quorum quatuor enumerantur ſpecies, lege juſſa, quinqve vero ſponte addita fuerunt. vid. MAIMONIDES tr. *Korban*, c. 12. Sed habebant etiam tam Latini ritum, ferto libaminum, quod ſale ſemper condendum erat, admodum ſimile. Solebant id MOLAM SALSAM nuncupare, quod ex *Servio ad Virgilium* illuſtrat GUIL. OUTRAMUS *de ſacrificiis* L. I. c. VIII. §. VI. p. 81. Latinorum vero mola ſalſa Græcis dicebatur, οὐλαὶ, οὐλόχυται, & οὐλοχύται, quæ iſto referente ita deſcribit EUSTATIUS: κριθαὶ μετὰ ἁλῶν μεμιγμέναι, ἃς ἐπέχεον τοῖς ἱερουργομένοις ζώοις πρὸ τοῦ θύεσθαι. Quemadmodum vero ferta, ita & ſuffimenta habebant gentiles; comprehendere autem hæc ſolebant ſub nomine *Thuris*, quamvis non ſola thura incendebant. Inſervit vero hoc eo magis noſtro ſcopo, quod veteres Græci thura incendere exprimere ſæpius ſolebant per θύειν. Adeoqve θύειν, in hoc ſenſu idem ipſis eſt, quod θυμιᾶν; fortaſſe quod & iſti πνοὴν aliquam in iis, quæ terra naſcebantur, ſtatuerint. Ægyptii ſuffimenta plurima incendere ſolebant: Soli ter ſuffiant quotidie, ῥητίνην μὲν ὑπὸ τὰς ἀνατολὰς, σμύρναν δὲ μεσουρανοῦντι, τὸ δὲ καλούμενον κῦφι περὶ δυσμάς.

δυσμάς. Quod docet PLUTARCHUS *Iſide & Oſiride*; ſub cujus libri finem idem re-fert, κῦφι ex ſedecim aromatum ſpeciebus fuiſſe compoſitum. Atque adeo noſtra obſervatio non repugnat, ſed egregie inſervit illuſtrandis gentilium ſacris, quibuscum hoc loco pugnandum dimicandumque Paulo fuit.

VII. Denique etiam hic, quem dedimus, Paulinorum verborum ſenſus apprime quadrat, ſi animadvertas, quibuscum ipſi res fuit in hoc ſermone: Conſtitutus erat divus Apoſtolus, medius inter Epicuræos atque Stoicos; ex quibus hi quidem ϛοὰν ποικίλην habebant in hoc Foro, quod *ceramicum* procul dubio fuit, comprobante B. G. OLEARIO, ex JO. MEURSII *Diſſert. de ceramico gemino* c. XVI. *in Diſput. de geſtis Pauli in urbe Athenienſium* §. IX; illi vero in foro frequentes erant, intenti magis vitæ commodis, quam philoſophicis ſpeculationibus. Interim tamen ex mente hujus *Epicuri* ita loquitur P. GASSENDUS *in Syntagmate Philoſophiæ Epicuri* p. m. 347. *Habent quidem plantæ commune quidpiam cum ipſis animalibus, puta nutritionem, accretionem, generationem, verum iſta ſponte natura, non animæ ductu peragunt; ac proinde non niſi imitatione quadam vivere & mori ſicut animalia dicuntur*: De *Stoicis* autem inprimis *Zenone Cit*... ex THEODORETO L. V. *affect. græc. edit. ...mel.* p. 73. conſtat: hunc ſtoicæ ſectæ principem ſemen plantarum vel maxime animatum credi... diſſe...

traverit. Ductus enim qui ſuccum promovent, multis ſane inſtructi valvulis, tracheæ vero undiquaque apertæ: Unde & œſophago comparat, *les tugaux ligneux*, calamos certos in interiori radice comprehenſos, & ſuccum nutrimento aptum recipientes; tracheæ vero, easdem in plantarum radicibus deprehenſas tracheas, qui aerem in cellulas modo dictas ducunt. Huic quoque rei illuſtrandæ plurima affert experimenta jam non repetenda.

§. IX. Denique quemadmodum reſpiratio duplicem eumque inſignem habet uſum; primum, ut quædam *particulæ aëris ſangvinem intrent*, quo calor æqualis ipſi communicetur, & mixtione aëris fermentetur; alterum ut *circulatio ſangvinis promoveatur*. Continuus enim pulmonum & diaphragmatis motus, quem reſpiratio producit, facit, (uti amplius docet,) ut chilus ventriculi in inteſtina, ex inteſtinis in venas lacteas deveniat; ex quibus progreditur, ut cum ſanguine miſceatur, & circulatio adeo promoveatur. Eundem vero uſum iſtam *in plantis reſpirationem* habere idem egregie monſtrat &c. Quid vero obſtat, iſtam plantarum reſpirationem comprehendere ſub voce πνοῆς, quam Paulus adhibet? taceo, nomina *carnis*, *nervi*, *venæ*, *matricis*, & reliqua, de plantis a botanicis ſæpius uſurpata, quemadmodum דם ענבים & τῦ αἵματος & ςαφυλῆς mentio fit Deut. XXXII, 14. Siracid. XXXIX. 31. L. 16. it. 1. Macc. VI. 34. *ſanguis maerorum* occurrit.

Tom. V. Obſ. CV. & CVI.

M rit.

ſtar, quibus aër includatur. Huic rei proba[…] non opus eſſe dicit experimentis longe quæſi[…] ſed domeſticis & in vulgus notis, quorum plu[…] ma vide locis citatis. Ipſa vero receptacula MALPICHIO l. c. jam deprenſa dicit, & in[…] gnita nomine *trachearum*, cum ſpeciem refera[…] *fiſtulæ* in animalibus, *reſpirationis gratia deſcen[…] tis*, in longum deductæ, per omnem planta[…] ſubſtantiam, plurimasque comprehendentis c[…] lulas, quæ ipſa iſta ſint aëris receptacula, & qui[…] bus maxime ſimiles ſint *tracheæ inſectarum*. Por[…] ro, ſicut in animalibus aër per intervalla progre[…] ditur, regrediturque; ita eodem modo aërem mox exire ex plantis, mox in easdem redire. Pro[…] bat id ex eo, quod corpora plantarum ſucceſſi[…] dilatantur & coarctantur, quod fieri nequeat ſin[…] iſtac aëris ingredientis & exeuntis viciſſitudine, veluti in humano pectore idem liceat obſer[…] cum aër a pulmone attractus iſtud inflet atque [dilatet], ejecto vero aëre pectus contrahatur. [Id] hoc fundamentum cauſamque unicam eſſe [ſucci] aſcendentis, & in minimos quosvis plantarum [ra]mos & ductus ſeſe diffundentis ſucci, quod quamdiu incrementa ſumunt plantæ: com[pres]ſione enim coactus diffundit ſe, & nutrimen[tum] affert undiquaque. Unicum ait, inter ſuc[cum] & aërem diſcrimen eſſe, quod ſuccus, plantis [ſe]mel immiſſus, nunquam iterum recedat, val[vulis] reditum præcludentibus, cum contra aër ea[dem] facilitate redire ex plantis queat, quam eas pe[ne]

tr[…]

paverit. Ductus enim qui ſuccum promovent, multis ſane inſtructi valvulis, tracheæ vero undiquaque apertæ: Unde & œſophago comparat, *les tuyaux ligneux*, calamos certos in interiori radice comprehenſos, & ſuccum nutrimento aptum recipientes; tracheæ vero, easdem in plantarum radicibus deprehenſas tracheas, qui aerem in cellulas modo dictas ducunt. Huic quoque rei illuſtrandæ plurima affert experimenta jam non repetenda.

§. IX. Denique quemadmodum reſpiratio duplicem eumque inſignem habet uſum; primum, ut quædam *particulæ aëris ſangvinem intrent*, quo calor æqualis ipſi communicetur, & mixtione aeris fermentetur; alterum ut *circulatio ſangvinis promoveatur*. Continuus enim pulmonum & diaphragmatis motus, quem reſpiratio producit, facit, (uti amplius docet,) ut chilus ventriculi in inteſtina, ex inteſtinis in venas lacteas deveniat; ex quibus progreditur, ut cum ſanguine miſceatur, & circulatio adeo promoveatur. Eundem vero uſum iſtam *in plantis reſpirationem* habere idem egregie monſtrat &c. Quid vero obſtat, iſtam plantarum reſpirationem comprehendere ſub voce πνοῆς, quam Paulus adhibet? taceo, nomina *carnis*, *nervi*, *venæ*, *matricis*, & reliqua, de plantis a botanicis ſæpius uſurpata, quemadmodum דם ענבים & τȣ͂ αἵματος & ϛαφυλῆς mentio fit Deut. XXXII, 14. Siracid. XXXIX. 31. L. 16. it. 1. Macc. VI. 34. *ſangvis mororum* occur-

Tom. V. Obſ. CV. & CVI.

 rit.

rit. Quæ ſingula probant, πνοὴν quoque convenire plantis, easque ex mente Pauli in illuſtrato hactenus loco comprehendere. Hæc ſufficiant.

Obſervatio CVI.

CHRISTIANI SCHOETTGENII,

Rectoris Scholæ Francof. ad Viadrum,

de

Aſiarchis

ad Actor. XIX. 30.

Τινὲς δὲ καὶ τῶν Ἀσιαρχῶν, ὄντες αὐτῷ φίλοι, πέμψαντες πρὸς αὐτὸν παρεκάλουν μὴ δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέατρον.

Sed & quidam ex Aſiarchis, quum ei (Paullo) *eſſent amici, miſerunt ad eum, rogantes, ne ſe daret in theatrum.*

Multa de his Aſiarchis inter viros doctos eſt quæſtio, quæ eo magis cum cura tractata eſſe deprehenditur, quia ad Sacrarum litterarum interpretationem non omnino nihil facere viſa eſt. Quum vero plerique, mea quidem ſententia, id quod res eſt vix attigerint, liceat noſtras quoque

vires periclitari, ita tamen ut ſalvum cuivis judicandi jus relinquamus.

Non immerito miror, omnes, quotquot evolvi, viros doctos id conſtanter adſerere, *Aſiarchas* fuiſſe *Magiſtratum ſacrum, non civilem.* Faciunt hoc CUJACIUS Obſerv. 2. 13. SALMASIUS ad Solinum c. 40. p. 566. SELDENUS ad Marmora Oxonienſia p. 95. ſeq. VALESIUS ad Euſebium H. E. 4. 15. RUBENIUS de urbibus Neocoris, CHR. SIBERUS diſſ. de Aſiarchis, quæ exſtat tom. 2. Theſauri Theologico-Philologici, HAMMONDUS & CAR. MARIA de VEIL ad h. l. Actorum, ANT. van DALEN Diſſert. 3. SPANHEMIUS de uſu præſtant. num. Diſſert. 9. & poſt hos PITISCUS Lex. Antiqv. Rom. tom. I. p. 189. Ratio ipſorum palmaria eſt, quod apud D. Lucam mentio fiat theatri & ludorum in eodem exhibitorum, unde concludunt, officium iſtorum ad Sacra pertinuiſſe. Adducunt in hanc rem varia Auctorum teſtimonia; ſed nos non tam id agimus, ut ad illa reſpondeamus, quin potius in eo verſabitur labor noſter, ut ſententiam noſtram adſtruamus, quæ eſt: ASIARCHAS FUISSE MAGISTRATUM NON SACRUM, SED CIVILEM.

Fraudi fuit viris doctis, uti jam diximus, *theatri mentio*, in quo tamen an Aſiarchæ quidquam egerint, nihil narrat ſacer ſcriptor. Nec, ſi Aſiarcharum quædam in theatro partes fuerint,

M 2 exin-

exinde ſequitur, eosdem *munerum aut ludorum fuiſſe curatores.* Si enim hodieque narretur, aliquem ex officialibus aulæ Imperatoris in ſcenam iniiſſe, nemo colliget, eum in ordinandis ludis quidquam negotii habuiſſe. Quin nec iſtud ſequitur: *Aſiarchæ curatores ludorum fuerunt, Ei Magiſtratus iſtorum fuit ſacer, non civilis.* Quis unquam adfirmabit, Ædiles Romanorum ad ſacros Magiſtratus pertinere? & tamen penes illos omnis fere ludorum cura fuiſſe deprehenditur. Theatri ergo hoc quidem loco mentio non eſt ludorum cauſſa, ſed id potius obſervandum, in urbibus magnis, & Græcis quidem præcipue, illa, quæ in magna populi frequentia peragi debebant, in theatris fuiſſe ſuſcepta. Unde poëtæ *agones muſicos* in iisdem celebraſſe, rhetores & ſophiſtæ *declamaſſe, ſcriptaque* a ſe elaborata *prælegiſſe* leguntur. ... Videantur, ne ultra, quam decet, prolixi ſimus, SCALIGER de re poëtica I. 21. SITZMANNUS ad Rutilii Itinerarium I. 202. CRESOLLIUS in theatro Rhetorum & Sophiſtarum 3. 12. Apoſtoli quoque, & eorum ſucceſſores, eandem occaſionem aucupati, multitudini in theatro congregatæ verbum Dei annunciarunt. AURELIANUS in vita S. Martialis: *Sanctus Martialis cum Diſcipulis ſuis perrexit ad theatrum, prædicare Evangelium.* Eadem de cauſſa, ut nempe populus præſens adesſet, deque juſtitia adminiſtrata teſtari poſſet, in theatris convenere judices, ibique negotia ſua age-

gerunt. AUSONIUS ludo ſeptem ſapientum Prologo v. 5.

Nobis pudendum hoc, (ſcenam introire) non & Atticis quoque,
Quibus Theatrum curiæ præbet vicem.

In iisdem theatris admittebantur & publice audiebantur *peregrinarum gentium legati*, quemadmodum id ex hiſtoria Tarentinorum conſtat, qui in theatro peſſime tractarunt legatos Romanorum. FRONTINUS Strateg. 3. 2. 6. ALCIBIADES *diu tanquam de rebus ad commune pertinentibus diſſeruit in theatro, ubi ex more Græcorum locus conſultationi præbebatur.* Alium ex XENOPHONTE locum adducit RAPHELIUS ad h. l. Neque res ſolum judicatæ ibidem fuere, ſed &, pro negotii conditione, pœnæ quoque conſtitutæ, & in præſentia populi totius exſecutæ. Quum vero pœna iſtiusmodi, & *fuſtigatio* præcipue, maximæ eſſet ignominiæ, hinc orta eſt notio vocis θεατρίζειν, quod eſt *publice aliquem traducere, omni infamiæ generi exponere.* Prolixe hæc tractant CASAUBONUS ad Svetonium Aug. c. 45. DILHERRUS Diſpp. tom. I. p. 265. DOUGTÆUS in Analectis Sacr. N. T. Excurſu 73. Ipſe D. Apoſtolus hoc verbo utitur, quando Hebræos c. 10. 32. 33. ſic adfatur: Ἀναμιμνήσκεσθε δὲ τὰς πρότερον ἡμέρας, ἐν αἷς φωτισθέντες πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων. τοῦτο μὲν, ὀνειδισμοῖς τε καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι &c.

Revocate vero vobis in memoriam dies ſuperiores quibus, poſtquam illuſtrati eſtis, ingens certamen afflictionum toleraſtis: partim quidem, dum & opprobriis & cum afflictionibus ſpectaculum facti eſtis &c. Idem judicium & eadem quoque pœna manebat Paullum & comites ejusdem in urbe Epheſiorum. Quapropter, ut v. 29. refert LUCAS, Ariſtarchum & Gajum per tumultum ad locum theatri protraxerunt, ut ſcil. ibidem judicio ſiſterentur. PAULLUS Apoſtolus eosdem comitari vel ſequi voluit, tum videndi cauſſa, quid cum iis ageretur, tum quoque ut eos aliqua ex parte defenderet, verum id quidem et Chriſtianis & Aſiarchis concedere noluerunt. v. 30. 31. Interea prout tum fieri ſolitum eſt, magna convenit populi multitudo, licet, propter ingentem ejus tumultum, nemo ſciret, cujus rei cauſſa conſeſſus in theatro eſſet conſtitutus. v. 32. Fortaſſe & aderant judices, ſed, quum protraheretur tempus, nemo vero accuſatorum prodiret in medium, *per ſcribam publicum* hortati ſunt populum, ut tranquilli eſſent, inque domos ſuas abirent. Ex quibus omnibus ſatis conſtat, non eſſe hic ludorum mentionem, atque Aſiarchas, licet theatrum memoretur, minus commode pro ludorum ac munerum curatoribus haberi.

Quare jam aſſerimus, *fuiſſe Aſiarchas collegium virorum, auctoritate conſpicuorum, qui*, ex iſtarum temporum conſuetudine, *uni ex Aſiæ minoris provinciis erant præpoſiti, ut in ea juriſdictionem*

tum & alia magiſtratus politici munia obirent. Confirmat ſententiam noſtram primo quidem locus CONSTANTINI PORPHYROGENITI themate. 3. Τὸ δὲ νῦν καλούμενον Θρακησίων θέμα, πάλαι μὲν κατ᾽ ἀρχὰς Ἀσία μικρὰ ὠνομάζετο, καὶ ὁ ταύτης κρατῶν Ἀνθύπατος, Ἀσιάρχης ἐλέγετο. *Quod vero nunc Thraceſiorum thema appellatur, olim quidem & ab initio Aſia minor dicebatur; & qui huic praeerat Proconſul, Praefectus Aſiae dicebatur.* Provocat deinde ad hunc Evangeliſtæ noſtri locum, quamvis eum, ut adparet, non ſatis inſpexerit. Neque eſt, quod aliquam de hoc teſtimonio dubitandi cauſſam habeamus, quum CONSTANTINUS in archivis Imperatoriis adcurate omnia perquirere potuerit, adeoque ipſi harum rerum conditio fuerit notiſſima. Aliud argumentum ſuppeditat nobis inſcriptio græca apud GRUTERUM p. DXXII, 1. quæ ſic habet.

Θ. K.
Λ. ANTωI
NIω. YAKIN
Θω. ΛAOΔIKEI
THC. ACIAC. CTPA
THΓω. ACIAP
XH. EYTYXHC
AΠEΛEYΘEPOC
MNIAC. XAPIN.

h. e. *Diis Manibus. L. Antonio Hyacintho Laodicenſi, Aſiæ Praefecto, Aſiarchae, Eutyches Libertus memoria*

moriæ cauſſa. Habes hic deſcriptionem Aſia-
chæ, quod nimirum ſit *Præfectus Aſiæ*, vel, ut CON-
STANTINUS ait, *Proconſul*.

Tandem id urgemus, alia pleraque Magiſtra-
tuum nomina, quæ in *archa* deſinunt, non ſa-
crum, ſed CIVILE munus indigitare. Produ-
cunt *Helladarchas* inſcriptio apud GRUTERUM
p. CCCCLXXXIX. 2. *Cretarchas*, numus M. An-
tonii apud FULV. VRSINUM; *Æolar-
chas*, Phlegon Trallianus de mirabilibus c. 2. *Ga-
latarchas*, GRUTERUS p. CCCX. 3. CCCCXV.
1. CUPERUS ad Lactantium de mortibus per-
ſec. c. 26, *Bœotarchas*, HERODOTUS 9. 15.
Scholiaſtes Thucydidis 2. 2. DIODORUS
SICULUS lib. p. 368. PAUSANIAS
Bœot. c. I. 13. 14. Phocicis c. 20. *Ætolarchas*, qui
etiam occurrunt, *Principes gentis Ætolorum* dixit
LIVIUS 34. 23. Quæ vero de *Alytarcha-
rum* & *Syriarcharum pontificatu* proferunt viri do-
cti, ea clara ſatis nondum ſunt, & majorem adhuc
lucem exſpectant. Neque illud obſtat, quod illi
variarum provinciarum Archontes aliquando
munera edidiſſe leguntur. Notum enim, alios
etiam varii generis magiſtratus ludos, ut eo ma-
gis populo placerent, exhibuiſſe.

Hæc eſt noſtra de *Aſiarchis* ſententia, quæ quidem
a magnis viris diſcedit, neque tamen ipſorum me-
ritis quidquam detractum cupit. Credo autem
eam iis argumentis eſſe nixam, ut, ſi quem no-

ad conſenſum rapere, dubium tamen de recepta opinione poſſit excitare. Supereſſet, ut ad ea, quæ viri docti adtulerunt, reſponderemus, ſed poſtquam mens noſtra ſufficientibus argumentis comprobata eſt, nosqve tempus jam aliud agere jubeat, concedat Lector, nos iſto labore jam ſuperſedere.

Obſervatio CVII.
M. AUGUSTI TITTELII,
de
Camelo,
per foramen acus tranſeunte, in Matth. XIX, 24.

§. 1.

Multa eſſe in ſacro Codice loca, quorum explicatio non aliunde niſi ex veterum Ebræorum moribus, inſtitutis, ceremoniis, uſitatis dicendi formulis ſ. proverbiis petenda ſit, vel iis patebit, qui nullo ſcientiarum Theologicarum apparatu inſtructi ſunt, & piorum tantum Chriſtianorum munus, in legendis illis ſacratiſſimis paginis, implere ſtudent.

§. 2.

Quis enim non videt Chriſtum ſibi multoties

contradictorum, ſi ea ad literam accipiantur, qui ipſe ſubinde ſenſu tropico & figurato prolocutus eſt? Quis non videt, multa inde abſurda proventura, ſiquis ipſiſſimis, ut dicunt, verbis inhærere, nec paulo altius levare mentem velit?

§. 3.

Notius eſt, quam ut prolixis enarretur verbis, eos qui *colaphos ſibi impingentibus* alteram porrigere juſſi ſunt genam, alibi in mandatis accepiſſe, ut ex una urbe fugiant in aliam, adeoqve ſe ſubtrahant furioſis impiorum inſultibus, quocunque modo illud poſſint. Sic notum inter præcepta Evangelica iſtud: *Eruendos eſſe oculos, amputandas manus*, ſiquid inde excitetur mali, aut offenſionis in peccatum tracturæ: nec tamen minus ex iisdem conſtat, ei, cui nihil liceat violenti in proximum, nihil quod vitam lædat aut tollat, multo minus tale quidpiam in ſemetipſum licere, cum *amor ſui* regula eſſe debeat, qua omnia erga proximum officia metiamur, iſto autem ſublato, his nullus amplius exiſtere poſſit locus.

§. 4.

Quod cum ita ſit, faciliime ſane intelligitur, *proverbiali ſenſu* ita prius accipi debere, ut qui genam offerre jubetur alteram, parato ac ita compoſito eſſe jubeatur animo, ut nihil vereatur novos excipere ictus, & reiteratas ſubire injurias. Quæ ſi vel maxime cumulentur & in immenſum augeantur, non exacerbari tamen oportere, aut ſi vel ſepties ſeptuagies remittendum ſit fratri,

atro

atro felle ſuffundi. In altero, quod allegavimus, pariter qui ad mortificationem membrorum corporis, hoc eſt, ſpiritualem oppreſſionem carnis & ſangvinis ſeu illius, quod corpus noſtrum æque ac animam ad motus vitioſos & inordinatos irritat, confugerit, a ſenſu ſcripturæ parum recedet, alibi tam luculenter expreſſo. Is tamen, qui proverbium inibi latere exiſtimaverit, *dextram* de *amico potente & forti*, *oculum* de *dilecto charoqve propinquo* interpretando, ut ſenſus ſit: Etiam eos, quos ut oculos amemus, quibus ut dextra uti poſſimus ad ſubſidium & defenſionem noſtri, nihilo minus, ſi offenſæ nobis ſint, nosqve in peccatum abducant, a noſtro commercio ſeparandos, eorumqve conſilia rejicienda, vimqve omnem & auxilium pro nihilo reputanda eſſe: mihi videbitur paulo accuratius loqui, nec quidquam finxiſſe, quod a Spiritus Sancti mente abeat, præſertim cum clara ejus veſtigia extent, Num. X, 31.

§. 5.

Locus MATTHÆI, in quo Chriſtus *de divitiis* & periculoſiſſima earum *poſſeſſione* agit, ſine dubio in ſe habet aliquid, primo adſpectu, obſcuri, quod tamen ex communi loquendi formula, qua veteres Ebræi uſi ſunt, commode illuſtratur. Sed illa non ſatis conſiderata, nec etiam connexione textus, ut par erat, inſpecta, mirum non eſt, interpretes in diverſas diſcedere ſententias, qui alias concordare omnes poterant.

§. 6.

§. 6.

Nos operæ pretium putavimus locum ipſum ex lingva Græca huc afferre, & paulo attentius, quid inde deduci queat, quæ Chriſti ſit mens, & quæ explicatio maxime genuina cenſenda ſit, inveſtigare.

§. 7.

Sic vero habet Matthæus *C. XIX. v. 24.* Πάλιν δὲ λέγω ὑμῖν, εὐκοπώτερόν ἐστι, Κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν. Anglica verſio inter omnes reliquas aptiſſime exprimit: *It is eaſier for a camel to go traughy eye of a needle.*

§. 8.

Dantur eorum quam plurimi, qui & circa Κάμηλον & circa τρύπημα ῥαφίδος ſ. *foramen acus* ſua ſibi ſapiunt. Et quanquam addocendis cujusqve opinionibus gravari forte nec alii nec ipſi nos velimus, eas tamen, quæ paulo extantiores notæ ſunt, primis quaſi labris deguſtare licebit, ut quid cuiqve inſit veritatis, videamus.

§. 9.

Quidam igitur ſtatuunt, Chriſtum hic per Κάμηλον, non illud animal Orientis, portandis vehendisqve oneribus aſſvetum, tergo gibboſo, intelligi voluiſſe, quod cum foramine acus plane nullam habeat convenientiam, ſed potius ad *funem nauticum*, idem gerentem nomen, reſpexiſſe. Longe enim evidentiorem arbitrantur relationem, quæ ſit inter funem ex variis craſſioribus filis contextum, & foramen acus, quam quæ inter

ter

ter hoc & Camelum, excelſum illud & prægrande animal, detur.

§. 10.

Huic opinioni CYRILLUS ALEXANDRINUS & THEOPHYLACTUS, e Patribus ſubſcripſerunt. Et argumenta ſiquis velit audire, quæ iſti ſententiæ videantur favere, MATTHÆUS POLUS *in Comment. ad h. l.* nonnulla adducit, ubi monſtratur. 1) *analogia major inter rudentem & filum, quod ſolet per foramen acus induci.* 2) *quod ita Syri & Arabes hic intelligunt.* 3) *quod vox* Κάμηλος, *ita ſumitur in Suida & Scholiaſte Ariſtophanis nec non Phavorino.* 4) *quod & Thalmudici tale proverbium habent: Gravis eſt exitus animæ ex corpore ut rudentis per foramen anguſtum.*

§. 11.

Sed illi ſententiæ nemo non videt quantum decedat, cum penſitat Κάμιλον ubique per ι, non vero per η. ſcriptum inveniri, quando ſcilicet *rudentis* ſignificationem induit. In iſtis vero Evangelicæ hiſtoriæ ſcriptoribus cum obtineat ſemper vocalis illa longa, hæc omnia, quæ ad *funem* trahi poterant, per ſe corruunt, nec ampliori refutatione opus habent.

§. 12.

Alii igitur perſpicientes hoc *rudentis* ſignificatu ſe parum adjuvari, novo modo ſe extricare ſtudent, & quod Camelo magis congruat, *anguſtam quandam portam* fingunt Hieroſolymis fuiſſe, quæ ab *acus foramine* nomen tenuerit. Iſtam rece-

receipiſſe non niſi tenuia quæqve & parva: Camelo & aliis ejusmodi vaſtis animalibus, ſarcina ingenti oneratis, ſpatium tantum non ſuppetiviſſe, ut tranſire potuerint. Quæ ſententia eo videtur probabilior, quo crebrius in ejusmodi Orientis regionibus has *turritas beſtias per urbium portas* commeare videas.

§. 13.

Sed quidquid etiam hic appareat, quod non nullis ſpecioſe illudat: pro meris tamen *commentis* habenda ſunt, quo usqve ſolidis & fide dignis Hiſtoricorum teſtimoniis deſtituuntur.

§. 14.

Illorum, qui κατὰ τὸ ῥητὸν, ſeu ſecundum id quod dicitur ſentiunt, ut major eſt numerus, ita argumentis longe præſtantiſſimis ſe tuentur. HUGO GROTIUS, utut eum nonnunquam hallucinatum eſſe, Theologi conſummatiſſimi paſſim oſtenderint, eruditionis tamen inſignis laudem non amiſit, & ideo aliquantulum audiendus erit, ad hunc locum dicens: *Græci quidam, ut & Theophylactus notat, ad funem nauticum hic traxerunt, ſed perperam ignorantia adagii inter Hebræos & Arabas uſitati, non minus de Elephanto quam Camelo. Simile eſt illud Latini veteris: Citius locuſta pepererit Lucam bovem. In talibus autem adagiis nihil neceſſe eſt exactam inter partes collatas comparationem inſtitui, cum ſoleant omnia ὑπερβολαῖς. Tale eſt & illud Jerem. XIII, 23. Hoc totum hoc proverbium, mutata cameli voce, in Elephantem eſt apud R. Jacobum in Caphthor.*

§. 15

§. 15.

Miror vero CALOVIUM, ſummum Theologum, hæc in GROTIO taxare, & ſibi perſvaſiſſe, *veriſimilius eſſe, hoc, nempe de foramine acus & Camelo, ut alia multa è Novo Teſtamento & converſatione cum Chriſtianis eorumqve ſcriptorum lectione ad alios potius tranſiviſſe, quam ab aliis transſumtum eſſe.* Quid enim commoverit Chriſtum, ut novis ſtuderet proverbiis, cum antiqua eſſent ad manum? Et quid eum impulerit, ut, cum alias vulgari plebeculæ ſermoni ſe accommodaret, novis & inuſitatis dicendi formulis tentaret eorum animos: quare nihil aliud efficeretur, quam ut auditoribus cum dictorum novitate pariter & rerum gravitate confli ctandum eſſet? Sane vix eſt credibile, Chriſtum de ea re cogitaſſe. Rebus, non verbis intentus erat: & qui ſermonibus ejus emoti ſunt, materiæ, quam tractabat, ſenſerunt vim, non novum dicendi genium: quem utiqve clarum, communem & nulla elaboratum arte eſſe oportuit. Quod ſi non liquet illud Grotii: pace tanti Theologi dixerim, æque parum illud Calovii liquere, quod contra ipſum diſputatur.

§. 16.

Habet vero GROTIUS plures alios, qui ſe ipſius partibus adjungunt. MATTHÆUS POLUS enim, quem ſupra allegavimus, ex vario genere autorum recitat: *Uſitatum eſſe apud Thalmudiſtas de Elephanto &c. ſub initio Gemara: Dicunt homines, non eſt elephas, qui intret per foramen acus; ibidem cum aliquis incredibilia commemorat,*

reſpondent: Forte ex Pombotide tu es, ubi traducunt elephantem per foramen acus. Bab. Berachot. f. 55. 2. Ubi agitur de inſomniis &c. Non oſtendunt homini palmam ex auro, nec elephantem intrantem per foramen acus i. e. inquit gloſſa: rem quam non ſolitus eſt videre, nec de qua unquam cogitavit. Chriſtus autem elephanti loco ſubſtituit camelum, tanquam animantis genus in Syria vulgo notius: ut alibi oculum poſuit pro dentibus Matth. VII, 3. Ejice ex oculo tuo trabem &c. pro quo in Rabbinorum paræmia eſt: Ex dentibus tuis, alludentium forte ad iſta fragmenta rerum comeſtibilium, quæ dentium cavitatibus inhærere, nec niſi cum vehementi dolore evelli ſolent.

§. 17.

In hunc quoqve ſenſum PRUDENTIUS cecinit *L. III. Er. 11:*

Tunc ſic diſcipulis vitæ ſpes unica fatur:
Difficile eſt, terris affixos divite gaza
Avelli, cæliqve leves in regna venire.
Nam citius tenuis per acus tranſire foramen
Deformis poterunt immania membra Cameli,
Quam valeat dives cæleſtia regna videre.

Tarnov. cit. in Exercit. B. p. 150.

§. 18.

Sed quanquam de origine proverbii diſſentiant GROTIUS & CALOVIUS, *re ipſa* tamen nihil à ſe invicem digrediuntur. Uterqve enim propriæ ejus ſignificationi inſiſtit, longeqve removet, quæ vel in *portam* vel *funem nauticum* deflecti queant.

§. 19.

§. 19.

In eo tamen CALOVIUS, cui merito ab omnibus multum alias tribuitur, nimis rigidus eſt in Grotium, quod eum dicat *divitias* tantum *pro irritamentis malorum, aut bonorum impedimentis*, habere, atqve hoc ſaltem reſpectu introitum opulentorum in regnum cœleſte credere difficilem. Non enim ſimpliciter *de opibus, aut opes poſſidentibus, ſed qua in iis fiducia collocatur, agi*, recte ſtatuit CALOVIUS, ſed minus recte contra GROTIUM, qui jamdudum ejusdem cum illo ſententiæ fuit. Audiamus ipſum, numquid ab illa abierit: *Cauſa eſt*, inquit GROTIUS, (illius nempe difficultatis) *quia plerumqve hi, qui divites ſunt, ſolent divitiis ſuis confidere, & quaſi in illis ponere ſummam boni, ut Marcus indicat, adde Pſ. XLIX, 7. LII, 9. Ideo monentur opulenti a Paulo:* μὴ ἠλπικέναι ἐπὶ πλέτε ἀδηλότητι, ἀλλ' ἐν τῷ Θεῷ ζῶντι, *1. Tim. VI, 17. id eſt*, μὴ πορεύεσθαι ὀπίσω χρυσίε, *ut loquitur ſcriptor Eccleſiaſtici. c. XXXI, 7. Nam iſta* πλεονεξία *optimo jure* εἰδωλολατρεία *dicitur, Coloſſ. III, 5.*

§. 20.

Diximus velut *generatim*, quam varie de loco iſto ſentiatur: Nunc paulo propius ad rem ipſam accedendum, & quantum in nobis eſt aperiendum erit, quis a vero aberrarit, quisve meliores amplexus ſit partes.

§. 21.

Hic vero ante omnia ſcire licet, qui vel portam vel funem introducere cupiverunt, præcon-

ceptis laboraſſe opinionibus, & falſo ſibi imag-
natos eſſe, Chriſtum *de divitiis in ſe* loqui. Cu
enim viderent bona hujus mundi, in ſe ſpectata
nihil habere peſtiferi, ſed *à poſſidentis pendere uſu*
adeoqve ἀδιαφόροις jure annumerari: compre-
hendere non potuerunt, cur Chriſto veniret i
mentem dicere: Divitem magis difficulter in re-
gnum cœleſte quam Camelum per foramen acu
tranſiturum: quod ipſum v. 26. inter ἀδύνατα ſe
ea, quæ fieri non poſſunt, refertur. Hinc varia
quæſiverunt effugia, & Chriſto eam fuiſſe *men-
tem* contenderunt, quod diviti quidem valde ar-
duum ac incommodum futurum ſit adire re-
gnum cœlorum, ut camelo ægre per portam an-
guſtam, aut funi nautico per foramen acus pa-
teat tranſitus: interim tamen *aliquantulum poſſi-
bilitatis*, ut barbaro utar vocabulo, relinqui, nec
omnem ſpem penitus abſcindi.

§. 22.

Sed cum interpretis optimi munere fungatur
MARCUS, ac perſpicue indicet: Chriſtum de
iis, qui ſint πεποιθηκότες ἐπὶ τοῖς χρήμασι, *confiſi
in divitiis*, loqui, apertum eſt ejusmodi effugiis
opus non eſſe, ſed verba Chriſti in ſuo proprio ac
genuino ſenſu retineri poſſe.

§. 23.

Quod ut ſole meridiano clarius exhibeatur,
materiam omnis iſtius ſermonis Chriſti ſumma-
tim complectemur, &, *quæ occaſio ejus* fuerit, *ex
quo fonte* profluxerint tam ſalubria monita, cir-
cumſpiciemus. Acceſſerat nempe ad Chriſtum
juve-

Filii, quam difficile eſt eos, qui poſſeſſionibus ſuis fiducia omni affixi ſunt, regnum DEI ingredi.

§. 24.

Hiſce igitur præmiſſis & explanatis, plane non dubito concludere, contineri in hocce Matthæi loco *Synecdochen ſpeciei pro genere*, & FORAMEN ACUS *pro quovis anguſtiſſimo tranſitu*; CAMELUM autem *pro vaſto & onuſto quovis corpore poni*, atque hoc ipſo indicari, ſicut fieri non poſſit, ut per minimum foramen, quod acus quaſi exæquet punctum, vaſta volvatur moles: ita nec fieri poſſe, ut dives, opibus ſuis inflatus, & in iis ſperans, qua talis, hoc eſt, ambitu quodam quaſi terrenarum curarum circumdatus, animam late diffuſam habens, per illam cœleſtis palatii portam longe anguſtiſſimam introire poſſit. Siquis tamen per *βασιλείαν τῶν οὐρανῶν regnum gratiæ & ordinem ſalutis*, ſecundum quem agere, regere, ac gubernare hic ſolet Chriſtus, ſignificatione apud doctos non peregrina intelligere velit, ut ejuſmodi dives plane negetur aptus eſſe ad capeſſenda ſana conſilia, ad inſtituendam vitam ſecundum Chriſti præcepta, gerendumqve illis morem, mea quidem ſententia haud falletur.

§. 25.

Ceterum hæc ipſa doctrina parum diſcrepat ab illa, quam Matthæi VII,14. de porta anguſta ipſe Chriſtus propoſuerat: præclaruſqve eſt LACTANTIUS, cum hunc attingit locum, in demonſtranda rei veritate: *Eo fit*, inquit, *ut pauperes & humiles DEO credant facilius, qui ſunt expediti, quam divites, qui ſunt impedimentis plurimis implica-*

furtim ſubducit. Hinc iſta ex ore Salvatoris ...
...ura exeunt : Ἀμὴν λέγω ὑμῖν. Veritatem ha...
accipite, omnis juramenti ſolennis formula ...
tiorem. Difficile eſt, divitem poſſe introire in r...
gnum cœlorum : non qualem vidiſtis illum juv...
nem, ſed *qui tantum rerum terrenarum poſſeſſ...*
diſtringitur. Nam quot illi curæ, quot ani...
æſtus ac fluctuationes, quot metus, ſuſpicion...
& conſilia, quæ ex transverſo adoriuntur pect...
multasqve arcent pias meditationes, quibus alio...
quin ad cœlum conſiderandum, amandum, & ap-
petendum facilius permoveri poterat homo?
Videlicet cum totus dies fere frivolis conteratur
negotiis, vix ſemihorula reſtat diviti, quæ DEO
impendatur. Et ob id difficile pecunioſo, ſalu-
tem ſuam promovere. Hoc eſt, quod primo Chri-
ſti ſermone tractatum fuiſſe MARCUS ait c. X, 24.
nempe τὰς τὰ χρήματα ἔχοντας jam eſſe *miſeros*
& multis periculis circumſeptos. Poſtea vero alter
inſtituitur a Chriſto ſermo, longe illo vehemen-
tior, terrorisqve plenior. Hic de illis agitur, qui
corradendis opibus adſveti a DEO declinant, & in
theſauris ſuis, ſicut ille juvenis, ſpem omnem re-
ponunt. Eo referenda, quæ ſunt apud MAT-
THÆVM: Πάλιν δὲ λέγω ὑμῖν, quaſi diceret: ſi res
eſt difficilis cum divite, ut fiat ſalvus, cum totus
negligat ſalutem animæ, quid fieri putatis ei, qui
fiduciam ſuam in re inanimata collocatam ...
habet? quod MARCVS hiſce verbis effert:
Τέκνα, πῶς δύσκολόν ἐστι τὰς πεποιθότας ἐπὶ τοῖς
χρήμασιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν; v. 24.
Fi...

filii, quam difficile eſt eos, qui poſſeſſionibus ſuis fiducia omni affixi ſunt, regnum DEI ingredi.

§. 24.

Hiſce igitur præmiſſis & explanatis, plane non dubito concludere, contineri in hocce Matthæi loco *Synecdochen ſpeciei pro genere*, & FORAMEN ACUS *pro quovis anguſtiſſimo tranſitu*, CAMELUM autem *pro vaſto & onuſto quovis corpore poni*, atque hoc ipſo indicari, ſicut fieri non poſſit, ut per minimum foramen, quod acus quaſi exæquet punctum, vaſta volvatur moles: ita nec fieri poſſe, ut dives, opibus ſuis inflatus, & in iis ſperans, qua talis, hoc eſt, ambitu quodam quaſi terrenarum curarum circumdatus, animam late diffuſam habens, per illam cœleſtis palatii portam longe anguſtiſſimam introire poſſit. Siquis tamen per *βασιλείαν τῶν οὐρανῶν regnum gratiæ & ordinem ſalutis*, ſecundum quem agere, regere, ac gubernare hic ſolet Chriſtus, ſignificatione apud doctos non peregrina intelligere velit, ut ejuſmodi dives plane negetur aptus eſſe ad capeſſenda ſana conſilia, ad inſtituendam vitam ſecundum Chriſti præcepta, gerendumqve illis morem, mea quidem ſententia haud falletur.

§. 25.

Ceterum hæc ipſa doctrina parum diſcrepat ab illa, quam Matthæi VII, 14. de porta anguſta ipſe Chriſtus propoſuerat: præclarusqve eſt LACTANTIUS, cum hunc attingit locum, in demonſtranda rei veritate: *Eo fit*, inquit, *ut pauperes & humiles DEO credant facilius, qui ſunt expediti, quam divites, qui ſunt impedimentis plurimis impl*ica-

 plica-

plicati; imo vero catenati & compediti ſerviunt ad nutum dominæ cupiditatis. Virtutis autem via non capit magna onera portantes. L. VII. Inſt. citatus a GROTIO Comment. in h. l. fol. 336. 337.

§. 26.

Hic unicum adhuc monendum, cum δύσκολον illud ſub initium ſtatim verſus, cum illo ἀδύνατον quod v. 26. ſequitur, plane idem cenſeatur, CALOVIUM veriſſimum in eo eſſe, quod licet hæc in hominum oculis longe difficillima & fere *im*poſſibilia videantur, ſecus tamen apud Deum eſſe ſoleat, qui & Camelo per foramen acus tranſitum dare, & peccatorem divitem immutare, convertere, in viam reducere, novum ipſi cor indere, ac tandem æternam vitam largiri poſſit: quanquam utrumqve operis ſit immenſi, & fidem humanam fere ſuperantis.

§. 27.

Sed cum idem ſubjungit: *Divinæ potentiæ impoſſibile non eſt efficere, ut animal illud grande per foramen acus tranſeat, cum illa ad nullam quantitatem alligata ſit, nec contradictionem hæc involvant: extenſio enim illa localis & commenſuralis accidens eſt, quod abeſſe poteſt ſalva ſubſtantia, quemadmodum in Philoſophia adverſus Calvinianos, divinam potentiam hic reſtringentes, docetur.* Non poſſum non ingenue fateri, me iſtam argumentandi rationem, quæ hoc certe ſeculo multum concidere videtur, non ſatis percipere. Calvinianis enim abſit ut quisquam accedat, virtutemqve Dei impie circumſcribat: quapropter etiam ſimpliciter credo Deum, ſi velit, Camelo

ani-

animali per foramen acus concedere poſſe tranſitum: quamvis modum, quo id fieri poſſit, ignorare lubenter velim: hanc tamen opinionem extorqueri mihi, ſine clara & aperta ratione, vix patiar, ſi remotis omnibus ejusmodi accidentibus magnitudinis vaſtæ, amplitudinis & menſuræ artuum, ſola relinqui debeat ſubſtantia, ſpeciem ipſam ad nihilum reductum iri, adeoqve pro camelo aliud quidpiam fore. Saniores enim Philoſophi optime viderunt, ſemper *ſubſtantiam cum accidentibus conjunctam* eſſe: adeoqve vix intelligere licet, quis iſtis accidentibus ſeparatis atqve diſtractis Camelum agniturus ſit. Unde potius illud pro certo ducendum, Deum aut verum camelum per tale foramen traducere poſſe, ſi velit, aut imbecillitatis potius quam potentiæ argui, cum hæc ipſi de accidentibus difficultas antea tollenda ſit. Præterea adhuc quæri poſſet de contradictione, quam CALOVIUS penitus abeſſe putat, annon ſint repugnantia: *Majus eſſe & minus*; majorem videlicet eſſe camelum magnitudine & mole, minorem viciſſim in tranſitu, quam foramen acus. Sed abſit, ut hæc animo quidquam detrahendi tam celebris & in Theologicis rebus verſati viri laudibus dicta ſint. Nos potius in reliquis eum ſummopere veneramur, in his etiam, ſi appareat ac demonſtretur aliqua ratio erroris, lubentiſſime cedere volentes.

§. 28.

Nunc ea relinquimus, potiusqve videmus, quibus argumentis ea, quæ §. 23. expoſita erant,

ſuffulciri, & num ea quibusvis aliis explicatio-
bus, tanquam ſolidiſſimis munita rationibus, op-
poni queant. Hic vero ſtatim communis inter-
pretandi regula ſeſe offert: *A proprio ſcriptur-
ſignificatu non antea diſcedendum eſſe, quam v-
analogia fidei non ſatis tuta vel alia evidens neceſſi-
tas id urgeat.* Jam cum in hoc loco analogia fide-
ferat, ut ea, quæ Chriſtus dixit, accipiamus *ſim-
pliciter*, ac ita interpretemur, non opus erit ad alia
longius petita, *funem* nempe *nauticum*, vel *portam
Hieroſolymitanam*, recurrere.

§. 29.

Accedit porro trium Evangeliſtarum conſen-
ſus & ἁρμονία, quorum Matthæus & Marcus τρύ-
πημα τῆς ῥαφίδος, Lucas vero τρυμαλιὰν ῥαφίδος
adhibere voluit: quibus verbis aliæ ſignificatio-
nes non attribui poſſunt. Cumqve hi ſcriptores,
in contexenda hiſtoria Chriſti, auxiliatrices ſibi
mutuo manus dederint, & quod alter non ſatis
ordinate aut diſtincte dixerat, ab altero planum
fiat aut ſuppleatur; mirum fuerit eos in recen-
ſendo hoc Chriſti dicto usqve eo conſpiraſſe, ut
ferme idem verborum tenor, eadem expreſſio
fuerit, niſi Chriſtus illud eodem modo protuliſ-
ſet. Quemadmodum igitur quoad illum maxi-
me arduum fidei articulum *de Cæna Domini* nos,
qui a Lutheri confeſſione & doctrina nomen tra-
ximus, tutiſſima incedimus via, affirmantes,
Chriſti corpus & ſangvinem *vere ac realiter* IN,
CUM, & SUB pane & vino præſentia eſſe ac
manducantibus exhiberi, idqve eo, quod nullus
Evan-

Evangeliſtarum aliam verborum Chriſti (*hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus*) explicationem attulerit, Reformatis aut Pontificiis præſidio futuram: ita rei paritas paritatem argumentandi hic inducere poteſt, ut illud, quod de foramine acus & Camelo prolatum erat, in puro & proprio ſuo valeat ſignificatu.

§. 30.

Maximum argumentum præbet *horror ille & conſternatio*, quæ Chriſti orationem excepit, diſcipulosque, ejus auditores, mirum in modum concuſſit. Nempe, ut ſupra innuimus, inciderat materia diſſerendi *de divitiis*, quæ iſti juveni adeo curæ cordique erant, ut ſalutis ſuæ æternæ oblivi- ſceretur. Has igitur Chriſtus cum magnum impedimentum pietatis & hanc conſecuturæ vitæ æternæ probaſſet, etiamſi nondum toto corde omnique fiducia iis affixus eſſet homo, quidam quaſi tremor pervaſit omnium diſcipulorum pectora. Ἐθαμβοῦντο ἐπὶ τοῖς λόγοις αὐτοῦ, Marcus ait. Sed Chriſtus ulterius diſſerendo provectus, non ſolum *obſtaculum* æternæ ſalutis eas judicat, ſed *perditionem ipſam*, ſi homo earum mancipium fiat, & extra eas nihil æſtimatione dignum habeat. Sic enim incipere iſtas pro DEO coli, univerſas mentis facultates earum cura occupari, corrumpi & inſideri, quare facilius ſit, ut Camelum foramen acus capiat tranſiturum, quam ut dives cœlorum regna ingrediatur. Hic vero videas plenam diſcipulorum confuſionem: non jam admirantur; non defixi in-

monſtroſum illud in noſtro quem pertractamus loco: æque monſtroſum ei videri debet hoc, quod de *Camelo deglutiendo* dicitur. Sicuti autem Chriſtus hic nomine Cameli deſignat res maximi momenti ac ponderis, quas illi in præceptis divinis ſecure negligant, nomine culicum res parvas & exiguæ ſortis, quas illi magno examinent conatu, tanquam conſcientiam gravaturas: ita & illic per *Camelum*, ingentem molem ſeu onus vaſtum, per *foramen acus*, anguſtiſſimum & difficillimum tranſitum denotari voluit.

§. 33.

Ultimo denique loco ſapientiſſimos ita Viros ſenſiſſe, argumentis hactenus recenſitis multum addit roboris. Nominarem e Patribus *Clement. Alexandrinum*, *Ambroſium*, *Hilarium*, *Auguſtinum*, & e noſtræ religioni addictis præcipue Celeberrimum & doctiſſimum *Calovium*, niſi ex recentioribus unus mihi ſufficeret adhuc vivens, utinam diu! Magnificus & Summe-Reverendus LOESCHERUS, Dresdenſis Eccleſiæ Ἐπίσκοπος, in his omnino acutisſime videns. Quem ut nemo negabit iſtius famigeratisſimi FLESCHIERII,* Nimenſis Epiſcopi, laudes & aſſe-

* Notentur verba, quibus illuſtris quædam fœmina Gallica, Toloſa Pariſios ſcribens, de eo utitur: *Franchement il n' y a qu' un Abbé Flechier au monde. On dit, qu' il la prononca* (la harangue faite aux Princes ac-

nec firmo conſiſtat talo, is perpendat rei ipſius gravitatem, & quod certe eatenus, qua homo divitiis ſuis confidit, quaque in iſto ſtatu perſeverat, neceſſario regnum cœleſte amittat, atque æternæ damnationi fiat obnoxius. Eſt enim avidus *idololatra*, honoremque illum, qui ſoli DEO debetur, quod ipſum alere, ſuſtentare, omnive neceſſitati eripere poſſit, transfert in maſſam terræ immobilem, abjectam & inanimatam, ni ex ſola opinione hominis aliquod ſtatuitur pretium. Quocirca averſus a Creatore ſuo & Chriſto, qui animam ipſius ſanguine pretioſiſſimo ſuo redemit, patriſque amorem & providentiam ipſi conciliavit, neceſſe eſt, ut pereat. Hoc Apoſtolus alibi confirmat, ſcilicet ad *Epheſ. V. 5.* Τοῦτο γὰρ ἔστε γινώσκοντες, ὅτι πᾶς πόρνης, ἢ ἀκάθαρτος, ἢ πλεονέκτης, ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης, οὐκ ἔχει κληρονομίαν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ. *Hoc enim ſcitote, quod omnis, cujuscunque ſit ordinis & ſtatus, ſcortator, impurus, & cupidine habendi*, (quæ pro idololatria jam habenda eſt) *laborans, quidquam ſibi de regno cœleſti polliceri poſſit.*

§. 32.

Quintum argumentum deſumitur *a pari ſermonis genere,* quo Chriſtus uſus eſt *Matth. XXIII. 24.* ibi enim Phariſæos increpat, tanquam ὁδηγοὺς τυφλοὺς, διϋλίζοντας τὸν κώνωπα, τὸν δὲ κάμηλον καταπίνοντας. *Duces cæcos, qui quidem camelos deglutiant, muſcas vero ſeu culices ſollicite percolent atque ſecernant.* Si cui igitur videatur mon-

monſtroſum illud in noſtro quem pertractam[us] loco: æque monſtroſum ei videri debet ho[c] quod de *Camelo deglutiendo* dicitur. Sicuti au[-]tem Chriſtus hic nomine Cameli deſignat re[s] maximi momenti ac ponderis, quas illi in præ[-]ceptis divinis ſecure negligant, nomine culicum res parvas & exiguæ ſortis, quas illi magno exa[-]minent conatu, tanquam conſcientiam gravatu[-]ras: ita & illic per *Camelum*, ingentem molem, ſeu onus vaſtum, per *foramen acus*, anguſtiſſi[-]mum & difficillimum tranſitum denotari vo[-]luit.

§. 33.

Ultimo denique loco ſapientiſſimos ita Viros ſenſiſſe, argumentis hactenus recenſitis multum addit roboris. Nominarem e Patribus *Clement. Alexandrinum*, *Ambroſium*, *Hilarium*, *Auguſti-num*, & e noſtræ religioni addictis præcipue Celeberrimum & doctiſſimum *Calovium*, niſi ex recentioribus unus mihi ſufficeret adhuc vivens, utinam diu! Magnificus & Summe-Reverendus LOESCHERUS, Dresdenſis Eccleſiæ Ἐπίσκοπος, in his omnino acutisſime videns. Quem ut nemo negabit iſtius famigeratisſimi FLE-SCHIERII, * Nimenſis Epiſcopi, laudes & aſſe-

* Notentur verba, quibus illuſtris quædam fœmina Gallica, Toloſa Pariſios ſcribens, de eo utitur: *Franchement il n'y a qu'un Abbé Flechier au monde. On dit, qu'il la pro-nonca* (la harangue faite aux Princes ac-

aſſecutum, & pondera rerum cum exquiſitiſſima eloquentia, quæ illi defuit, conjungendo, transgreſſum eſſe: ita eum memini ſcriptis pariter ac viva voce e cathedra ſacra non aliter hunc ſalvatoris locum interpretatum eſſe.

§. 34.

Sed de his ſatis. Nos ſerio exoptamus, ut Deus divitum hujus ſeculi miſereri, callum, quo ſæpe obducta ſunt eorum corda, tollere, eosque ad amorem fiduciamque omnem, in ipſo collocandam, commovere velit. Unumquemque autem hortamur, ut eum aſſumat animum, quo fuiſſe conſtat rei bellicæ ſtabulique Regii præfectum, nomine LUINES, tempore LUDOVICI XIII, Galliarum Regis; Hic enim adeo ab omni ſtudio ditescendi & cor & manus continuiſſe legitur, quanquam ei cum diſpenſandis immenſis argenti ſummis quotidie multum eſſet negotii, ut inter omnia ejus mobilia bona non reper-

accompagnants le Duc d'Anjou jusq' aux frontieres d'Eſpagne) *avec tant de grace, qu' on etoit ſurpris devoir un homme ſans geſte, ſans mine & ſans voix, qui ſont trois choſes fort neceſſaires à un Orateur, effacer tout ce qu' on avoit entendu de beaux parleurs. Ce qui luy donne cet avantage c' eſt qu' il dit des choſes, & que la plupar de nos beaux Eſprits ne diſent que des mots*

T. II. des lettres galantes p. 48.

repertum fuerit tantum parati æris, quo potuiſſet efferri. † Rarum certe ac ſtupendum exemplum in miniſtro aulico, quem ipſa occaſio ad peccandum provocaret: ſed quod aſſidue ante oculos habendum, ut DEO potius quam ejusmodi vili maſſæ nos devoveamus. Hic commendatos nos etiam ſibi habeat, & ſua gratia in omni vita per Chriſtum adjuvet! Amen.

† Vid. vita Cardinalis RICHELII, deſcripta a MARCHIONE RICCIARDI p. 21. ubi ita loquitur: *Queſto privato che reggeva il tutto e teneva le chiavi del Cuore e del teſoro del Re mori coſi mendico, che non ſi trovò trà i mobili tutti, che haveva, danari ſufficiente da farli l'eſequie, eſſendo ſtato neceſſario di fare una Colletta trà gli amici per ſeppelirlo. Caſo veramente ſtrano e ben raro, che non ſuccedera coſi di facile o mai più, mentre il noſtro Richelieu, Mazzarini, & altri, che ſono ſubentrati à queſte cariche, non hanno preſo tal norma de Luines. Viva immortale queſto gran miniſtro, che ha laſciato nome coſi ſpecioſo per ſcorno degli avari. L'eſſer avaro e difetto non picciolo in tutti. mà molto più ne miniſtri grandi.*

Obſer-

recte ad ſolum regionum ſitum & amœnitatem reſpicitur.

§. III. Quod autem, unde eruditio ad Indos pervenerit, a nemine indicatur, ſcriptorum paucitati, &c, qua omnes veterum hiſtoriæ, ſi a S. Scriptura diſceſſeris, laborant incertitudini tribuendum eſt. Græci & Latini ſuas magis curarunt gentes, neque illorum faſtus, quo rerum origines atque omnem eruditionem ſibi ſolis vindicabant, permiſit, ut qua ratione vera eruditio a gente Judaica ad Ægyptios, ad Phœnices, ad Indos propagata fuerit, enarrarent. POSTELLO ſi fidem habeas, Abrahamo Indorum eruditio debetur, quam vero alii eadem certitudine ab Ægyptiis acceptam eſſe dicunt, alii a Phœnicibus, alii per Ophireticas Salomonis navigationes. Iis tamen, qui Ægyptios Indorum magiſtros judicant, non exiguam inter alia argumenta fidem faciunt inſignes Oſiridis & Seſoſtris ad Indos expeditiones, tantaque inter utramque gentem religionis, rituum, morum & doctrinarum convenientia, ut HUETIUS in gall. tr. *de veterum commerciis & navigatione cap. 9. & 10.* non dubitet, Indos Ægypti coloniam nuncupare.

§. IV. Neque axioma, quod CL. LYSERUS, in elegantiſſima diſp. *de eruditionis origine ab Indis*, tanquam primarium ejus fundamentum affert, ſcil. gentium, quæ inter ſe commercia exercent, eam ſaltim peregrinos mores addiſcere, quæ emtas merces euehat, non quæ vendat; veritati conſentaneum eſt. Vtraque India hoc tempore

A veritate haudquaquam me aberratu[rum] ſpero, ſi quæ de *eruditione bonoque guſtu, ex O[ri]ente & ab Indis,* ceu primo fonte, ad reli[quos] mortales profecto, diſputantur, in eandem cla[ſſem] retulero. Quæ enim cum aliis viris Clariſſi[mi] TEMPLIUS, ingenii elegantiſſimi Anglu[s], DACIERIA, inter noſtræ ætatis philolo[gas] celeberrima, *de guſtu bono ab Oriente petito,* & [in] terras verſus occidentem ſitas illinc propag[ato] aſſerunt, eadem ratione rejiciuntur, qua affirma[n]tur. Ipſe quidem bonus guſtus ita deſcribitur, ut non alium mereatur locum, quam in *CLERI-CI Arte Critica* caput de nihilo.

§. II. Quod ſi vero pro ipſius eruditionis ori-gine ſumatur, plurima certe itidem fingenda ſunt, ne aſſerti hujus infirmitas aut falſitas cuivis e[luceſ]ceſcat. Primam quidem inhabitatam eſſe In[di]am, nullis argumentis probari poteſt. S[ive] enim Nili brachia ſive Euphratem Paradiſi ho[rtum] irrigaſſe dixeris, Indiam ipſi haudquaquam h[a]bis proximam. Et Noachus arca egreſſus am[œ]niſſimos Meſopotamiæ aut Syriæ campos vic[ini]ores habuit. Quas autem ſedes Noachidæ oc[cu]parint, dubia admodum & innumeris difficulta[ti]bus involuta quæſtio eſt. Non deſunt Scythi[s] Septentrionalibus locis argumenta, quibus prima hominum habitacula fuiſſe aſſerant, [quæ]que Ægyptii aliæve gentes iis deſtituuntur. enim vero cum ſummi Numinis regimen ac [vo]luntas primos homines in varias terras dedux[erit,] ne maxima earum pars inculta permaneret, mi[...]

recte ad ſolum regionum ſitum & amœnitatem reſpicitur.

§. III. Quod autem, unde eruditio ad Indos pervenerit, a nemine indicatur, ſcriptorum paucitati, &, qua omnes veterum hiſtoriæ, ſi a S. Scriptura diſceſſeris, laborant incertitudini tribuendum eſt. Græci & Latini ſuas magis curarunt gentes, neque illorum faſtus, quo rerum origines atque omnem eruditionem ſibi ſolis vindicabant, permiſit, ut qua ratione vera eruditio a gente Judaica ad Ægyptios, ad Phœnices, ad Indos propagata fuerit, enarrarent. POSTELLO ſi fidem habeas, Abrahamo Indorum eruditio debetur, quam vero alii eadem certitudine ab Ægyptiis acceptam eſſe dicunt, alii a Phœnicibus, alii per Ophireticas Salomonis navigationes. Iis tamen, qui Ægyptios Indorum magiſtros judicant, non exiguam inter alia argumenta fidem faciunt inſignes Oſiridis & Seſoſtris ad Indos expeditiones, tantaque inter utramque gentem religionis, rituum, morum & doctrinarum convenientia, ſit HUETIUS in gall. tr. *de veterum commerciis & navigatione cap. 9. & 10.* non dubitet, Indos Ægypti coloniam nuncupare.

§. IV. Neque axioma, quod CL. LYSERUS, in elegantiſſima diſp. *de eruditionis origine ab Indis*, tanquam primarium ejus fundamentum affert, ſcil. gentium, quæ inter ſe commercia exercent, eam ſaltim peregrinos mores addiſcere, quæ emtas merces euehat, non quæ vendat; veritati conſentaneum eſt. Vtraque India hoc tempore

PHILOSTRATUS, ſed gentis amore pr[illegible] occupatus, & ſibi & aliis imponit. Quis ſa[illegible] mentis approbare poteſt innumeras Indicæ hiſto- riæ fabulas, immenſam regum genealogiam, chro- nologiam, mundi ætatem aliquot centenis vicib[us] ſuperantem, ſpirituum & incantationum mirac[u]- la, quibus eorum hiſtoriæ undique coruſca[nt]. Ad quorum imitationem ipſum quoque PHILO- STRATUM, quo ſuſpenſum teneat lectorem, in ſcriptis ſuis multa mira & inaudita finxiſſe de- prehendimus.

§. VIII. Tantum itaque abeſt, ut Indiam ul- timamque Orientem eruditionis & boni guſtus originem fuiſſe exiſtimem, ut potius fertiliſſimam abſurdiſſimarum opinionum & monſtrorum ſca- turiginem extitiſſe, & antiquitatis & hodierno- rum ſcriptorum monumenta paſſim loquantur. Cum enim aëris in ſpiritibus generandis magna omnino vis ſit, naturali ordine tam calidæ regio- nis incolæ crebriori ſpirituum confuſione, phan- taſia corrupta, vagis ingeniis ac phreneticis labo- rant, ut, quo miraculo cæteras gentes in erudítio- ne invenienda prævecterint, concipi haudqua- quam poſſit.

Obſervatio CIX.

REINHARDI HENR. ROLLII,

Archi-Gymnaſii Tremonienſis Pro-Rectoris, & Profeſſ. Publ.

de

Autodidactis.

I.

Nullum, ſi recte ſentio, doctrinæ genus eſt, in quo ornando expoliendoqve majori animi contentione, noſtra quidem ætate, deſudaverint homines eruditi, ac deſudent etiamnum, quam illud, quod *Hiſtoriæ litterariæ* nomine inſigniri vulgo conſvevit. Cauſam non eſſe aliam exiſtimo, quam quod inſignis plane ejusdem utilitas in omne ſtudiorum genus redundet, *nullaque ſit*, teſte celeberrimo Polyhiſtore, DAN. GEORG. MORHOFIO To. I. Polyhiſtoris lib. I. c. II. §. IX. *tam exigua diſciplina, cui illa faces non præferat*. Neque enim cum imperitis putandum eſt, ſola eruditorum hiſtoria eam abſolvi, ob quam tantum huic ſcientiæ ſtatuere pretium conveniens non videatur. Singularum quippe ſcientiarum ac artium hiſtoria, id eſt, ortus earundem & progreſſus, præcipuum ſibi in ea locum vendicat. Quanquam tamen illam etiam partem, quæ doctorum virorum vitæ ſcri-

ptorumqve ab illis profectorum curatiori dic... eſt recenſui, haud ſegniter eſſe tractandam, n... de nihilo ſunt, quæ ſuadere videntur, rationes.

II. Eſt quoddam profecto gratæ mentis in-dicium, clarorum deqve publica & litteraria re optime meritorum hominum conſervare & transmittere ad poſteritatem, ſi qua futura eſt, memoriam. Sed non minoris deinceps momenti eſt, quod exemplorum nervus in aliorum animis quendam quaſi virtutis characterem efformat. Id quod rectiſſime intellexiſſe mihi videtur communis Germaniæ præceptor, PHIL. MELANCHTHON, quando Oratione de Vita Rudolphi Agricolæ, declamationum To. I. eoque philoſophico p. 595. ſeq. edit. opt. Argentoratenſis de anno cIↄ Iↄ LXX. in 8. in hunc modum commentatur: *Exemplorum magna vis eſt, & bona natura cogitatione atque admiratione virtutis in viris præſtantibus maxime exſuſcitantur ac incenduntur.* A quo minime abludit Clariſſimus Gymn. Gothani Rector, GOTHOFREDUS VOCKERODT, Præfat. Comment. de eruditorum Societatibus, Gothæ a. cIↄ Iↄ CCIV. in 8. editæ, §. III. p. 4. ita ſcribens: *Primum conſilii ſummam ſapientiæ viam & omnem litteratam rationem ex hac hiſtoria parte poſſumus repeteri, quibus perfecta ſapientiæ imago de ſui ingenii ſpeculo illuxit. Torpet animi vis, niſi excitetur & incaleſcat ad intuitum celſarum virtutum, quas in aliis, præcipue majoribus, admiramur: ad quas enitendi erecta indoles facile impetum capit, ſi propoſita vir-*

virtuti præmia cognoſcantur. Deinde non minus prodeſt noſſe, quibus caſibus litterarum & veræ ſapientiæ amatores omni ævo exerciti fuerint. Ne ego carere velim omnibus, quæ ad ſapientiam ituris ſcribantur, conſiliis, ſi virorum quocunqve doctrinæ genere præſtantium ſapienter perſcripta exſtaret memoria. Præclare quoq; hanc in rem MORHOFIUS To.I.Polyhiſt.l.I.c.XIX.§.1.p.234.quem vide.

III. Ut vero, qui in utilisſimo hoc Hiſtoriæ litterariæ momento memorabilem poſuerunt operam, laude ſunt multo dignisſimi: Ita nec eadem defraudandi videntur, qui quæſitis ſingularioribus quibusdam momentis lucis nonnihil adfundere ipſis eruditorum vitis adlaborarunt. *Quantut moroſis* (verba ſunt JO. CHRISTOH. WOLFII in Carcere eruditorum muſeo §. 1. p.5.) *& difficilioribus rerum exiſtimatoribus levia, ac ſuo ſupercilio inferiora videri poſſent, ipſis tamen vel propterea digna commemoratione viſa ſunt, quod illa non parum ad hiſtoriam ingeniorum non temere negligendam conferre poſſe recte exiſtimarunt.* Pertinent huc, quæ commentati ſunt Celeb. GOETZIUS de Principe Ebraice & Græce docto, itemqve de Concionatore & Commentatore biblico, LOESCHERUS de Principibus Theologis, REIHERUS & ALGOEWER de Principibus Mathematicis, BOEHMERUS de Principe Oratore, BLUMIUS de Principibus poëtis, MENCKENIUS de viris militia ac ſcriptis illuſtribus, WEISIUS de fatis eruditorum in aulis, itemqve de ſpuriis in re litteraria claris, STRUVIUS de

doctis impoſtoribus, CRENIUS de furibus li-
brariis, de ſingularibus ſcriptorum, deqve libri
ſcriptorum optimis, & utilisſimis, TSCHAN-
TERUS de eruditis ſtudiorum intemperie mor-
tem ſibi accelerantibus, STARCKIUS de docto-
rum vita privata, NEUMANNUS de eruditis
patriam ſuam obſcuram nobilitantibus, BAIL-
LETUS, KORTHOLTUS, SCHULTETUS &
WOLFIUS de doctis præcocibus, GLEICHIUS
de ſingularibus quorundam Theologorum fatis,
SCHULTZIUS de eruditis male moratis,
SCHMIDIUS de Theologis in utero Deo conſe-
cratis, PEZOLDUS de *Memoria & Oblivione* me-
morabili, deq; materiis aliis alii propemodum in-
numeri. Nos impræſens ſimili defungemur labore,
eorum habituri rationem, qui ſibimet ipſis in per-
ficiendo ſtudiorum curſu vel una alteraq; ſpecia-
tim diſciplina comprehendenda duces exſtiterunt.

IV. Primus eſto laudatiſſimus Hipponenſium
Præſul, AURELIUS AUGUSTINUS, quinti
poſt Chriſtum natum ſeculi anno trigeſimo, æ-
tatis ſuæ ſexto & ſeptuageſimo ad meliorem vi-
tam translatus. De quo meam facio, reperiam
alicubi ſententiam, merituram facile & aliorum
adſenſum, *cum eo quid componat, neque noſtram
habere ætatem, neque habuiſſe totam antiquitatem.*
Vitam meritaqve ſanctiſſimi patris delinearunt
Melanchthon Declam. To. III. eoqve theologico
p. 651. ſeqq. THEOPH. SPIZELIUS *in vet.*
Academia Jeſu Chriſti, edita Auguſtæ Vindel. a.
cIↄ Iↄc LXXI. 4. p. 163. ſeqq. & quos citat JO.
GOT-

GOTTFRIDUS OLEARIUS, To. I. Biblioth. Scriptor. Eccleſ. p. 91. Eruditiſſimorum virorum de eodem judicia congeſſit THOM. POPE BLOUNT in Cenſura celebr. Autor. p. 271. ſeq. quæ nunc mittimus, & quod præſens ſpectat inſtitutum, αὐτοδίδακτον quoad philoſophiam arteſqve alias fuiſſe Auguſtinum obſervamus. Ipſemet hoc credere nos jubet lib. IV. Confeſſ. cap. XVI. quo loco fatetur, ſibi annos non amplius viginti nato Rhetoricam, Dialecticam alioſqve ad liberalium artium circulum ſpectantes libros *per ſe abſqve ullius præceptoris opera* & lectos *fuiſſe & intellectos*. Quo referenda ſunt illa JO. CHRISTOPH. MEELFüHRERI in Corona centum patrum, edita Gieſſæ cIↄ Iↄc LXX. 4. p. 133. *Natus annos viginti* (Auguſtinus) *Ariſtotelis magni ſophi iſtius categorias ſolus legit & intellexit, tum etiam Muſicam & Arithmeticam abſqve omni præceptore didicit & intellexit.* Adde SPIZELIUM in Felice litterato Auguſt. cIↄ Iↄc LXX. 8. comm. IX. p. 1024. Neqve ſuperficiaria ejus fuit in his, quæ proprio ſtudio comprehendit, ſcientia, ſed fundamentalis ſatisqve ſolida, quemadmodum oſtendunt libri de iſtis artium ac philoſophiæ partibus a noſtro concinnati, utpote de Grammatica, Dialectica, decem Categoriis; principiis Rhetorices, Muſica, quos una cum aliis recenſuit BELLARMINUS lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis p. 96. ſeqq. edit. Colon. cIↄ Iↄc LXXXIV. 4. De reliquis ejus operibus vide præter eundem autorem ANDR. RIVETUM lib. IV. Critici ſa-

cri a cap. X. usqve ad XVI. p. 384. ſq. edit. Ge-
nev. cl. loc XXVI. 8. THOMAM ITTIGIUM
præfat. ad tractatum de Bibliothecis & catenis
patrum p. 108. ſeqq. & alios. Adde ROB. CO-
CUM in Cenſura quorundam ſcriptor. p. 334.
ſqq.

V. De JOHANNE AFFELMANNO,
Theologo quondam apud Roſtochienſes acu-
ratiſſimo, in ipſo ætatis flore anno ſuperioris ſe-
culi quarto & viceſimo exſtincto, ex ore b. SE-
LIGMANNI hæc refert JO. CHRISTOPH.
TSCHANTERUS, Diſſ. 1. de Eruditis ſtudiorum
intemperie mortem ſibi accelerantibus, cap. 1. §. 2.
*Certiſſimum quoque ſtupendæ in noſtro aſſiduitatis
argumentum ex eo capimus, quod, cum aliquando
cathedra diſputatoriæ inſiſtens ab opponentium non
nemine ob mediocrem Ebræarum litterarum noti-
tiam (hac enim aliis rebus itidem Theologo ſcitu ne-
ceſſariis nimium intentus eo tempore nondum exa-
cte callebat) in diſcrimen adductus eſſet, quatuor
ſeptimanarum ſpatio hunc defectum ita ſuppleviſſe
dicatur, ut menſe præterlapſo Ebræam diſputatio-
nem eadem lingua haberet.* Indubie tamen ad
αὐτοδιδάκτας referri idem nequit, cum medio-
crem illum, cujus in verbis his fit mentio, Ebrææ
linguæ notitiam hauſiſſe a præceptoribus pu-
tuerit.

VI. Hoc igitur miſſo ad RUDOLPHUM
AGRICOLAM progredimur. Ejus quanta ſint
in litteras merita vel ex eo luculenter patefit,
quod in media ſuperiorum ſeculorum barbarie
in

in Germania eos primus excitaverit; unde *lucifer ante exortum ſolem* ſummo audit FECHTIO in Coll. MSC. ad Adami Rechenbergii Summarium Hiſt. Eccleſ. Sec. XV. §. V. Et merebatur ſane vir ille, cui panegyricum ipſe ſcriberet *Melanchthon*, a Joh. Saxone in Academia Wittenbergenſi quondam recitatum, ex quo cognoſcitur, per ſe ad faſtigium aliquod litterarum ſtudia evexiſſe Rudolphum. Clariſſima ſunt iſta *Melanchthonis* cit. Orat. To. I. Declamationum p. 597. *Cum Germania corruptiſſimo genere ſermonis uteretur, tantaqve litterarum inſcitia eſſet, ut quid eſſet recte loqui ne quidem ſuſpicari noſtri homines poſſent, imo etiam inſulſitas admirationem haberet: unus Rudolphus primum auribus atqve animo ſentire illa vitia & deſiderare meliorem orationis formam cœpit. Hæc fuit ſingularis prudentiæ ſignificatio: illa virium ingenii & doctrinæ, quod genus orationis effinxit purum, ſplendidum, ſonans, ſine ineptiis, rerum etiam pondere & gravitate probandum.* Et quanquam negandum non ſit, in ſcholis quoqve, quales tum fuerant, nonnihil hauſiſſe Rudolphum, idipſum tamen minime eidem probatum fuiſſe idem teſtis eſt *Melanchthon* l. c. p. 598. *Sed illum animo meliora requirere ſolitum, ſeqve in Bibliothecas abdentem, ſuo conſilio bonos ſcriptores legiſſe.* Hoc vero pacto cum ingenium doctrinæ varietate excoluiſſet, & in eloquentia elaboraſſet plurimum, in Italiam, ubi Græcæ & Latinæ lingvæ ſtudia renovari audierat, proficiſcendi cepit impetum, propoſita inibi ter-

terrarum cum hauſtis a ſemet ſtudioſe collaturus, eademqve qua optima ratione poſſet emendaturus. Hic itaqve ſummorum virorum ipſiusqve adeo THEODORI GAZÆ oculos confeſtim in ſe convertit. *Non opinor*, ſcribit denuo *Melanchthon* p. 599. *ulli Germanorum præter hunc Italos tribuiſſe tantum, ut publice docentem cum admiratione audirent, ac pariter eruditionem, genus ſermonis & actionem probarent.* Quæ de cetero & reliquorum eruditorum de noſtro mens fuerit, credo ſufficere, ſi PETRI MONTANI & ERASMI ROTERODAMI verbis expoſuero. Et ille quidem confitetur, *eum ævo iſto ſolum habuiſſe Germaniam, quem inſolenti Græciæ aut procaci Italiæ objiceret*, apud SPIZELIUM in Felice lit. loc. ante cit. p. 1038. ſeq. qui & ipſe illuſtre Friſiorum decus adpellat. Hic vero in Adagiis, apud eundem *Spizelium* in Litterato feliciſſimo Sect. I. p. 20. 21. *Nulla erat honeſta diſciplina, in qua vir ille non poterat cum ſummis artificibus contendere: inter Græcos Græciſſimus, inter Latinos Latiniſſimus. In carmine alterum Maronem dixiſſes, in Oratione Politianum lepore referebat, majeſtate ſuperabat. Eloquentiæ tam abſolutæ parem adjunxerat eruditionem, philoſophiæ myſteria omnia penetraverat. Nulla pars Muſicæ, quam non exactiſſime calleret.*

VII. Quod ſuomet ductu in litteris elegantioribus Agricola præſtitit, idem nullius pariter opera adjutus in naturalibus ac mathematicis ALBERTUS MAGNUS, Epiſcopus olim Ratisbonen-

bonenſis. Cum enim Scholaſtici doctores reliqui, ii cumprimis, qui noſtrum anteceſſerant, hoſpites in rebus hiſce fuerint, excelluerit vero in iisdem Albertus, proprio ſtudio eas comprehenderit neceſſe eſt. Audiamus MORHOFIUM, qui ita To. II. Polyhiſt. lib. I. c. XIV. §. 2. *Prodeat nunc Germanicæ gentis decus, Albertus, merito Magnus dictus, omnium illorum argutiorum Scholaſticorum princeps & pater, Thomæ Aquinatis præceptor, e cujus fonte omnes pene rivulos ſuos derivarunt, ut ille ex Alberti M. Oceano. Fuit ille genere illuſtris, ortum trahens e Sueviæ regulis, docuit Pariſiis & Coloniæ Agrippinæ, ac unus pene bibliothecam ſcripſit, cujus omnes tomi 200. marcarum pretio conſtant. Fuit ille vir argutus, nec in nudis ſpeculationibus ſubſtitit, ut ceteri faciunt Scholaſtici, ſed multa impendit in res naturales & mathematicas, quarum ad miraculum fuit peritus, adeo ut pro Mago ab imperitis haberetur, in quam ſuſpicionem facile apud ineruditos ingenioſior quis incurrit. Scripſit de Arithmetica, Muſica, Geometria, Aſtrologia, de quibus omnibus parum ſolliciti fuerunt ceteri. Formatio illius capitis ænei mechanica, quod loqui potuit, arguit interiorem Mechanices & Anatomes peritiam, iſto ſeculo plane inuſitatam. A Magiæ ſuſpicione ſtrenue ipſum defendit Naudæus, in Apologia virorum doctorum magiæ inſimulatorum.*

VIII. Illuſtre inter Arabes nomen eſt AVICENNÆ, quem optimum Ariſtotelis interpretem vocat THOMAS CRENIUS Animadverſ. philol. & hiſtor. P. II. c. V. §. IX. p. 185. Parum

rum honorifice, teſte MORHOFIO To. II. P... lyhiſt. lib. I. c. X, §. 3. p. 52. de eo judicat RH... DIGINUS lib. Antiquar. lect. c. 2. *ut qui mi... verit Ariſtotelis ſenſus, & multa commentiti... ipſum intulerit.* Sed id commune Arabum viti... eſt, *tunc temporis enim, cum e Græcis verterent... giſtros illos habuere, qui Græcam iſtius tem... linguam vix recte intelligerent*, verba ſunt S... MASII præfat. ad Tabulam Cebetis apud eun... Morhofium l. c. §. 1. De illo quoad præſent... ſtitutum diſcipulus ejusdem *Serſanus* in vita... ſtoria teſtatur apud Spizelium in Felice lit... IX, p. 1024. *Eum admodum puerum, anno ſu... ætatis decimo tam luculentum ingenii ſpecim... diſſe, ut omnibus eſſet miraculo; quippe Alcora... memoria tenebat, & reliquas diſciplinas per ſe,... lo uſus magiſtro, ſed aſſiduo labore, & perpetui... diis, & ſumma animi contentione, ante ætatis an... octavum & nonum didicerat.* Contra ea M... LANCHTHON Orat. de vita Avicennæ,... exſtat To. I. Declamat. p. 560. puerum a p... tibus præceptori traditum adſerit, qui cum... adverteret adoleſcentis naturam capacem eſſ... ſciplinarum, mox poſt prima elementa litter... Dialecticam, Geometriam & Aſtronomia... ſcendam ei tradiderit. Atque in hoc ſtudio... curſu apud domeſticum præceptorem ſubſti... Avicennam usqve ad annum ætatis decimu... ctavum. Sed ego diſcipulo Avicennæ fidem... tius adhibendam exiſtimo. Quanquam in... ire nolim, cum in tenera jam ætate tantos in...

is per ſe feciſſet profectus, ut optima quævis de o ſperare poſſet parens, qui & ipſe plurimum aluiſſe ingenio perhibetur, hunc viros ingenii & doctrinæ laude inſignes, quibus doctoribus dem uteretur, ſtudiaqve ad faſtigium eveheret, dhibuiſſe. Non fuerat vero noſtro propoſitum, n ſola hærere Philoſophia, ſed ad artem etiam Medicam animum adjunxit, eo quidem cum ſucceſſu, ut in illa ſui temporis homines longo poſt e intervallo relinqueret. Teſtaturqve VOSSIUS lib. de Philoſophia cap. 14. *Medicinam optime eum ordine complexum fuiſſe, ut hac in parte Galenum etiam ſuperet.* Vid. König. Bibl. p. 73. Laudatus quoqve *Melanchthon* cum Arabes in re medica olim valuiſſe plurimum, tum Avicennam reliquis præripuiſſe palmam, adfirmat p. 568. in hæc verba: *Multa in natura & in arte deprehenderunt recentiores Arabes, quæ Græcis ignota fuerunt, qua in re & ab ipſa regionum natura, in quibus fuerunt, multi adjuti ſunt. Sunt enim feraciſſima remediorum Syria, Arabia, Ægyptus, Cyrenaica, Africa, Hiſpania: & hæc quidem loca perluſtrarunt Arabici ſcriptores omnia, & gens valuit acumine ingeniorum, & huic uni ſtudio dedita fuit, quod quidem a vetuſtisſimis patribus, a Jobo & ſimilibus acceperunt. Et quanquam pleriqve multas corruptelas arti admiſcuerunt, tamen nemo ex omnibus Arabicis ſcriptoribus artem purius ipſo Avicenna tradidit.*

IX. Quid magiſtrorum opera deſtitutus in lingvis, quas vocant, cardinalibus præſtiterit

REI-

REINERUS BACHOVIUS, celeberrimi [n]minis JCtus, ſecundum Königium anno 16[..] denatus, malo MELCHIORIS ADAMI, qu[..] meis, enunciare verbis. Sunt vero ſequent[..] Vitis JCtorum p. 215. b. edit. Francof. 1705[..] *Ceterum mercaturæ ita ſe dedidit, ut ſtudia lit[..]rum non obiter coleret, ſed cognitione eorum [..] doctis non cederet. Linguas enim Latinam, G[..]cam & Hebræam fere ſine magiſtro didicit.* De[..] hunc in modum KÖNIGIUS in Bibl. p. 77[..] *In Heidelbergenſi Academia Philoſophiam [..]lem docuit. Doctoris titulum non habuit, ju[..]men ea dexteritate tractavit, ut plerique cr[..] eum doctorem in aliqua Academia creatum eſſe.* STRUVIUS inter Polemicos hodie præcip[..] haberi, teſtis eſt, in Biblioth. jurid. c. VII. §. X[..] p. 263. ſeq. MORHOFIUS ita judicat To[..] Polyhiſt. lib. VI. Sect. VII. §. 3. p. 96. 97[..] *nerus Bachovius in ſubtilitatibus juris ven[..]rioſior, quam eſſe oportet. In prima illa juris in[..]tione tironibus non eſt legendus, commenda[..] præ illo Arn. Vinnius, quanquam Bachovium [..] omnibus paginis exſcribat; in eo tamen lau[..] quod, quæ apud Bachovium ſunt obſcuriora, [..]cidius & diſtinctius proponat.* Idem §. 11. [..] *Claritas nominis ejus* (Ant. Fabri) *movit [..] Bachovium, ut adverſus illum libros ſcriberet. [..] opus aliquod adverſus ipſum edidit, in quo in[..] chiliadem errorum ejus obſervavit. Sed fuerunt [..] qui ipſum adverſus Bachovium defenderunt. [..] enim Bachovio quodammodo ſophiſticum inge[..]*

um. Inſignis quidem fuit ejus eruditio tam in Hiſtoria, quam in Jure, ſed importunus erat aliorum cenſor, & libidine contradicendi motus, ſæpe lites movit non neceſſarias, ſæpe etiam falſas plane ſententias ſectatus eſt, ſæpe loca legum ex ſuis conjecturis pro corruptis habuit, ſæpe etiam in ipſos JCtos veteres, ſæpe in Tribonianum injurius. In praxi certe juridica non magnopere eſt aliis æſtimatus.

X. Ad reſtituendum priſtino nitori litteras in Italia plurimum olim contuliſſe HERMOLAUM BARBARUM, conſenſu quodam eruditi fatentur. Fuiſſe vero & ipſum αὐτοδίδακτον refert ADAMUS in Vita Eraſmi, quæ in vitis Philoſophorum exſtat, p. 45. a. his verbis: *Simul ac editæ ſunt Adagiorum Chiliades* (Eraſmi) *& libri de utraqve copia, velut e nebulis coorto ſole emergere lingvarum peritia cœpit. Prodibant alii atqve alii libelli ad hanc rem facientes: Theodori Grammaticæ inſtitutiones Latine verſæ, multorumqve autorum in utraqve lingva monumenta, Græce citra præceptoris operam diſcere volentibus admodum accommoda: Nam hac ratione etiam Hermolaus Barbarus, immortale decus Venetiarum olim profeciſſe fertur, privato ſtudio, collatis doctiſſimi Gazæ verſionibus.* Equidem & Academias adiit Barbarus, quid boni tamen haurire in illis potuerit, cum ſumma ubiqve regnaret barbaries, vix adparet. Unde proprio ingenio ad tantum eruditionis faſtigium eluctatus eſt, ut magni vir judicii, JULIVS CÆSAR SCALIGER, in Epiſtolis p. 373.

apud FECHTIUM Coll. in Rechenbergii ſummarium H. E. MSC. ad ſecul. XV. § IV. eundem *ſcientiarum omnium alumnum ac parentem* adpellet. Conf. & *Pet. Bembus* lib. de Virgilii culice & Terentii fabulis, qui inter opuſcula illius, Epiſtolis Patav. 1585. 8. impreſſis, adjuncta habetur p. 71. De ſtylo MORHOFIUS To. I. Polyhiſt. lib. I. c. XXIII. §. 33. p. 303. *Hermolaus Barbarus, cujus epiſtolæ Policianis epiſtolis miſtæ, durus eſſe videtur, qui quoddam ſtyli genus affectavit ex obſoletis & recentibus vocabulis miſtum.* Ἐπιτάφιος λόγος quem eidem ſcriptum commemorat VOSSIUS, præclaro de Hiſtoricis Latinis opere, p. 612. & ex eo KÖNIGIUS in Biblioth. p. 84. a. ſequentis eſt tenoris;

Barbariem Hermoleos Latio qui depulit omnem,
Barbarus hic ſitus eſt: utraq; lingva gemit.
Urbs Venetum vitam, mortem dedit inclyta Roma.
Non potuit naſci clarius, atqve mori.

Obiiſſe dicitur KÖNIGIO ſeculi quinti decimi anno 93. quo ipſo juxta CLARMUNDUM P. IV. Vitarum p. 28. primum inclaruit. Sed hujus cum adſerto ego quidem conciliare non poſſum, quod idem autor ſcribit p. 20. admodum juvenem Hermolaum inclareſcere cœpiſſe, idqve teſtimonio Voſſii vix annos 21. natum. Quod proinde contigerit neceſſe eſt anno 1575. ipſemet namqve Clarmundo teſte 1554. lucem primum adſpexit.

Obſervatio CX.

Hiſtorico-Critica

CHRISTMANNI ORTHOPHILI,

de

Paralleliſmo Sandio-Arnoldino.

MUltum turbarum ac periculi exci-
taſſe in Eccleſia JESU Chriſti ge-
nuina, ab illo, quo in lucem publi-
cam prodiit, tempore, GODOFREDI
ARNOLDI Hiſtoriam Eccleſiaſticam
pariter ac Hæreticam, tantopere undique
celebratum eſt, & exquiſitis Virorum Eru-
ditorum monumentis dilucidatum, ut ſu-
pervacaneum eſſe exiſtimem, aut prolixi-
us illud ipſum deducere verborum ambi-
tibus, aut certis quibusdam iisque lucu-
lentis argumentorum confirmare docu-
mentis. Si quando enim vel ſola attendi-
mus Theologorum ex ſincerioribus æque
Philologorum de eadem Iudicia, eaque

numeroſo ſatis apparatu comparentia, ria equidem ratione, id quod inſinu mus, probatum illuſtratumque dediſſe prehendimus, ea tamen ratione, quan mihi conſtat, hactenus nondum legi aut obſervamus indigitatum, quæ Paral liſmum ejusdem indicaverit cum edi pridem *Hiſtoria Eccleſiaſtica Chriſtoph Sandii, Arianiſmo nimium quantum infe* Ad hunc igitur breviter in præſenti delineandum, dum memet accingo, p tionibus nonnullis abſolvo omne ill quod olim hoc in puncto in gratiam A cujusdam, occaſionem ad hoc ſuppedit tis, in chartam conjeci, adeoque, q privatis hactenus inſerviit uſibus uni alterius, publicis nunc plurimorum u exponere geſtio.

Conveniunt ARNOLDUS & SAN in Hiſtoria Eccleſiaſtica (I.) *qua* Quemadmodum enim olim CHRI PHORUS SANDIUS Hiſtoriæ Eccle cæ nucleum non alium in finem con ſuit, quam ut *Arianiſmum, omnibus,* qu poſſet, *viribus promoveret;* ita plane G DOFREDUS ARNOLDUS va illi

ſatis

ſatis opus Hiſtoriæ Eccleſiaſtico-Hæreticæ nullum alium in finem compoſuit, quam ut *Indifferentiſmum Religionum* univerſalem feliciter propugnaret, viribusq; omnibus promoveret.

(II.) *Qua Methodum.* Quemadmodum olim SANDIUS damnatam a tot ſeculis hæreſin Arianam ex orco ſibi revocandā conatu prorſus improbo propoſuit, & ſcopo quem ſibi præfixerat, penitus diſſimulato, Philologi nunc, nunc Interpretis Biblici, præcipue tamen Hiſtorici perſonam induit, tentaturus, utrum innumeris ſub imposturis, inprimis ficta Eccleſiaſticæ Antiquitatis veneratione, ARIANISMUM Eccleſiæ hoc cum ſucceſſu poſſet obtrudere, quo denuo miraretur orbis, ſe tam ſubito factum eſſe Arianum: itaplane ARNOLDUS damnatum ſuo tempore Indiffe- rentiſmum ex orco ſibi revocandum propoſuit,& ſcopo,quem ſibi præfixerat, penitus diſſimulato, nunc Philologi, nunc Interpretis Biblici, Hiſtorici tamen præcipue perſonam induit, tentaturus, utrum innumeris ſub impoſturis, inprimis falſa recentiorum Eccleſiæ Doctorum & Fanaticorum

rum veneratione, Indifferentiſmum E-
cleſiæ hoc cum ſucceſſu poſſet obtrude-
quo denuo miraretur Orbis, ſe tam ſub
factum eſſe Indifferentiſticum.

Conveniunt ARNOLDUS par
ac SANDIUS in Hiſtoria Eccleſiaſt
(III.) *qua Oppoſitum.* Quemadmod
divina favente gratia, non defuerunt,
perniciofiſſimos Neo-Ariani (SAND
ſcilicet) impoſturas mature depre-
rint, ac data manifeſtarint occaſione,
pote SAMUEL GARDINERUS, GEO-
GIUS BULLUS, CHRISTOPHO
WITTICHIUS, JUSTUS CHRIST-
PHORUS SCHOMERUS, JOHAN
GVILIELMUS BAJERUS, ELIAS V
ELIUS, aliique; ita quoque, divina pr-
dente gratia, non defuerunt, qui perni-
ſiſſimus Neo-Indifferentiſtæ (ARN
ſcilicet) impoſturas mature dep-
derint, ac data manifeſtaverint occa-
utpote, PHIL. LUDOV. HANN
NIUS, JOH. FRID. CORVINUS, E
VEJELIUS, VALENT. ERNEST. L
SCHERUS, THOMAS ITTIGIUS,
NESTUS SAL. CYPRIANI, JOHAN

FECH

ECHTIUS, GOTTL. WERNSDORFIUS, aliique prolixo ordine conſpicui.

Conveniunt (IV.) *qua Curioſum æſtinium.* Quemadmodum non pauci reperti ſunt, qui eruditionem SANDII, qua, ceu gladio manus furentis, turpiter abuſus eſt, nimium admirantes, ex antiquæ monumentis Eccleſiæ, dubia ipſum produxiſſe autumaverunt, quæ ſalva manente fide Catholica & autoritate Eccleſiæ, vix ac ne vix quidem ſolvi queant, obſtante inprimis defectu rariſſimorum quorundam Codicum, ad quos toties feliciſſimo eorundem apparatu inſtructus provocavit; unde fama eſt, ab Ordinibus Belgii Fœderati magnam pecuniæ ſummam ei promiſſum eſſe, qui *Nucleum refutaverit Sandianum*: Ita quoque non pauci reperti ſunt, ex magni etiam Nominis, magnæque dignitatis Viris, qui eruditionem ARNOLDI, qua, ceu gladio manus furentis, turpiter abuſus eſt, nimium admirantes, ex antiquæ pariter ac recentioris Eccleſiæ monumentis dubia ipſum produxiſſe autumarunt, quæ ſalva manente fide Catholica & autoritate Eccleſiæ vix

ac ne vix quidem ſolvi queant, obſtant inprimis ſumma ARNOLDI curioſitate, qua mediante, quaſi ad id negotii conductus, ex monumentis ſæpenumero obſcuris, quæque vix in centeſimis conſpiciuntur Bibliothecis, ea, quæ ad Indifferentiſmum ſuum ſtabiliendum faciunt, plurimum corraſit, poſteaque in totius orbis theatro, tanquam publicus præco clariſſiſſima voce ebuccinavit.

Conveniunt ARNOLDUS porro ac SANDIUS in Hiſtoria Eccleſiaſtica (V.) *qua characteriſticum genium.* Quemadmodum SANDIUS olim ab incomparabili illo VEJELIO Diſſ. Hiſt. Theol. de Scripr. Canon. & Apocryph. Anti-Sand. deſcriptus eſt, quod fuerit homo non indoctus, callidus, vafer, aſtutus, qui ad incruſtandam hæreſin dudum damnatam, ſtiloque pientiſſimorum æque ac doctiſſimorum Eccleſiæ Doctorum valide confoſſam, omnes ingenii & eruditionis qualiſcunque nervos intenderit; ita jure meritoque deſcribi poteſt maximus quondam Indifferentiſtarum Patronus, ARNOLDUS, quod homo fuerit non indoctus, callidus, vafer, aſtu-

ſtutus, qui ad incruſtandum Indifferentiſmum, dudum damnatum, ſtyloque pientiſſimorum æque ac doctiſſimorum Eccleſiæ Doctorum valide confoſſum, omnes ingenii ſui & eruditionis ſuæ qualiſcunque nervos intenderit.

§. Conveniunt (VI.) *qua Teſtimoniorum fundum*. Quemadmodum pleraque SANDII olim teſtimonia, quibus *Arianiſmum omnibus modis incruſtare & propugnare* allaboravit, ita fuerunt comparata, ut vel malefida & criminoſa, vel falſaria, ſuppoſita, atque fictitia, vel debita & inſita connexione truncata, vel denique ex medio inimicorum foro ac choro repetita ſint: ita plane comparata ſunt pleraque ARNOLDI teſtimonia, ut vel malefida ſint & criminoſa, vel falſaria, ſuppoſita, atque fictitia, vel debita inſitaque connexione truncata, vel denique ex medio inimicorum foro ac choro injuſta quadam ratione repetita.

Luculentis ſat documentis ſolide id demonſtravit cæteros inter, ὁ πάνυ quondam FECHTIUS, in variis diſſertationibus GODOF. ARNOLDO oppoſitis, ipſo-

met indice in Diſputation. Anti- Arnold. de Sanctitate Miniſterii Eccleſiaſtici §. LIV. p. 86. quippe quo inſinuat, *nunquam ſibi defuturam occaſionem amplioribus exemplis id plenum faciendi, quod tota illa* ARNOLDI *Hiſtoria Eccleſiaſtico-Hæretica, eo præcipue loco, ubi totius Eccleſiæ Lutheranæ in ipſo fundamento doctrinæ mocumque corruptionem lapſumque ejus in ſtatum toto cœlo a vera reformatione diverſum, infinito argumentorum numero comprobare annititur, non alia fide, quam falſaria nitatur. Ut petulanter cæcutiant neceſſe ſit, qui technas, fraudes, dolos, præſtigias, quibus totum Opus Lectori imponit, oculis ſuis cernere & percipere animo noluerit, aut fanatico ſpiritu ita ſint ebrii, ut diſcernere inter bonum malumque, inter verum falſumque prorſus amplius non poſſint.* Item §. VII. p. m. 9. *Ubi vero æquiſſimum eſt* (inquit) *immo ad coercendum imminentem nobis vi quadam Indifferentiſmum, plane neceſſarium, ut cum nullius hominis non ſit, Hiſtoriam Arnoldinam, Augiæ illud ſtabulum, tot in ſe allegata doctorum falſa & in alienum ſenſum detorta, complectens, quæ tamen ſimpliciores*

in

in Libertiniſmi amorem ſeducere apta nata ſunt, expurgare, quælibet Academia & Eccleſia ſuos Doctores a fœda iſtiusmodi criminatione defendat, & ita conjuncta opera receptæ hactenus inter nos doctrinæ innocentiam & Miniſterii de doctrina illa bene meriti exiſtimationem tueantur. Audiant rogo per Deum ſinceræ veritatis Vindices, & Eccleſiæ noſtræ laboranti, quisque pro ſuis viribus, ſuccurrant. DEO ſint gratiæ in æternum, quod voto huic ingenuo ſatisfactum ſit hactenus ex aſſe a Statoribus & Vindicibus veritatis cœleſtis, undiquaque celeberrimis, debitaque ſoliditate inſtructisſimis.

Hujus GODOFREDI ARNOLDI munera, vitam, fata, ſcripta & obitum indicavit DN. CHRISTIAN. GRUNDMANNUS in Urnis Defunct. litteratorum An. 1714. Tomo IV. horum Miſcell. Lipſ. inſertis, p. 289. ſeq.

Obſer-

Obſervatio CXI.
JACOBI BRUCKERI AUGUSTANI,
de
Pyrrhone,
à Scepticiſmi univerſalis macula abſolvendo,

Epiſtola hæc ad C. F. P. data, ſcripta eſt Jenæ, d. 28. Julii 1716.

Vir Ampliſſime,

QUod non vano gaudio de Tuo favore mihi gratuler, nuperrimæ Tuæ docuere, quibus ut ſvavius afferri vix quicquam potuit, ita juſtum mentem tenet deſiderium, hunc ipſum favorem conſervandi. Aperui nuper, cum Lipſiæ detinerer, & ſuaviſſimo Tuo colloqvio frui mihi liceret, meam de PYRRHONE ſententiam, *cui inique Scepticiſmi univerſalis turpem maculam inuri putabam*, ſimulqve prolixiorem promiſi ejus ſententiæ deductionem. Promiſſis nunc ſtabo, neqve egregiam hanc, quo Te proſeqvor, Vir Doctiſſime, cultum declarandi occaſionem effugere patiar. Ac-

Accuſatur communi eruditorum ſuffragio *Pyrrho ſcepticiſmi univerſalis*; & nititur illa accuſatio ANTIGONI CARYSTII cujusdam relatione, qui *vitam Pyrrhonis* conſcripſit, & ex quo ſua excerpſit DIOGENES LAERTIUS in Philoſophorum vitis. Refert vero hic (1) ex illo, cum docuiſſe: „*Nihil vere eſſe, ceterum lege & conſuetudine cuncta homines facere; neque enim ipſa quicquam hoc magis quam illud.* Vitam „quoque doctrinae duxiſſe conſentaneam; nihil „nihil declinaſſe, nihil devitaſſe, ſuſtinuiſſe o„mnia; currus ſi forte occurriſſent, & prærupta, „& canes, & talia, nihil ſenſibus permiſiſſe.

Ego vero a me impetrare non poteram, cum hæc legiſſem, ut pro veris illa haberem. Repugnare videbatur *natura intellectus humani*, qui ita eſt comparatus, ut poſitis omnibus ad cognoſcendum requiſitis non poſſit non cognoſcere. Et hinc jam dudum a Philoſophis vocatus eſt *fa-*

cultas

(1) Laert. L. IX. Segm. 61. 62. Ed. Wetſten. οὐδὲν ἔφασκεν οὔτε καλὸν, οὔτε αἰσχρὸν, οὔτε δίκαιον, οὔτε ἄδικον, καὶ ὁμοίως ἐπὶ πάντων μηδὲν εἶναι τῇ ἀληθείᾳ, νόμῳ τε καὶ ἔθει πάντα τοὺς ἀνθρώπους πράττειν. Οὐ γὰρ μᾶλλον τό-τε ἢ τότε εἶναι ἕκαστον. Ἀκόλουθος δὲ ἦν καὶ τῷ βίῳ μηδὲν ἐκτρεπόμενος μηδὲ φυλαττόμενος, ἅπαντα ὑφιστάμενος, ἁμάξας, εἰ τύχοι, καὶ κρημνοὺς, καὶ κύνας, καὶ ὅσα τοιαῦτα, μηδὲν ταῖς αἰσθήσεσιν ἐπιτρεπόμενος.

facultas neceſſaria. Quotiescunqve enim ille i intellectus in veritatis alicujus cognitione ve tur, & omnes, quotquot ei offeruntur, & ad præſentem ſpectant ideæ ipſi ſint clare, diſti atqve adæquate cognitæ, per naturam ſuam ſanus fuerit, veritatem, & rerum exiſten percipere cogitur. Quis enim ſana mente p ditus, poſtquam ſenſerit ſolis radios, Solem lucere, ſed tenebras eſſe ex mentis ſententia ſtebitur? Et hinc quoqve eſt, quod recen imprimis Philoſophi pro genuino & infal veritatis criterio *evidentiam perceptionis* ant, cum per eam neceſſario intellectus no rei veritate convincatur. Contra quod aperte & directa fronte egiſſet Pyrrho, illud negaſſet, quod intellectus natura negari hau titur, ſi vera eſſent, quæ de eo tradit Caryſtius . Adeo certa hæc ſunt, ut impoſſibile mihi deatur, ex animi ſententia ſtatuere quem *nihil eſſe vere, nec quicquam hoc potius quam eſſe.* (2) Sufficere hoc potuiſſet, quod

(2) Vocavit inde Scepticos *ſectam menti* autor artis cogitandi Diſſ. prælimin. L ed. Bat. Facit huc illud ARISTOC apud EUSEB. de præp. Ev. c. 18. ἂν τὴν τοιαύτην εἴτε αἵρεσιν, εἴτε ἀγωγὴν λόγων, εἴτε ὅπη καὶ ὅπως ἐθέλη τις αὐτήν, οὐδεὶς ἂν εὖ φρονῶν ὀρθὴν εἶναι φαίη δῆλον.

tionis falſitatem proderet; ſed ut certior evaderem, inveſtigavi, annon ex ea relatione, quam de Pyrrhone noſtro tradit Laertius, pro confirmanda ſententia mea deſumi poſſint argumenta, & ea quoqve haud ultima inveni. Ut vero clarior fiat tota ſententiæ deductio, Pyrrhonis vita præmittenda.

Erat vero Pyrrho pauper initio atqve obſcurus, (3) pictorqve haud adeo felix. Poſtquam vero Philoſophiæ operam navaſſet, & cum Anaxarcho Gymnoſophiſtas, ac Magos Indos adiiſſet, (4) egregie eruditus evaſit. Fuit illa eruditio cauſa, qua ille Epicuro (5) quam maxime commendabatur, adeo, ut eum admiraretur, & aſſidue de eo percunctaretur. Obſervabat ſcilicet Epicurus illum, qui haud adeo felicis ingenii initio fuerat, ad egregium ſapientiæ cultum, ſublimemqve

δῆλον. Ἐγὼ μὲν οὐδὲ φιλοσοφίαν οἴομαι δεῖν ὀνομάζειν αὐτήν, ἀναιροῦσάν γε δὴ τὰς τοῦ φιλοσοφεῖν ἀρχάς.

(3) Laert. Segm. 62. ὅτι τὴν ἀρχὴν ἄδοξός τε ἦν καὶ ζωγράφος. Ariſtocl. πρῶτον ἦν ζωγράφος οὐδ᾽ οὕτως εὐτυχής.

(4) Laert. Segm. 61. Ἀναξάρχῳ ξυνακολουθῶν πανταχοῦ, ὥστε καὶ τοῖς γυμνοσοφισταῖς ἐν Ἰνδίᾳ συμμίξαι καὶ Μάγοις.

(5) Laert. Segm. 64. ἔλεγε πολλάκις καὶ Ἐπίκουρον θαυμάζοντα τὴν Πύῤῥωνος ἀναστροφήν, συνεχὲς αὐτοῦ πυνθάνεσθαι περὶ αὐτοῦ.

qve gradum evaſiſſe. Quæ quoqve erudi[illegible] præſtantia, & ex illa nata gloria, cum ſupre[illegible] patria apud Eleos Sacerdotio (6) admovit; [illegible] effecit, ut ejus gratia omnes Philoſophi im[illegible] tate donarentur. Refert etiam Diocles, (7) A[illegible] nienſes eum civitate donaſſe, ob Cotym T[illegible] regem interemtum, quod tamen ex erro[illegible] fuiſſe dictum aliunde conſtat. Vivebat [illegible] teroquin honeſte, idqve potiſſimum ſtud[illegible]

(6) Laert. Segm. 64. ὥστε [illegible] τρίδος τιμηθῆναι, ὥστε καὶ ἀρχιερέα [illegible] αὐτοῦ, καὶ δι᾽ ἐκεῖνον πᾶσι, τοῖς φιλο[illegible] ἀτέλειαν ψηφίσασθαι. conf. Heſych. [illegible]

(7) Laert. Segm. 61. Pythonem Ænium [illegible] tonis diſcipulum hoc patraſſe facin[illegible] fert PLUTARCHUS in Politic. [illegible] laudando ſeipſo, & libr. contra C[illegible] Item DEMOSTH. κατ᾽ Ἀριστοκράτ[illegible] LOSTRAT. in vita Apollon. l. VII. [illegible] hæc corrupta, & verba hæc a quod[illegible] ctore ad oram loci, qui proxime p[illegible] οὕτως ἐν Πύθωνι addita fuiſſe, ſuſp[illegible] ÆGID. MENAG. Obſerv. ad D. L[illegible] 427. & ISAAC. CASAUBON. not. ad [illegible] forſitan Pyrrhoni æqualis honos co[illegible] quorum nominum confuſione erroi o[illegible] ſionem dedit?

[...]t vir bonus eſſet. (8) Ad quæſtiones quoque (9) ſi quæ proponebantur, copioſe pariter atqve accurate reſpondit, quapropter etiam a nemine contemnebatur.

[...] De dogmatibus vero ejus atqve hypotheſibus [...]a refert LAERTIUS, ut pateat ex eo, [...]m ſtatuiſſe: I. *Tranquillitatem mentis* omni ſtudio eſſe ſectandam, idqve præcipue agendum, *ut animæ noſtræ felicitatem* per eam acquiramus & conſervemus. (10) Id ut efficiatur, ἀπάθειαν (11) viro

(8) Laert. Segm. 63 Καταληφθεὶς δέποτε, καὶ ἑαυτῷ λαλῶν, καὶ ἐρωτηθεὶς τὴν αἰτίαν, ἔφη μελετᾶν χρηστὸς εἶναι.

(9) Laert. Segm. 64. ἐν ταῖς ζητήσεσιν, ὑπ' οὐδενὸς κατεφρονεῖτο, διὰ τὸ ἐξοδικῶς λέγειν, καὶ πρὸς ἐρώτησιν.

(10) Patet hoc ex *ſummo tranquillitatis animi ſtudio*, cujus ſigna recenſet DIOG. Segm. 63. 66. 67. 68. Cum navi aliquando eſſet, & reliqui tempeſtate acti mœſtiores eſſent, ipſe tranquillo animo porcellum in navi edentem oſtendebat, dicens: Oportere ſapientem tali animi tranquillitate eſſe.

(11) Quam docuiſſe ex LAERTIO patet Segm. 66. ubi reprehenſus, quod ſorori ſuccenſuiſſet, ἔφη, inquit, ἐν γυναίῳ ἡ ἐπίδειξις τῆς ἀδιαφορίας, quam ἀδιαφορίαν vocat Ariſtocles ἀπάθειαν apud Euſeb. l. c.

viro ſapienti eſſe neceſſariam, ne ſcilicet affe-bus, doloribus & angore miſere turbetur, neq; mens inveniat, ubi quieſcat, docuit. Et eund in finem vitam doctrinæ conformem dux quantum poterat, etiam externorum ſenſuum do-lores contemnens. (12) II. Credidit, ad decipien-dum ſæpiſſime compoſitos eſſe *ſenſus* noſtros, in-tellectum vero noſtrum, multis gravibusq; vi eſſe inquinatum, quæ vano & puerili homin ſtudio augeantur, ut propter iſtam hominis im-becillitatem *difficilis ſit veritas cognitu*. III. *Puta-vit* præterea, *eſſentias rerum nobis neutiquam pate-re*, (13) & hinc in multis non dari cognitio-nem, (14) in hoc ipſo cum recentioribus nonnul-

(12) Φασὶ δὲ καὶ σηπτικῶν φαρμάκων, καὶ τομ καὶ καύσεων ἐπί τινος ἕλκους αὐτῷ προσ χθέντων, ἀλλὰ μηδὲ τὰς ὀφρῦς συνα LAERT. Segm. 67.

(13) LAERT. Segm. 67. 68. eum delectatum fuiſſe talibus dictis, ὅσα συντείνει εἰς τὸ ἀβέ-βαιον καὶ κενόσπουδον ἅμα, καὶ παιδαριῶδες τῶν ἀνθρώπων. conf. quæ de decem modis, qui-bus *rerum ambiguitatem & ſenſuum fallaci-am* exponunt Sceptici, habet Diog. L. Segm. 79. ſeqq.

(14) Ita enim quæ de illius hypotheſi referun-tur eſſe intelligenda palam eſt, cum *modo-rum ſcientiam* admiſerit, licet diſcipuli *a-*

mo-

lis conſentiens. IV. Quo igitur omnis præcipitantia evitetur, omnisqve error procul eſſe jubeatur, σκέψιν & ἐποχὴν quandam adhiberi voluit, donec accuratiſſime rerum circumſtantias noverimus. (15)

Tale vero Pyrrhoni contigit ſeculum, quod Philoſophorum ſtultitia ſuperabat omnia. Dogmatici enim Philoſophi, qui honorifico *Sophiſtarum* nomine ſtultitiam tegebant, ſcholas variarum rixarum ſtrepitu tum replebant. Florebat enim tum temporis eloqventiæ ſtudium, & tanto quis doctior habebatur, quanto melius diceret. Cauſa hæc fuit, quæ perſuaſit toti fere Græciæ, ut relicto veræ ſapientiæ ſtudio, ad vanam loquacitatem citatis pedibus properaret. Enata hinc Sophiſtarum turba, tumidum ſuperbumqve hominum genus, quod in captioſis verborum ſtrophis ſummam jactabat ſapientiam, illum pro doctiſſimo reputans, qui prolixiſſime in utramqve partem diſſerere poſſet. Eleganter depingit eos LUCIANUS: (16) *Sub pallio habent*, inquit,

modos etiam extenderint, quæ ille *de eſſentiis* dicta volebat.

(15) Id quod ex relatis ſua ſponte ſeqvitur.

(16) in dial. mortuor. conf. BAILLET Jugement des Savans T. I. p. 187. CLERICUS Art. Critic. P. II. Sect. I. c. 17. DN. WALCHIUS in præf. de fatis Oratoriæ præmiſſ. Oration. Cellarii.

contentionem, vanitatem, quaſtiones ambiguas, ... noſas diſputationes, perplexas involutasqve ... nes. Et TIMON apud LAERTIUM (17) ... noſtro Pyrrhone:

Miror, qui tandem potuiſti evadere, Pyrrho ...
Turgentes fruſtra ſtupidos vanosqve Sophiſt...
Atqve impoſturæ fallacis ſolvere vincla?

Erat vero Philoſopho noſtro ſæpius res (18) ... hominibus hiſce, quorum captiunculæ, ut ... tentur, σκέψιν & ἐποχὴν & hic quoqve ... tiam putavit, ipſe quoqve eam in diſpu... bus cum iis adhibuit, eorumqve vanitati ... ti σκέψη illuſit. Erat enim cum horum ... num eruditione ita comparatum, ut nulla ... rit, quibus nitatur fundamenta, principia ... quo factum, ut ſi quis prætenſa ignorantia ... bitatione perpetuo quæſiverit, vanitas eorum ... qve ſtultitia fuerit manifeſtata. Felici ... id etiam præſtitit SOCRATES, a quo hæc ... tandi methodus hodienum nomen habet, ... mis noſtræ ætatis Philoſophis commendat.

Ex præmiſſis hiſce, quæ LAERTIUS confuſ... ut ſolet, refert, ſententiæ meæ ingens accedit ... bur, & CARYSTIUS falſæ accuſationis atque ... lumniarum convincitur. Non hic, quæ *de ... lectus facultate neceſſaria* ſuperius dixi, rep...

(17) Segm. 67.

(18) quod ex modo adducto patet carm... conf. quæ habet Laert. Segm. 69.

llud certum eſt, hominem ejusdem veſaniæ, ac fuit Pyrrho, ſecundum Caryſtii relationem, *nunquam admoviſſent Pontificatui Elei.* (19) Requirebat enim omnium ceremoniarum ac circumſtantiarum accuratiſſimam obſervantiam gentilis ſuperſtitio, cum vel a minimo neglecto momento tota ſæpius civitatis, ex ipſorum ſententia, penderet ſalus. (20) Non obſervaſſet vero illa; & muneri atqve civibus ullo modo ſatisfeciſſet Pyrrho Pontifex, *ſi omnem prorſus veritatem negaſſet*, & vitam doctrinæ conſentaneam duxiſſet. Imo falſitatis aperte arguit Antigonum Caryſtium ÆNESIDEMUS, (21) qui tradit, „eum quidem *de aſſenſu retinendo* fuiſſe philoſophatum, „non vero imprudenter egiſſe ſingula. Ex quo, quanta Caryſtii fides ſit, patet.

Neqve ſane Pyrrhonem *tanti feciſſet, & admiratus fuiſſet* EPICURUS, ſi hujusmodi veſaniam

Q 3 docu-

(19) ex quo etiam falſam Caryſtii relationem judicant FRANC. MOTHÆUS VAYERIUS de virt. paganor. & ÆGID. MENAG. Obſ. ad Laert. p. 426.

(20) Ridiculus Sacerdos Scepticus, qui, cum ſacra faceret, non noverat, quid faceret. JOACH. KüHN. annot. ad Laert. l. IX. Segm. 64.

(21) Diog. Segm. 62. Αἰνεσίδημος δὲ φησὶ, φιλοσοφεῖν μὲν αὐτὸν, κατὰ τὸν τῆς ἐποχῆς λόγον, μὴ μέντοι γε ἀπροοράτως ἕκαστα πράττειν.

docuiſſet, vitaqve comprobaſſet, quæ ſcilicet
nonibus ejus Logicis e diametro eſt contr
Verum melius mentem Pyrrhonis inſpexer
picurus; ſtatuebat enim, *in tranquillitate* ...
εὐτυχίαν eſſe quærendam, & eo quoqve tend
Pyrrhonis hypotheſis, quam Epicurus non
rat non laudare, & Pyrrhonem, *quod vitam*
ſtrinæ conſentaneam ducat, magni facere atq
mirari. Et quæſo, quomodo Antigoni ...
convenit cum eo, quod ipſe Pyrrho, *ſe medi*
ut bonus ſit, profeſſus fuerit? Certe, qui ...
bonum ſe præſtare ſtudet, ut virtutem ...
& normam, ſecundum quam bonus eſſe ...
neceſſe eſt.

Æſtumatio quoqve Patriæ & *immunitas Phi-*
loſophis illius gratia data longe aliud ſuadent ...
mili argumento, aliorum obſervantia, præ...
ob egregias ad quæſtiones reſponſiones co...
rium nimis manifeſte arguit: qui enim ad ...
ſtiones ita reſpondet: ſe nihil ſcire, neqve ...
re poſſe, quin nihil vere eſſe, is certe ἐξ...
curata ad quæſtiones non dat reſponſa. ...
fecto longe aliud ſuadent dogmata Pyrrho...
Admiſit, quod eſt extra controverſiam, *tranq-*
litatem mentis, honeſtatemqve, quin & omn...
rum extra nos exiſtentiam, licet in percept...
ejus ſæpius hallucinari intellectum aſſereret. Q...
omnia Scepticiſmo univerſali plane ſunt contr...
ria, & Antigoni relationem funditus evertunt.

Patet vero ex præmiſſis quoqve, quo modo

qua-

quare occaſione Pyrrhoni Scepticiſmi univerſalis nota fuit inuſta. Partim enim ignorantiæ, partim malitiæ opus hoc erat. Statuebat Pyrrho, ἀπάθειαν eſſe ſectandam, ideoqve etiam, qui externos ſenſus afficiunt, *dolores non eſſe curandos*, *ad indifferenter ſe habere debere virum ſapientem ad omnia, quæ ipſius mentem movere poſſent* : & huc omnia pertinent, quæ de illius ἀδιαφορίᾳ vel potius ἀπαθείᾳ referuntur. Cum huic doctrinæ accederet ἡ σκέψη, contra Dogmaticos imprimis adhibita, facile erat, ut ii, qui mentem ejus non curatius perſpexerant, in errorem ducerentur, & crederent, eum ἀδιαφορίαν illam ideo adhibere, quia nihil vere eſſe ſtatuat: ex quo rumore facile fuit, Pyrrhonem contra omnem veritatem Scepticiſmi univerſalis reum agere.

Accedebat vero Dogmaticorum Sophiſtarum malitia. Illuſit eorum captiunculis ſimulata ignorantia, eosqve omnium exponebat riſui & deſpectui Pyrrho; Quid miri, quod hiſce homuncionibus ſtomachus motus fuerit? Quid miri, quod injuriam a Pyrrhone, ut putabant, illatam, omni modo ultum iverint? Solet enim iſtud hominum genus, quod faſtu ac prætenſa vana eruditione ſeipſum Pædantiſmi reum agit, ita cum viris ſtrenuis agere, ſi ipſorum detexerint artes, ut omni niſu ſatagat, quomodo illis ſtultæ, abſurdæ, impiæqve hypotheſeos notam inurat. Accidit id etiam Pyrrhoni. Et cum ejus ſententiam de ἀπαθείᾳ & adhibenda σκέψῃ, vitamqve doctrinæ

conſentaneam ad id maxime compoſitas con-
rent, optata illis fuit occaſio, eum Scepticiſmi
niverſalis reum peragendi. Quæ accuſatio
poſteros delata, non potuit non altas figere ra-
ces, cum Pyrrhonis diſcipuli, ad vexandos Do-
maticos toti compoſiti, magiſtri ſententi
non ſolum defenderent, ſed ulterius forſan
tenderent. (22)

Puto, Vir Doctiſſime, ex deductis hac
corruere accuſationem Caryſtii, cui *vita, doct-
na, mores, famaque Pyrrhonis* omnino contra-
traria: patebit quoque facillima calumni
occaſio. Objici quidem quædam ex Laertio -
que Ariſtocle apud EUSEBIUM poſſent ſente-
tiæ meæ, quæ vero omnia vel Antigoni nitun
autoritate, quem Ariſtocles preſſo pede eſt ſe-
tus, odio inſuper adverſus Scepticos ductus, ide
non curanda: vel ex adductis facillime ſolvi
explicari poterunt. Annon vero *Scepticiſmum
particularem*, in ſpecie *moralem* foverit Pyrrho (23)
id in præſentia neque inveſtigabo neque nego;
ab univerſali ſaltem abſolvendus mihi videtur.
Et certe laudatiſſimum Philoſophiæ principi
præparans eſſe illud Carteſii: *de omnibus du-
tan-*

(22) vid. Laert. L. IX. Segm. 70. ſqq.

(23) vid. Magnif. D. BUDDEUS in diſſ. de
Scepticiſmo morali, in Anal. Hiſtoriæ Phil.
p. 209, ſq.

[...]ndum, apud ingenuos omnes in confeſſo eſt: [d]ucit enim *moderata dubitatio* ac Scepticiſmus ad [m]odeſtiam, (24) & efficaciſſimum eſt contra [a]uctoritatis & præcipitantiæ præjudicia antido[t]um.

Sunt hæc, Vir Ampliſſime atqve Doctiſſime, quæ de hac ſententia, quantum potui brevibus delineavi, & expoſui, ut ſcilicet aſſerti mei ratio conſtaret; a quo tamen alios diſſentire, & quemqve ſuo abundare ſenſu lubentiſſime patior. Ignoſces prolixiori calamo, quem tractanda materia requirebat, & quæ minus accurate dicta ſunt, boni conſules; aſſumendo vero favore atqve benevolentia, ut cœpiſti, me complecti perges.

(24) Unde cum laudat FRANCISC. MOTHÆUS VAYERIUS de virtut. paganor. Opp. T. V. p. 229. conf. Abbas FOUCHER in diſſ. de Philoſ. Academ. conf. qvoqve BAYLE in Dictionario Hiſtorico-Critico, qui multa ſententiam hanc illuſtrantia adfert.

Obſervatio CXII.

ſiſtens

Medicorum quorundam

VRATISLAVIENSIUM

modeſtám intimationem,

de

Adornandâ a ſe Collectione hiſtorica Eventuum physico-medicorum, ſingulis annis obtingentium.

§. 1.

NOvitatis Studium *Naturæ humanæ* non minus *coævum* videtur, ac ſenſuum ipſorum Exercitium. Hi enim, dum Rationi primatium perficiunt miniſterium, nullam aliam hujus ſuæ Efficaciæ neceſſitatem præſupponunt, niſi ut, quæ indeſinenter contingunt, rerum multiplicium incurſus, aucupentur intenti, id eſt, quid noviſſime eveniat, obſervent, colligant, & rationis dijudicationi vario offerant habitu atque ſchemate. §. 2.

§. 2.

Novum ergo non eſt Novitatis aucupium, ſed primis adeo *mundi Parentibus ſolenne*, ut eòs, niſi Omniſcientia perfecte polluiſſe credideris, indiſpenſabili neceſſitate, quæ in tanta rerum mundanarum alliciendiſſima varietate ignota ſibi fuerint, i. e. Nova, non minus obſervaſſe, quam iis inhiaſſe ſtatuere cogaris. Imo vero non ſpontanea ſolum Novitatis cupidine, in rerum ignotarum cognitionem raptum eſſe Adamum, ſed *DEO ipſò Manuductore* id negotii primitus ſubiiſſe, manifeſto *Scripturæ* Teſtimonio conſtat. Inter prima enim Ratiocinationis, juxta ſenſuum normam exercitæ, momenta, dum vocatis ad Adamum animalibus, exquirendam uxorem intendiſſe Numen vulgo putant, quid aliud hinc, quam in amabiliſſimæ Novitatis deſiderium, divino inſtinctu, concitum eſſe Adamum confici licet? Aut, ſi ſaniori Interpretationis filo, Adamus potius ſimpliciter in Rationis & Loquelæ exercitium, animantibus primo, tanquam genere ſibi inter omnia reliqua creata quammaxime paribus, applicandum invitatus

tatus credatur, quid, quæſo, hoc aliud, qu... longam Novitatis ſollicitudinem, vi ... mandati undiquaque probatiſſimam, ... ſpexiſſe videtur?

§. 3.

Corrupta poſt Lapſum Rationis ſe... Excellentia, cum *mala* undiquaque, ... nato etiam, irruerent, *Nova Remedia* ... tidem hiſce quæſituros Protoplaſtos, ... magis exſpectaſſe, quam exquiſiviſſ... Nova probabile exiſtit. Et ſi quam... me poſthac per omnem *Sethitarum* ... Coetus ſimplicis, & cum εὐλαβείᾳ pr... Societatem, in ſimpliciore Novit... Eventu conſtitiſſe *Experientiam* ſtatu... *Cainitis* tamen, ad corporearum ... lecebrarum ſecedentibus luxuriem, ... umque nihil refrenatorum irrequiet... minia cœco impetu ſubeuntibus, no... perpetuas Novitatum omnigenarum ... *ventiones*, imò *Sollicitudinem* obtin... tanto magis veroſimile eſt.

§. 4.

In utraque tandem ſeu Proborum ... Profanorum Republica, cum *adauctis* ... minum, in varios præcipue *ordines* ab...

tium,

ium, *cœtibus*, varii degenerationum, Infir-
mitatum, defectuum, calamitatum, alia-
rumque Neceſſitatum privatarum æque ac
publicarum increſcerent ac increbeſce-
rent Eventus, excitatis ubique Affectuum
ſtimulis, quis in Nova qualiacunque decli-
vium eſſe hominum non ſolum *agendi*,
ſed *ſciendi* etiam ſtudium negaverit. Præ-
cipue cum (ut videtur,) ex *Cultuum reli-
gioſorum*, profanorum quam maxime, In-
ſtitutis, illi, quibus devincire, aut fallere Re-
ligione mentes ſolis licitū aut conceſſum
erat, ſcientiarum variarum, primitus *theo-
logicarum*, poſthac *phyſicarum*, *aliarumque*,
fundamenta jeciſſent: Ubi quali per longa
illa, quibus ſoli religioſę relinquebantur,
otia, variarum Novitatum veræ & utili *In-
dagationi*, aut vanæ *fictioni*, tum in privatas
delectationes & uſus, tum in ludibrium
plebis, tum etiam in gratiam Principum
vacaverint, non difficile eſt præſumere:
Quod poſtmodum Novitatum ſtudium in-
ſectare atque producere alii quicunque, à
præcipue *Sapientiæ ſtudioſi*, in ſummas ar-
tium & ſcientiarum utilitates, laudabiliter
ſuſceperunt.

§. 5.

§. 5.

Sic per *omnes* poſthac *ætatum* Succesſiones magis indies excitata hominum cultiorum Ingenia, *Inventa*, ubi defecerint, ſupplere, aut ubi plane aberant, nova cumulare, aut ubi erraverint, corrigere, aut etiam ubi non opus erat, interdum frivole pervertere, undiq; Novitatibus ſtudere, nervos intendebant omnes. Donec ſub ſequentium aliquot ſeculorum *Socordia*, ubi per *literariæ* cœcitatis efficaciam, duce ſuperſtitionis ſtipite, inſcitiæ via incedere jus faſq; habebatur, nil niſi *antiqua Syſtemata*, indies in deterius detorta, tanquam unica veritatis oracula, citra famæ vitæque exitium adorare, nihilque quod Novitatis, quammaxime etiam utilis & neceſſariæ, vel leviſſimam ſpeciem exhiberet, effari, tacita primo ſuperſtitione, mox manifeſta lege cautum eſſet.

§. 6.

Tandem vero proxime *elapſis duobus abhinc ſeculis*, cum nova Novitatis & inveniendæ & propalandæ *rejuveneſceret* cupido atque libertas, indies Novorum novi inſoleſcebant rumores; ita ſane ut *antiqua*

etiam

etiam & antiquis perquam nota, ubi per diuturnæ Ignaviæ vim deperdita hactenus, aut memoria elapſa, ſed caſu tandem vel conſilio noviter reducta eſſent, *Novitatis inauditæ larvam* hinc inde pati cogerentur: quam iniquitatis inſimulationem nec ipſe verus Dei cultus, noviter reſtitutus, ſubterfugere potis erat. Tantus abhinc Novitatis undiquaque inſectandæ increſcebat ardor, ut non ſinguli homines, ſed ex innumeris fere ſingulis coëuntes, innumeræ magnæque SOCIETATES non Nova ſaltem, ſed Novorum ſelecta, rara atque curioſa, laudabili, imo operoſo, undique non magis obſervarent, quam inquirerent conatu.

§. 7.

Imo vero non indifferenti ſaltem tempore Nova fortuito prognata edocere ſatis erat; ſed ubi fere ad *nimietatis* usque maculam proveheretur Novitatis amor, ſtatutis temporum periodis, non ſingulorum tantum *annorum*, ſed *menſium*, *ſeptimanarum*, imo tandem *dierum*, pene etiam *horarum* inſoleſcebant Novorum evulgationes, ita ut de mole illarum, ſi non animos, tamen

tamen marſupia hinc inde conqueri in-
dias. Et revera etiam *Novationis* ...
tatem in eo *vitii* non levis ream jure ...
ris, quod neglecto poſthac antiquar...
communiumque veritatum cultu pr...
cendo, ob illius nimiam inſectation...
nimis frivole ab harum ſtudio deſti...
Novaturientium induſtria, nil, niſi q...
ſimpliciter novum, irrequieto ſemper...
petitu inhiantium.

§. 8.

Non immorari juvat omnis ge...
Neologiarum prolixæ recenſioni, cum...
dique Eruditorum pulpita, Bibliopol...
promptuaria, imo Veredorum quo...
cunque anguſta receptacula iſtaru...
crepent multitudine atque pondere. ...
ſaltem in rem tantiſper præſentem ...
non incongruum videtur, fuiſſe h...
qui *ſui quique ordinis Nova*, ...
omnino utilique Inſtituto evulgare ...
ſucceſſu operæ pretium duxerint. ...
enim *hebdomadarias Novorum præcip...*
liticorum Relationes, inventi jam long...
hinc tempore ſunt, qui quæ *Regnoru...*
tationes imprimis reſpiciunt, parti...

hibu...

buerunt connexa ſerie Recenſiones; inter Exterorum *Mercurii*, *Claves com-*[illegible]*ium Principum*, *&c.* Germanorum *Rela-*[illegible]*es* ita dictæ *Francofurtenſes*, *Famæ*, *Spe-*[illegible] *Statuum*, *Introductiones in hiſtoriam* [illegible]*iernam*, *Hiſtoria præſentis ſeculi*, & ſi-[illegible]ilia, principem facile tuentur locum. [illegible]*heologica* in ſpecie Nova, *Wittebergen-*[illegible]*um præcipue Relationes*, *Innocentes* dictæ, [illegible]ec minus *Halenſium* ex Orphanotrophio ſingulis menſibus emiſſæ ſic dictæ *Corre-ſpondentiæ MSCtæ*, proficua complectun-tur ubertate. Quæ *Medici*, Practico tan-[illegible]*iſper* utiliſſimo filo, exhibuerunt Nova, morborum nempe & Curationum, vel in-dividualium ſelectarum, vel de anno in an-num, ἐπιδημίως hinc inde obſervatarum, expoſitiones, ea in *Academiæ Naturæ Cu-rioſorum Miſcellaneis*; in ſpecie Conſtitu-tionis Epidemiæ *Vratislaviæ*, per aliquot annos ſolennis, in *Curioſorum* hujus Loci, HELWIGIANA præcipue Directione erudite concepta *Hiſtoria*; *Labaci* in *Chro-nologia medica* GERBEZII, *Stutgardiæ* [illegible] ROSINI LENTILII *Eteodromo*, [illegible] aliorumque conatus huc collimiantes,

grata ſemper veneratur Reſpublica medi[c]
devotione. *Literarii* in genere fori Nov[a]
præter luxuriantem *Relationum menſtru*-
rum meſſem, novo nuper auſu ſpecialiſſi-
me *Lipſienſes quidam Eruditorum Prim*-
cerii, hebdomadatim ſiſtere cum com-
muni orbis applauſu ſuſceperunt. Sol[a]
ut fere videtur, *Res phyſica*, aut *phyſico-me*-
dica, juxta totum ſui ambitum, in explicit[a]
& ſerietenus ordinata Novorum *annuatim*
obtingentium omnis generis enarratione &
connexione *deficere* apparet. Quam enim
integras SOCIETATES ILLVSTRES,
præter *Exteras*, indigenas, *Cæſareo-Impe*-
rialem Curioſorum, *Regiam Berolinenſem*,
&c. evulgare juvit Novorum farraginem,
quamvis præſentis æque ac futuri ſeculi
longe transſcendant laudes; tamen cum
„individualibus ſaltem vacent indifferen-
„tis fere temporis Obſervationibus, iisque
„curioſis & ſelectis, domeſticumque ſin-
„gulorum annorum Proventum Eventu-
„um medico-phyſicorum, communium
„etiam qualiumcunque, ſuis exhibitum
„claſſibus, non æque ordinarie reſpiciant,
proinde eas hiſce Intentionibus, uti non

dica-

dicatas, ita nec aſſimilatas, licet in ſe multum excellentiores, eſſe, quilibet facile aſſeruerit. Quali, noſtro ſcopo ſimile quid utiliter, ſed non niſi per Fragmenta quædam, moliri animadvertas, inter alia, ita dicta *Extracta Novellarum Coburgenſia*, Coburgiſche Zeitungs-Extracta, a duobus hactenus annis, quod meminimus, in forma octava publicata, ubi ſingulis fere menſibus aliquot Nova phyſico-medica breviter annexa leguntur.

§. 9.

Cum enim rerum naturalium ſimul & medicarum, quotidie contingentium, tanta ſit *amplitudo*, ut ſi Politicarum viciſſitudinum non ſuperent, tamen ex omni parte ſufficientiſſime æquent copiam; quorum tamen maxima pars, aut cognitionem orbis ſubterfugit, aut ea obiter commonefacta repente iterum excidit, aut eandem ordinatam & connexam neutiquam format, ea de cauſa ſcilicet, quod non niſi per Fragmenta hinc inde Eventus tales atque Incrementa rei phyſico-medicæ percenſeantur, ſummo demum labore adhibito, aut nunquam, perfecto alicui reſti-

tuendi ordini & connexioni: Eapropter non leve operæ pretium facturi videntur qui, quæ *ſingulis annis obtingunt in re phyſico-medica Nova, ſupra- & infra-lunaria* in Incrementum ſcientiarum naturalium, uno ſiſtere niterentur ſchemate, ſuis perpetuo claſſibus partito; nullæ unquam Societatum phyſico-medicarum infeſto, contrario, aut moleſto, ſed ſi non velificante, tamen ex omni parte ſubordinato; ita quidem, ut quæ in rem præſentem ab iſtis deprehendantur acta & annotata, ex iisdem in hoc modeſte mutuentur, & ad ſuas redigantur claſſes, ſtylo, ordine & amplitudine, Intentioni præfixæ conformi. Proinde ut conſtet, quod animus eſt, Collectionem hancce Eventuum phyſico-medicorum ſingulis annis ſolennium, ſequentibus abſolvere *claſſibus* conveniens eſſe ſtatuimus:

I. Ut ante omnia EPIDEMIÆ AERIS CONSTITUTIONES, per ſingulos annos, univerſalius & toto ſui complexu, in pluribus Provinciis & plagis, junctim, ſed connexe exponantur, ita quidem ut de uno aut duo-

duobus locis per ſingulos dies; de reliquis autem regnis & Provinciis, quo pertingere licet, per potiorum mutationum vel æqualium, vel diſparium Paralleliſmum perpetuum obſervationes inſtituantur meteorologicæ, methodo vel *Cockio-Sluteriano-Stahliana*, vel alia qualicunque, magis tamen ubique hiſtorice.

II. Ut Eventuum morbosorum in omni animalium genere, juxta aëris ſtatus & aliarum communium cauſarum effectrices virtutes, percenſeantur ſpecies, hiſtorico pariter, & ſummario, per potiora ſaltem capita magis, quam ætiologico ſpeciali, filo, addito curationis per populorum & Climatis diverſitatem uſu differenti, ſed generaliori.

III. Ut Annonæ omnis, vel primarii ſaltem generis in plurimis regionibus ſiſtatur Proventus, cujus tum juxta accretionis tempus, tum juxta bonitatem, tum juxta abundantiam vel defectum, tum juxta cauſas, hiſtoricas ſaltem, dijudicanda foret diverſitas.

IV. Ut Eventus individuales

PHYSICO-MEDICI, quam maxime univerſaliores & publici, de anno in annum obtingentes, certis exhibeantur claſſibus juxta ſuum quilibet tempus: & quidem (*a*) PHYSICI, tum in *firmamento*, circa aſtrorum novas facies; tum in *aëre*, circa tempeſtatum, procellarum, grandinum, tonitruum, imbrium, nivium, rubiginis, &c. meteororumque aliorum, it. inſectorum gregarim irruentium, particulares notabiles vias, ſucceſſus, & indolem: Tum in *terra marique*, circa montium incendia, & ruinas, terræmotus & hiatus, marium phænomena, fluminum exundationes, fontium medicatorum aliorumque ortum diverſumque habitum, metallifodinarum & ſubterraneorum quorumcunque novitates &c. (*b*) MEDICI, e.g. circa notabiles partus, circa morborum novas ſpecies, circa veneficia, intoxicationes, &c. circa natorum mortuorumque in variis locis de anno in annum numerum, circa corporis artuumque exercitationes atque artificia ſingularia, circa monſtrorum indoles peculiares, circa μακροβίων exempla memorabilia, &c.

V.U.

V. Ut INVENTA, horumque meliorationes & ſucceſſus recenſeantur, quolibet anno producta, (A) in *rebus medicis*, e. g. Inventa anatomica, pathologica, novæ methodi curandi, nova medicamenta, it. botanica, chymica, &c. (B) In *rebus phyſicis* & *phyſico-mathematicis*: (C) In *rebus mechanicis* & *operariis* quibuscunque, ac (D) *œconomicis*, ſed non niſi naturalibus; omnia juxta primaria Autoris, indolis, ſucceſſusque momenta exponenda.

VI. Tandem ut in SUPPLEMENTI vicem addantur, per modum ſaltem indicis, Societatum phyſico-medicarum mutationes, ſcriptorumque in præſentes ſcopos collimantium publicationes, controverſiæ, Sancita medica, & quæ ſunt alia, eventuum phyſico-medicorum ambitum quoquo modo ingredientia.

§. 10.

Apparet ex hac cuilibet adumbratione, præſentis inſtituti rationem verſari non, niſi 1.) in hiſtorica collectione *novorum phyſico-medicorum*, 2.) maximam partem *univerſalium*; 3.) juxta *ſingulorum annorum*

 ſeri-

ſeriem, 4.) non in uno aliquo regno, ſed *in toto rerum univerſo* quaquaverſum geſtorum & contingentium, 5.) non ordinarie rarorum & ſelectorum, ſed *communium* quammaxime qualiumcunque, vulgaritate tamen ſua neglectorum, 6.) ſuis quorumlibet *claſſibus* & connexioni adjudicatorum ordinatorumque. Quibus ipſis ſane conditionibus palam eſſe apparet, *diverſitate* non levi conſpicuas eſſe præſentes intentiones ab Actis, Transactionibus, Ephemeridibus, Miſcellaneis, &c. medico-phyſicis quibuscunque, literato hactenus orbi incomparabili expoſitis emolumento, & quibus ipſis longisſime inferiora eſſe Nova iſta molimina, lubentisſime profitentur, quicunque hæc ſuſtinent vel ſuſtinebunt Literati, *Numero Ternario* nunc quidem utique incluſi, ſed poſthac non ordinarie & ſemper unice includendi; juxta quem quidem numerum NOVA LITERARIA LIPSIENSIA hujus anni No. 35. p. 250. inſtitutum noſtrum, *præter ſpem noſtram atque voluntatem* publice intimare cœperunt; quo ipſo vero Sciagraphiæ hujus publicationem citius, quam animus erat, provocatam

eſſe,

ſſe, non inviti fatemur. Hac ipſa tamen
ſimul occaſione Collecturi publice profi-
entur, Inſtituto huic ſuo appellationem
Ephemeridum medicarum dandam non eſſe.
Quamvis enim, cum anniverſaria eſſe, ex
parte etiam per dies ordinate procedere
debeat præſens ſylloge, Ephemeridum
non plane indigna eſſe poſſit titulo, nec
exempla alia, e. g. Oxonienſium, Floren-
tinorum, &c. deſint, ſuis arrogantia idem
nomen collectionibus temporariis: Ta-
men cum omni ſtudio *cavere* præſumant
Collecturi, aut glorioſum & proprium alio-
rum, ſuis tentatiunculis, in fuci forſan effi-
caciam, mutuare & induere habitum, aut
falcem in aliorum immittere ſegetem, aut
novo auſu doctiorum antiquare labores
laudatisſimos, facile hinc, non ſuo id ſibi
nominis datum eſſe *conſilio*, eſt conjicere.
Quali modo nec id de ſe credi ab initio
collecturi intenderunt, quaſi qui colligere
habent animum, eundem etiam *collecta*
ſtatim publici juris facere habuerint: cum
primus fuerit Proponentis & Conſentien-
tium ſcopus, iſta *privato antea tentare ex-
perimento*, poſthac vero ſi ſucceſſerit id, &

 amici

Amici exteri etiam ſymbolum adjicere ſuſtineant, (ſi quidem res certe aliorum ſuccenturiantes expoſcit operas,) convaſata omnia & coordinata, tandem aliquando, ſi digna luce videantur, eidem exponere velle. Cui fini congruum jam eſſe judicarunt, maturata Propoſiti ſciagraphia *aliorum partim intercipere*, partim *ſubolfacere judicia*, &, ſi conſentientia ea deprehendant, expetere poſthac conſilia & auxilia: Cum, quæ pertingere ad ipſos humaniter velint, ea, ſi alia non ſuppetat via, per manus Dn. MICH. HUBERTI, Bibliopolæ Vratiſlavienſis, iisdem ſub titulo: *Autorum collectionis Novorum medico-phyſicorum annuorum*, exhiberi grave non fuerit.

§. II.

De *utilitate & fructu* hujuſce qualiscunque Collectionis non eſt, ut facile quis metuat; cum, quod in rem medicam pariter ac phyſicam exinde derivari poſſit emolumentum, facile quivis prævideriт. Ita enim, ut pauca tangamus, (1.) proſtaret hoc modo *promptuarium primariorum Eventuum phyſico-medicorum*, de anno in annum obtin-

obtingentium, ſparſim quidem hinc inde conſignatorum, ſed eo ipſo, quod diſperſi ſunt, paucorum collectim ſubeuntium notitiam, aut ea facile iterum cadentium: (2.) *Augmenta ſcientiarum artiumque naturalium* annuatim cognoſcerentur: (3.) *Inventa*, hinc inde muſſitata, in ſpem & eventum exquiſitionis experimenti culturæque innoteſcerent: (4.) *Novitatum variarum fucus* detergeretur: (5.) *Ætiologiarum* multarum conficerentur ubera documenta aut confutationes: (6). In ſpecie *conſtitutionum epidemiarum*, tum phyſicarum, tum medicarum diſpaleſceret in univerſum magis indoles: (7.) *Rei agreſtis etiam annonæque* ſcientia ſua melius firmaretur certitudine: & quæ ſunt alia non magis prædicenda, quam exſpectanda hujus moliminis emolumenta æque ac oblectamenta.

§. 12.

Nil ſupereſt, niſi ut, *qua ratione Collectionis abſolvere animus ſit negotium*, demonſtretur. Cum nempe *Collectionis* ut titulo, ſic jure gaudere illud præſumat, ex quibuslibet reperibilium materiarum fontibus

can-

eandem haurire fas erit. Hinc quæ Societatum & Collegiorum illuſtrium combinati labores & acta ſparſim in hos fines obſervata, non quidem transſcribenda funditus, ſed indicanda, & ſi quid ſit, ſupplenda aut explicanda: quæ *Diariorum*, ut audiunt, *Literariorum* huc facientia Fragmenta: quæ *Novorum Literariorum* æque ac *publicorum politicorum* quorumcunqve ſuggeſtiones: quæ deniqve *propriæ qualescunqve obſervationes* & *molitiones*, rerum talium noviter accidentium factarumqve exhibent momenta, diligenter colligere, collecta diſcernere, diſcreta ordinare, & ſi quid forte congruum ſit, explicationis ergo addere conveniens eſto. Primario vero cum multa requirantur, quæ non caſu reperta, ſed deſtinato conquirenda conſilio ſcopos plurimos exhauriant, inter alia etiam, quæ Meteorologici & combinati negotii totum ambitum tangunt, facile eſt prævidere, in rem noſtram Exterorum *exoranda eſſe ſubſidia*. Proinde neceſſarium foret, ex variis hinc inde terris, civitatibus præcipue inſignioribus, a viris,

viris, rerum, rationis, officiiqve charitatis ſatagentibus, ea quæ ſcopos hos feriant, per literas expetere: ea quidem ratione, ut *qui ſymbolum ſtatum & ordinarium* huic collectioni conferre, pariqve cum nobis jure eandem perficere non dedignentur, illi ipſi literarum communione cum viris peritis in proximioribus quibusdam ſibi terris defungi non recuſent: quorum etiam, ſi volupe ſit, nomina ubiqve honorifice eſſent allegandæ, ipſorum vero mens per literas familiares, ad nos datas, penitus exponenda.

§. 13.

Hac quidem ratione in noſtros fines inquirenda & transſcribenda eſſent, *Conſtitutio epidemia* aëris, juxta evidentes ſui viciſſitudines; *morborum*, juxta easdem vices, manifeſta, diſtincta, & adæquata adnotatio, tum in *homine* præcipue, tum in omni *brutorum* genere; *proventus annuus* frugum fructuumqve, eorumqve conſtitutio, bonitas, labes, impeditio, &c. habita ſemper climatis terræqve ratione; *inventorum* autores, indolos, ſucceſſus, &c. & quæ ſunt alia;

alia, juxta illas ſupra §. 9. allegatas ador-nanda claſſes. Nec tamen (quod explicite denuo indigitare verbis opus eſt,) rara ubi-qve & ſingularia ſolum, ſed *communia ſimul & trita* rei phyſicæ deſideramus momenta & obſervata, in ordine ad allegatos ſcopos, ſeclusis tamen neutiquam obtingentibus etiam rarioribus: Nec ſpecioſo ſtyli alicu-jus ſplendore, aut alia orationis ærumnoſa concinnitate transſcribenda deſideramus, ſed *epiſtolari ſimplicitate ac veritate* rerum ſaltem farraginem, ſuo naturali ordine, connexione, & ſpecie conſpicuam; verbo: quæcunqve in iſtos ſcopos comperiri lici-tum ſit, *Facta & Eventus in tota hac rerum univerſitate phyſici & medici argumenti, juxta ſingulorum annorum decurſum*, debita obſervantia exoptamus.

§. 14.

Iſta hæc ſucciſivis horis colligere, quo-rundam Vratislaviæ, alibiqve degen-tium Litteratorum, *medicorum* quidem, poſthac vero fortean etiam *aliorum*, neuti-quam tamen *collegialis* neceſſitatis vincu-

lo,

lo, ſed *familiari collaborandi libertate* conſpirantium, ſubiit animum: Qui tamen, ſi ſors abhinc aliquando collecta edere uluerit, non omnia claſſium citatarum momenta penitus & ſemper exhauſturos, ſed eventus, quotquot comperiri datum ſit, juxta eorundem normam & indicem ordinaturos ſe pollicentur atqve prædicunt. Spes interim ipſos alit, fore ut, quemadmodum verus ipſorum, in tanta rerum naturalium ubertate & varietate, ſubſidialibus quibuscunqve officiis in cognoſcentium teneri compendium, eſt ſcopus; ita ſi fortaſſe *non actus*, tamen *res*, ad minimum *intentio* æqui boniq; conſulatur: de hac quod ſperant, fieri credunt: de re, placere & placituram eſſe, ſciunt; de actu, quæ diſpliceant, ſcire exſpectant, labores ſuos ſcopo & voluntati meliùs inſtruentium pares perenniter formaturi.

Obſer-

Obſervatio CXIII.

M. GEORGII FRI-RICHTERI,

Facult. Philoſoph. Lipſienſ. Aſſeſ...

de eo,

quod in Matheſi *geometrice* & quod *mechanice* fieri perhibetur.

VSitatiſſima inter Mathematicos ... ut diſtinguant constructiones ... blematum *Mechanicas* a prole... *metricis*, negentque has ſemper in potest... ubi illæ ſuppetant. Quæ diſtinctio, ... mihi expedita videatur, id primum in cauſa ... quod qua ratione ullum problema non ... *nice*, hoc eſt, ſine machinis inſtrument... ſtrui reapſe queat, haut ſatisperſpiciam. ... vis enim dicas, illud demum nunc ... *mechanicum* eſſe, quod per vera, vſitata, ... inſtrumenta, ideoqve non ea cum accur... conficiatur, quæ Geometrarum imaginatio... ſpondeat, *geometricum* vero, quod per inſtru... ta cogitatione ficta fieri exactiſſime concip... hoc igitur quamvis dicas, neutiquam tamen ... conficies. nam ejusmodi conſtructiones *g*... *trica*, cum mera abſolvantur contemplatio...

theoria, mera erunt theoremata: porroqve iſto modo non alio unius ejusdemqve problematis conſtructio debebit *mechanica* conſtitui, alia *geometrica*, ſed eadem tum *mechanica* extra intellectum, tum intus *geometrica*, quandoquidem nullum non inſtrumentum fingi accuratiſſimum poteſt.

Similiter fere occurram, ſi contendas, ad problema *geometrice* ſolvendum nullo prorſus opus inſtrumento eſſe, lineamqve (verbi cauſſa) *geometrice* duci, dum aliud verſus aliud punctum via breviſſima progredi concipiatur: nam & ita a theoremate problema parum diſtingues, & cuncta conſtruere problemata *geometrice* poteris, quæ potes *mechanice*, per certos videlicet motus punctorum, linearum, ſuperficierum, imaginatione decenter fictos. At enim conveniſſe in eo antiqui Mathematici videntur, ut regulam & circinum e numero inſtrumentorum eximerent, vel hæc una ex omnibus perfectiſſima ponerent, vel deniqve ſolos circulos & rectas penitus ſine inſtrumentis generatos perfectiſſimosqve conciperent; idqve eos ob ſimplicitatem rectæ & circuli facere crederem, ſi ubivis paullo majorem ſimplicitatem ſcrupuloſe conſectarentur, neqve ipſi potius complures problematum conſtructiones *geometricas* numerarent, a *mechanicis* ſimplicitate plurimum ſuperatas.

Quidquid eſt, cum recentioribus licuit, præter rectas & circulos, omnes illas atqve adeo infini-

torum generum curvas *geometrica* civitate donare, quarum ſingula puncta per rectas & circulos determinantur, tum vero non minus fas eſſe videtur, præter regulam & circinum, omnia illa in *geometriam* recipere inſtrumenta, quorum ſingulæ partes regulæ ſunt ac circini, vel, ſi mavis, meræ lineæ rectæ & circuli, quin aliæ etiam curvæ, geometrice determinatæ atqve invicem junctæ.

Sed ut hoc omittam, cur, obſecro, ſi rectæ & circuli ſunt accuratiſſimi concipiendi, ob eamqve rem quod eorum ope conſtruitur *geometrice* conſtructum habetur, cur, inquam, tot tantiqve his inprimis temporibus Geometræ adeo ſoliciti fuerunt, ut methodum invenirent, curvarum tangentes *geometrice* determinandi? qua jam methodo nihilo magis videtur opus eſſe quam rectas vel ducendi vel continuandi. Quid enim? annon diu demonſtratum eſt, & res ipſa docet, plures quidem rectas ſecantes, ſed unam tangentem per curvæ quodlibet punctum duci poſſe? quamvis igitur alias ſemper duo requirantur puncta, ut recta poſitione detur, tamen ad tangentem curvæ determinandam unum ſufficere palam eſt. Namqve non magna ſolum, ſed vel minima quæqve ſectio, in curvis ope circulorum & rectarum talium quales perhibentur deſcriptis, obſervari atqve ita etiam caveri, hoc eſt, tangens exactiſſime duci, idqve ſine omni methodo, poteſt. accedit, quod, magno Mathematicorum conſenſu, re-


vera nihil aliud tangens curuæ eſt, quam latus e-jus infinite parvum continuatum: at, lineam re-ctam ſine peculiari artificio continuari *geometri-ce* poſſe, ſumunt Geometræ omnes & inter po-ſtulata ſcribunt ſua. cave autem dicas, latus infi-nite parvum, ob illam ipſam parvitatem, a ceteris non poſſe internoſci, atqve ita nec continuari; loquimur enim de curvis imaginariis ſeu *geome-tricis*, quæ per infinita puncta, non ſolum perfe-ctiſſimarum ope rectarum & circulorum, ſed acu-tiſſimorum etiam oculorum auxilio deſcriptæ concipiuntur. omnia itaqve problemata, quo-rum ad ſolutionem poſitura tangentis in cer-to curvæ puncto requiritur, quale eſt illud de dimenſione circuli, perfectiſſime hoc pacto & plane *geometrice* poterunt ſolui, vel potius jam diu erunt ſoluta atque expedita.

Ceterum non illud modo quod aliis fit inſtru-mentis quam circino & norma, ſed etiam quod his ipſis quidem, aſt tentando, conficitur, voca-ri a plerisqve *mechanicum* non ſum neſcius; ve-rum hic quoqve in promptu habeo quod mone-am. Sunt multæ problematum conſtructiones, quæ eodem ut hujusmodi *mechanica* nituntur fundamento, neque ab his ulla fere re niſi amba-gibus, conſtantiam quandam præ ſe ferentibus, differunt, & hæ maxime nihilo ſecius reputari *geometrica* ſolent.

Si, circino prout viſum fuit aperto, ex amba-bus lineæ rectæ extremitatibus, ut centris, inter-

ſectiones ſunt, ac poſtea (niſi hæ in idem rectæ punctum mox incidant) aliæ atqve aliæ, circino prout res poſtulat paullo magis vel aperto vel clauſo, iſta *mechanice* dicitur biſecta linea, ut inter omnes conſtat: quod ſi vero circini apertura primum concipitur infinite parva, dein portione infinite parva major, poſt rurſus tali portiuncula major, & ita porro, hacqve ratione ex utraqve lineæ extremitate continuæ fieri interſectiones intelliguntur, usqve dum punctum determinetur medium, eadem linea dicenda erit *geometrice* biſecta. hoc exemplum in monumentis Geometrarum non reperiri ſcio: interim haut alienum eſſe facile dabit, qui conſtructiones problematum per curvas paullo diligentius perpendet. Sit datus quivis angulus rectilineus ABC, & punctum quodcunqve extra illum D: ex hoc per illius crura ita ducenda eſt recta DEF, uti ejus pars EF anguli cruribus comprehenſa fit æqualis lineæ datæ X. quod ſi primum prout videtur duco lineam *Def*, &, facta *ef* = X, reperio punctum *f* extra vel intra anguli crus BA cadere, proptereaqve aliam duco, &, hujus quoqve puncto *f* in rectam BA haut incidente, rurſus aliam, atqve ita porro: hac ratione propoſitum problema tentando, id eſt, *mechanice* ſolviſſe dicor. Si vero ex D ordine ductas imaginor infinitas rectas *Def* infinite propinquas, & in ſingulis partem *ef* factam concipio = X, hoc eſt, ſi imaginatione per infinita puncta *f* conchoïdem ducos an-

nguli crus AB in aliquo puncto ſecantem, roblemati perhibeor *geometrice* ſatisfeciſſe.



quemadmodum vero cum Conchoide, ita cum aliis fere omnibus comparatum curvis eſſe, ubi ad ſimiles deſtinantur uſus, tum cuncta problemata, quæ tentando conſtrui *mechanice* ſolent, poſſe eadem *geometrice* haut difficulter ſolvi, nihil attinet explicare longius: nam diligenter attendens rem totam non poteſt non penitus pervidere.

Obſervatio CXIV.

GEORG. GVILIELM. de REIBNITZ, Equ. Sil. inf.

exhibens

Vindicias Poëſeos Sileſiorum.

§. 1.

EMinet facile inter cætera politioris doctrinæ momenta alma Poëſis, quæ ipſius ſuavitate, & utilitate tam summorum Principum, quas orbis habet, quam omnium Nationum ſe inſinuat amori.

§. 2. Illud ut evincam, ad antiquiſſima recurro Tempora. Primi ſiquidem gallorum & germanorum *Bardos Druidasque* illos, quos TACITUS aliique referunt ad compilandam rerum ſuarum Hiſtoriam habebant ad manus, quorum opera quod abſtruſa antiquitas nobis non fecerit copiam meo quidem judicio, ſi notitiam interdum exceperis hiſtoricam, & Philologicam, vix dolendum eſt. Recentiori ævo, reſtaurato per *Francos* occidentali Imperio, Germani-

nica Poëſis ab ipſo CAROLO M. reſtauri & coli cœpit, confer teſtes hanc in rem Eginhardi vitam Caroli M. una cum *Beato Rhenano*, & *Alberto Crantzio*. Quinimo erat Aula FRIDERICI I. Imp. Rom. nihil niſi palæſtra poëtarum, ubi nobiles imprimis ad Poëſeos adſpirabant laudem, quorum Poëtarum Nomina nobis ſunt relicta, paucorum Scripta. Inclaruere inter cæteros WERNERUS de TüFFEN, qvi Expeditionem Imperatoris contra Saladinum fertur verſibus delineaviſſe, WOLFRAM von Eſchenbach, Heinrich von Effterdingen aliiq;. WOLF DIETRICH, Autor Opuſculi, editi Anno 1616. Frſti von dem Garten zu Worms von dem Könige Laurin, und ſeinem Roſengarten, HEN. FRAUENLOB &c. Quid? quod Clementiſſimum olim meum Monarcham glorioſiſſimæ recordationis Divum nempe LEOPOLDUM, verſus non amaſſe ſolum, verum & ipſum compoſuiſſe, in vulgus conſtat.

§. 3. Hinc inde hoc laudabili egregioq; Principum inſtituto incenſæ veluti cunctæ Nationes in id omni animo, cura atq; propenſione ferebantur, quo quævis inter cæteras in hoc emineret ſtudio Gentes.

§. 4. Difficilis ſane, utri inter tot totius Europæ Nationes palma atque lampas tradenda ſit, lis oritur. Me quidem judice, ſi dicendum, quod res eſt, hucdum Gallis & Italis nemo Germanorum hoc in ſtudio comparandus, nedum æquiparandus fuit, quamvis probe ſciam, Excellen-

tiſſimum in Academia Julia KOCHIUM Anno 1715 conſcripſiſſe diſputationem de præſtantia quadam Poëſeos Germanicæ præ Gallica & Italica. Ad hanc opinionem quod deferar, ne mireris, benevole lector, quod Italos etiam illuſtrioribus accenſeam Poëtis, permovit me potiſſimum MARINI illius celeberrimi Itali opus poëticum de *Nece infantum Bethlehemiticorum*, quod nuper admodum mihi in manus incidit, cum antea Gallis ſolis hanc laudem potiſſimum deberi cum multis doctioribus ratus ſim.

§. 5. Difficilior ſane inter ipſos Germanos de maximis in Poëſin meritis exoritur cauſa, dum tot nobis toties obveniant opera & opuſcula Poëtica, ut ea vel librorum etiam copiam ſuperare facile videantur. Nolo tamen hanc litem meam facere, cui præcipua laus inter Germanos in Poëſi ſit vindicanda, ne ſi cum plurimis ſapientioribus Sileſiis vindicarem, in favorem Civium meorum loqui videar. In qualibet potius Germaniæ parte æque atque in Sileſia egregios Poëtas latere firmiter mihi perſvaſum habeo, habeboque.

§. 6. Viſus tamen eſt inter alios etiam noſtratibus hanc prærogativam adſcribere voluiſſe DN. D. HUNOLDUS, in elegantiſſimo ſub ficto *Menantis* nomine Opere edito * von der neuſten Art zur reinen und galanten Poëſie zu gelangen. Cum vero non ſolum hæc ejus aſſertio

ſere ſimulata, atque præcipue univerſæ huic materiæ ubi inesſe videantur, hæc paucis hic in medium profero.

§. 7. Aſſerit inter alia Celeberr. Autor, *uti omnes Sileſios in ſuis verſibus ſtylo magnifico*, quinimo addere ipſi placet, *quod in omnibus Sileſiorum operibus poëticis, quantumcunque illa etiam ſint vilia futiliaque, nihilo ſecius aliquid ſingulare, & præcipuum inveniendum ſit.* Contradictio hic maxima ſe exerit: eo ipſo enim dum alicui verſum aliquem adeo vilem, imo abſurdum delineo, alter nihil præcipue illi ineſſe ſibi procul dubio imaginabitur, cum firmiter credam, eo ipſo verſum laudem ſuam omni jure mereri, taliaque prædicata ultro declinare, dum præcipuum aliquid & ſingulare in illo reperitur. *vid. Dn. Aut. C. IX. Tb. 42.*

§. 8. Inter Poëtas Sileſiorum, quos adducit Clarisſimus Autor, porro mentionem injicit HALMANNI, ignobilioris quidem, quod mihi videtur, Poëtae. Interim quicquid ſit de eo, comparatio tamen ea, quam Autor *inter Halmannum*, atque Alexandri M. Poëtam *Choerilum* inſtituit, nonniſi injuria, omni fundamento deſtituta, mihi eſſe videtur, neque Auctorem ſatis ponderaviſſe reor, an omnes quos faſciculus ejus continet verſus omni exceptione ſint majores *vid. Aut. C. IX. Tb. 43.*

§. 9. Confero me ad præcipuum, quod mihi apparet, dubium argumentum; Illud equidem,

dem, quod Dn. Autori *Dialectus Miſenica omnium optima* videtur, ex ſupra citatis cauſis attinge[illegible] minime placet; Illud potius meum facio, qu[illegible] arbitretur, *Sileſios dirigere ſuum loquendi modum juxta Saxones*, id quod nego atque pernego, du[illegible] plici potiſſimum ex argumento; Primo enim poſito, hucdum vero nondum conceſſo, Saxonibus laudem optimæ in lingva nobis vernacula dialecti jure ſuo deberi, illud tamen nemo mihi unquam perſvadere poterit, Sileſios juxta eos ſuam dirigere dialectum, quoniam procul dubio ſibi turpe fore exiſtimarent, illos in ea re imitari, quos ſe longiſſime ſuperare, aut plane ad minimum æquiparare ſibi perſvaſum habent.

§. 10. Secundo ipſa praxis demonſtrat, hanc Domini Autoris Theſin infirmo nimis inniti talo, quia nemo unquam omnium Sileſiorum in ſua Poëſi Rythmis Saxonibus uſitatis & familiaribus utitur. Non enim confundunt noſtrates ſive E. *apertum cum obſcuriori*, ita, ut gehen, & ſehen, videre, geſchehen, und vergehen, flehen & ſtehen ceu rythmos in ſuis adhibeant verſibus; *neque confundunt Acutum cum Circumflexo*, ſic ut v. g. Bach, & nach/ pro rythmis utantur. Porro *nunquam commiſcebunt literas denſas cum mollibus, neque tenues cum aſpiratis*. Illud facerent, ſi v. g. Pforten, & Orden hoc vero ſi ſtreichen, & ſäugen, bleichen & zeigen rythmis uterentur. *Nec confundunt u cum o*, ita, ut v. gr. Huld & Gold, Luſt & Koſt pro terminis adhibeant ver-

verſuum. Non enim, ut Saxones, *ch.* & *g.* *e apertum cum obſcuro, vel acutum cum circumflexo uno eodemque pronunciabunt modo*, quæ omnia in Saxonum ſermonibus ligatis & non ligatis catervatim reperiuntur.

§. 11. Poſſem, niſi tempus brevius extaret, aliisque me diſtrictum viderem negotiis, ex illuſtrioribus Saxonum Poëtis hæc omnia per exempla ad oculum demonſtrare, id quod tamen inpoſterum me facturum ſancte promitto. Interim hoc ſciat B. L. velim, me hæc omnia non propria inventione Saxonibus imputare, ſed in iisdem reperiiſſe. Neque una vel altera vice uſurpati *rythmi Hofmanſwaldaici* ſinnen & können regulam mihi univerſalem de tota Sileſiorum natione, iisdem erroribus imbuta, mihi efficiunt. Siquidem nunquam in Sileſiacis Poëtis dignioribus erores tales occurrent, niſi Emphaſis ſingularis in verſu lateat, quæ, ſi alius adhibitus fuiſſet Rythmus, evaneſceret.

* Hujus ingenioſisſimi ſcripti Menantei genuinum Autorem eſſe Summe-Reverendum Præſulem Hamburgenſem, ERDMANNUM NEUMEISTERUM, inter omnes conſtat. De cætero optandum, ut exaſciatiſſimus *Celeb.* DN. ECKHARDI Commentarius de *Veterum Germanorum Poëtis* lucem publicam proxime aſpiceret.

Obſer-

Obſervatio CXV.

GEORGII SERPILII

Eccleſ. Ratisbonenſ. Superintendentis,

ſiſtens

inquiſitionem

in vocem

Ananiſabta.

§. 1.

Rogabar nuper a quodam primariæ dignitatis Viro, ut, quis ſenſus adjectæ Inſcriptionis eſſet, ſibi explicarem: eum ſuæ religioni addictos fruſtra hactenus in conſilium hac de re adhibuerit. Haberi illam in cruce quadam metallica, quam ipſe poſſideat, cuique re vera *de ligno S. Crucis particula* quædam incluſa ſit.

THETRAIAMATHON

INANA SABTA

§. 2.

§. 2. Mirari ſubibat, unde hæc ad eum de Cruce Chriſti particula devenerit. Licet enim GRETSERUS in ſpiſſo ſuo de *Cruce Chriſti* volumine, BELLARMINUS item & alii multa de inventa ab Helena S. Cruce vulgaverint: GELASIUS tamen, Papa, *D. XV. Cap. I. de S. Romana Eccleſia* parum illis fidei tribuit: *Scripta,* inquiens, *de inventione S. Crucis Dominicæ, & alia ſcripta de inventione Capitis B. Joh. Baptiſtæ, novellæ quædam revelationes* (alii relationes legunt) *ſunt, & nonnulli eas Catholici legunt. Sed cum hæc ad Catholicorum manus pervenerint, B. Pauli Apoſtoli ſententia præcedat: Omnia probate, quod bonum eſt, tenete.*

§. 2. Neque video, quomodo illorum traditio cum illis Eccleſiæ primitivæ Patribus conciliari queat, qui, Crucem Chriſti ſtatim poſt glorioſisſimam ejus reſurrectionem in cœlum translatam, & in judicio extremo omnibus denuo apparituram eſſe, contendunt. *Vid.* CHRYSOSTOMUM *Hom. 77. in Matth.* HIPPOLYTUM *Mart. & METHODIUM in Orat. de Conſummatione mundi,* CYRILLUM

Hie-

Hieroſ. Catech. 15. *HIERONYMU[M] THEOPHYLACTUM, EUTHY[M]MIUM &c.* Calculum ſuum his adji[ci]cit FRANCISCUS SUAREZ, qui 3. *par[t.] Thomæ quæſt.* 59: *a. b. Diſp.* 57. *S.* 2. hæc ha[bet]: *Perpetuo in cœlis conſervatum & in[cor]ruptione donatum iri, inſtar corporum glorioſorum &c.* Plura hac de re monenda ſuperſunt. Sed de eo non quærebatur: An hæc S. Crucis particula genuina eſſet? ſed quid ipſa ſibi vellet INSCRIPTIO? Breviter igitur, quid ſentiam, enunciabo.

§. 3. Manifeſtus in voce *Tetragrammaton* occurrit error, in quo hominem harum rerum ignarum lit. Γ pro lit. I acцepiſſe ſuſpicor. Quod ipſum apud Pontificios non infrequens eſt, prout ex HIERON. MENGI, *Minoritæ, flagello dæmonum p.* 327. 389. *&c.* ſatis patet. Et nulla facile vox erit, quæ pluribus adverſis fatis obnoxia fuerit, *Tetragrammaton.* Reliqua ut taceam, MATTHIAS DOERING *ad Exod. III. in Poſtilla Lyrani p. m.* 131. Declinationis III. civitate illam donavit, & proinde Genitivum *Tetragrammatonis* eidem adjudicavit. Inter omnes vero

conſtat, per hanc vocem quatuor literas יהוה indigitari, quæ a nonnullis ſuperſtitione captis hominibus a *Jehovah*, *Schemhamphoras* &c. diſtingvuntur, imo inter ſe confunduntur, perſpicue id docente D. DORSCHÆO *in Anti-Corneo cap. 24. p. 299.* Quam turpiter nominibus divinis in ſigno crucis iidem abutantur, nemo ignorat. Quæ in MEIERI Libro de *Sagis & veneficis Tom. II. p. 233, in* VOETII *P. III. Disp. p. 576. ſeq.* & aliis copioſe recenſentur exempla huc tranſcribere non ſine cauſa dubito.

Quod ad duas voces, quæ in utroque latere conſpiciuntur, attinet: conjungendæ illæ, & prior quidem ſiniſtrorſum, poſterior autem dextrorſum legendæ ſunt, & vocem ANANISABTA habebis, de qua M. AUGUST. NATHAN. HUBNERUS *in Amuletorum Hiſtoria pag. 15.* meminit: *Corrupta hæc vox multos valde, ſed fruſtra exercuit.* VOETIUS quidem & alii cum ipſo, nullam prorſus compluribus vocabulis Magicis ineſſe ſignificationem, unanimiter aſſerunt: ingentem vero ejusmodi vocabulorum, quæ ſupra dictus

MEN-

MENGUS *l. c.* VAL. POLYDORUS *Patav. in Pract. Exorciſtarum p. 66.* ZACH. VICECOMES MEDIOL. BARNABITA *in Complem. artis Exorciſt. ad Card. Sfortiam P. II. pag. 862. 877. 990.* & PETRUS de ABANO *in Heptam. ſeu Elementis magicis* paſſim (*vid.* HENR. CORN. AGRIPPÆ *Opp. Tom. I. p. 446. ſeqq.*) afferunt & approbant; numerum examinans, plurima horum vel Hebraicæ vel Græcæ originis eſſe intelligo. Paucis ut ea, quæ dixi, demonſtrem, *Sabaoth* abſolute poſitum & אלהים צבאות *conf.* GLASS. *Philol. S. L. IV. tr. 3. obſerv. I. Agyos* & ἅγιος, *Yſchiros* & ἰσχυρὸς, *Otheos* & ὁ Θεὸς, &c. &c. unum idemque eſſe, nemo non perſpicit. Add. *Hel, Heloym, Heloa, Heloay, Eheie, Eſerejeh, Cados &c.* Salvo igitur aliorum judicio (quippe nemini easdem cogitationes obveniſſe deprehendi) ſtatuo, vocem ANANISABTA ex non intellecto עזבתני Pſ. XXII. v. 2. formatam fuiſſe: eo quod Servator noſter hanc vocem, ligno crucis affixus, pronunciavit.

§. 5. Vitioſe igitur ſcriptum TETRAGRAMMATON in præſenti figura

nomen

nomen Dei denotat, quod pari literarum numero Marc. XV. v. 34. per quatuor literarum vocem Ἐλωὶ (mein GOtt) exprimitur. Neque tamen aſſentior JOH. GREGORII, *Angli*, ſententiæ, quem artis Criticæ ſtudium eo impulit, ut *Tom. IX. Crit. Angl. p. 27. 66.* aſſerat, Chriſtum vocabulo יהוה (quod alioquin κατ' ἐξοχὴν τετραγράμματον dicitur) abſtinuiſſe, partim quia a Judæis hodie non minus, ac olim, incuſetur, omnia ſua miracula virtute hujus Schemhamphoras edidiſſe, partim quoniam hoc eſſentiale DEI nomen, & genuinus divinæ gratiæ character ſit, cui in extrema ejus paſſione locus non fuerit; maxime, ut per nomen אלהי oſtenderet, a juſtiſſimo Judice omnem iram in chariſſimum ſibi filium effuſam fuiſſe, ut eſſentiali ipſius juſtitiæ ſatisfieret.

§. 6. Quam inexcuſabili abuſu tum Ebraicum, illud tum Græcum σαβαχθανὶ artes magicæ ſibi vindicaverint, prudens ſilentio prætereo: ne cuiquam ſim offendiculo. Tali tamen exemplorum inductione meam inprimis confirmari poſſe ſententiam, quis non intelligit? In ma-

T. V. Obſ. CXV. & CXVI.

nibus meis eſt argenteus nummus, qui Chriſtum crucifixum exhibet, cum verbis: *Eli, Eli, Lamed*, (loco *Lama*, ſupina ſive ignorantia, ſive ſuperſtitione.) In alterius partis medio vox *Ananiſabta* apparet, h. m.

(No. I.) Vid. Frontiſpicium hujus Tomi V.

Cujus quidem inſcriptionis connexio cuilibet ad oculum demonſtrat, quam intolerabilis iterum verborum ſanctiſſimorum abuſus vocem *Ananiſabta* formaverit. JUL. REICHELTUS in curioſo ſuo Tractatu *de Amuletis p. 88.* hanc figuram itidem in argenteo quodam amuleto ſiſtit:

(No. 2.) Vide frontiſpicium hujus Tomi V.

expreſſisque verbis corruptum & magicum appellat vocabulum, hic conſpicuum, cujus derivatio nonneminem fruſtra exercuerit. *Tetragrammaton* vero & *Ananiſabta* rurſus in eo conjungi patet.

§. 7. Idem mecum ſenſiſſe D. HIERON. JOR-

JORDANUS, *Celeberrimus civitatis Göttingenſis Phyſicus*, videtur, qui in Tractatu ſuo *de eo, quod divinum eſt in morbis*, c. 54. *pag. 191.* inquit: *Magica vox Ananiſapta* (NB. *quales multæ ex Hebræo ſumuntur*) *ad peſtem portatur.* Quicquid vero hujus rei ſit, propius meam conjecturam veritati accedere credo, quam illam LYONNETI ANICIENSIS, Conſiliarii Medici Regis Galliæ, *in* λοιμογραφ. *Lugd. 1639. in 8. p. 285.* quam his verbis proponit: *Vulgatum fertur amuletum, quod ipſe rejiciendum, tanquam frivolum & ſuperſtitioſi quippiam continens exiſtimavi, ob barbaram aut nullius ſignificationis vocem* ANANISAPTA. *Id tamen non improbo, ex quo ſingulis literis ſingulas ſubintelligi voces deprehendi; quæ ſimul collectæ Chriſtiano homine dignam efficiunt orationem: Antitodus Nazareni Auferat Noxam Intoxicationis, Sanctificet Alimenta, Pocula, Trinitas Alma.* Quid ſi eadem fiducia hunc exinde ſenſum de LYONNETO eruerem: *Attulit Nequaquam Ananiſabtæ Noſtræ Innatam Significationem, A Peſtis Tempore Alienam?* Similes explicationes vel centum ſub-

naſcentur ei, qui ex rimandis ejusmodi myſteriis gloriam aliquam aucupatur. Abundent vero ſenſu ſuo, qui meliora doceri nolunt: qui vera pietate Chriſtum ſequuntur, temerarium hujus vocis abuſum omnino improbant & deteſtantur.

§. 8. Non omittenda eſſe duxi, quæ D. PHIL. JAC. SACHS A LEWENHEIM *in Gammarologia p. 871.* ex D. FREYTAGII *Noct. Medic. Cap. XXXIX. p. 193.* adducit: *Contra lethales morbos uſurpant verſum:*

Ananiſapta ferit mortem, qui lædere quærit.

Felici quidem *Malleolo tract. I. de Exorciſmis* ANANISABTA *amuletum contra peſtem eſt, quod in papyro ſcriptum, & collo geſtum, zenechti inſtar habetur.* Quid vero ſubeſſe putemus cauſæ, quod illi, qui hoc Ananiſabta apud nos inſtructi erant, tempore contagii, quo DEUS A. 1713. urbem noſtram affligebat, alio ſe receperunt, neque tantam eidem periculi tempore fidem habuerunt, quanta dignum illud eſſe antea, extra tale periculum conſtituti, crediderant? Merito igitur indignatur ſuperſtitio-

ſtitioſum illud *Ananiſabta* HAPPELIUS in *Anglico ſuo Eduardo P. III. p. 303.*

§. 9. Hæc ſunt, quæ communicare tecum, L. B. de voce ANANISABTA viſum fuit. Si quid noſti de eadem rectius, illud promendi occaſionem Tibi me dediſſe gaudebo. Plurimum enim intereſſe puto, ſingula ſuperſtitionum genera, utut leviora, imo & nullius momenti eſſe videantur, detegi; ne divina Oracula iis obſcurentur ac labefactentur.

Obſervatio CXVI.

D. JOHAN. CASPAR. WESTPHALI,

Academiæ Naturæ Curioſor. Socii, Medici Delitienſis,

de

Pluvia cruenta.

CUm anno 1712. die 4. menſis Junii, cœlo ſereno, in hortis oppiduli *Græfenhaynichen* Saxoniæ ſuperioris, ut & die 9. ejusdem menſis in pago quodam eidem vicino, Marck-Scheide dicto, guttulæ ac maculæ ru-

MENGUS *l. c.* VAL. POLYDORUS *Pa*
in Pract. Exorciſtarum p. 66. ZACH. VI
COMES MEDIOL. BARNABITA,
Complem. artis Exorciſt. ad Card. Sfor
P. II. pag. 862. 877. 990. & PETRU
ABANO *in Heptam. ſeu Elementis m*
paſſim (*vid.* HENR. CORN. AGRI
Opp. Tom. I. p. 446. ſeqq.) afferunt &
probant; numerum examinans, plu
horum vel Hebraicæ vel Græcæ o
eſſe intelligo. Paucis ut ea, quæ d
monſtrem, *Sabaoth* abſolute poſit
אלהים צבאות *conf.* GLASS. *Phil*
L. IV. tr. 3. obſerv. I. Agyos & ἅγιο
ros & ἰσχυρὸς, *Otheos* & ὁ Θεὸς &c.
unum idemque eſſe, nemo non p
Add. *Hel*, *Heloym*, *Heloa*, *Heloay*,
Eſerejeh, *Cados &c.* Salvo igitur a
judicio (quippe nemini easdem co
nes obveniſſe deprehendi) ſtatuo,
ANANISABTA ex non in
עזבתנו Pſ. XXII. v. 2. formatam fu
quod Servator noſter hanc vocem,
crucis affixus, pronunciavit.

§. 5. Vitioſe igitur ſcriptum TE
GRAMMATON in præſenti fi

dum calido exiſtente, & cum diu pluvia non decidiſſet, nec non anni 1678 die 24 Junii in pago, Præfecturæ Delitienſi ſubjecto, Klitzſchmar/me obſervaſſe recordor, ubi particulæ ſulphureæ & ſalinæ volatiles ac Mercuriales, cum rore aliisqve effluviis aqueis a ſolis calore in altum eductæ, circulatæ, inqve colorem rubicundum digeſtæ fuerunt; idqve *Mittwayda* circa meridiem poſt horam decimam, in pago dicto Klitzſchmar vero horis matutinis ſub cadaveris cujusdam ſectione, hujusqve perluſtrationis Anatomico-Chirurgicæ expeditione, contigiſſe deprehendi; Id quod propria etiam experientia illuſtrare poſſum, poſtquam aliquoties mucilaginem illam viſcoſam, quam *ſtellas cadentes*, die Stern-Schneutzen/vocamus, in phiola, nec non mortario vitreo, mediante ſpeculo cauſtico in materiam ſangvini arterioſo rubore ſimilem circulando mutavi. Memini quoqve, *Dresdæ* olim DN. JODOCUM MULLERUM, Pharmacopœum Celeberrimum, ex auro mediante rore matutino eſſentiam ſaturate rubram extraxiſſe, qui etiam colore hoc per alembicum tranſibat, relicto in fundo cucurbitæ auro reſoluto, qui color neceſſario a *particulis ſalino-ſulphureis* originem ducebat. Notum inſuper eſt DIGBÆI experimentum, quo radii ſolares in pulverem rubrum concentrati fuerunt; non quidem juxta autoris hujus, cæterum prudentis admodum & experientiſſimi, ſententiam ipſi radii ſolares præcipitati, ſed

nibus meis eſt argenteus nummus, Chriſtum crucifixum exhibet, cum bis: *Eli, Eli, Lamed*, (loco *Lama*, ſup ſive ignorantia, ſive ſuperſtitione.) alterius partis medio vox *Ananiſabt* paret, h. m.

(No. I.) Vid. Frontiſpicium Tomi V.

Cujus quidem inſcriptionis conne libet ad oculum demonſtrat, quam rabilis iterum verborum ſanctiſſim abuſus vocem *Ananiſabta* formav JUL. REICHELTUS in curioſ Tractatu *de Amuletis p. 88.* hanc fig itidem in argenteo quodam ſiſtit:

(No. 2.) Vide frontiſpiciu Tomi V.

expreſſisque verbis corruptum & cum appellat vocabulum, hic conſpi cujus derivatio nonneminem fruſtra euerit. *Tetragrammaton* vero & *An ſabta* rurſus in eo conjungi patet.

§. 7. Idem mecum ſenſiſſe D. HIER

JO

preſſum, figuris æri inciſis exornatum, quod decantatisſimam famam de *Remi morte a fratre, vel juſſu fratris, occiſi*, falſitatis coarguere audet, Remumqve usqve in Marchiam Brandenburgicam penetraſſe credit. Quæ quidem aſſertio dubia maxime videtur, ab auctore tamen, ut ſibi videtur, ſatis vindicatur. Contuli ea de cauſa cum Excell. DN. JO. CAROLO SCHOTTO, *Antiquario Regis Boruſſiæ ad laudem inſigni*, Viro, cujus humanitatem & eruditionem admiror, qui eam *ad Collegium Doctorum Berolinenſium retulit*, nec deprehendere potuit, poſt ſollertem inquiſitionem, quomodo ſententia auctoris approbari potuerit. Nec ego is ſum, qui ipſi ſuppetias feram auctori, aut in ejus ſententiam pedibus eam: ſed

naſcentur ei, qui ex rimandis ejus mysteriis gloriam aliquam aucupatur, undent vero ſenſu ſuo, qui meliora do nolunt: qui vera pietate Chriſtum quuntur, temerarium hujus vocis ab omnino improbant & deteſtantur.

§. 8. Non omittenda eſſe duxi, qu PHIL. JAC. SACHS A LEWENH *in Gammarologia p. 871.* ex D. FREYT *Noct. Medic. Cap. XXXIX. p. 193.* ad *Contra lethales morbos uſurpant ver*

Ananiſapta ferit mortem, qui lædere quærit.

Felici quidem *Malleolo tract. I. de* *ciſmis* ANANISABTA *amuletum con tra peſtem eſt, quod in papyro ſcriptum collo geſtum, zenechti inſtar habetur.* vero ſubeſſe putemus cauſæ, quod hoc Ananiſabta apud nos inſtructi tempore contagii, quo DEUS A. 171 bem noſtram affligebat, alio ſe recepe neque tantam eidem periculi temp fidem habuerunt, quanta dignum illud antea, extra tale periculum conſtituti, diderant? Merito igitur indignatur

ſtitio

Ipſum autem ſcriptum conceptum eſt verbis iis, quæ per totam hanc tractationem §§. ſequentibus legentur:

§. 3. Nobiliſſimo Viro DN. *JUSTO BREDOVIO, Domino in Remsberg*, E. H. L. F. Salutem. Sæpe demiratus ſum, nobiliſſime *BREDOVI*, quid cauſæ impulerit Ethnicos, quod Tempus vel Saturnum, quem χρόνον, ſive κρόνον paſſim vocant, cum incurva falce claudum eſſe finxerint, & reliquorum Deorum & ipſius Jovis, quem tamen

- *Πατέρα ἀνδρῶν θεῶν τε*
- *hominum patrem atqve Deorum*

perhibent, patrem eſſe crediderint, illudqve adeo conſecraverint, & loco cujusdam numinis coluerint. Sed mirari tandem deſii, ubi *admirabiles ipſius temporis effectus, & adfectus* partim ex hiſtoriarum monumentis animadverti, partim ex quotidiana experientia ipſe obſervavi. Hoc enim illud eſt, de quo D. AUGUSTINUS exclamat: *In tempore vivimus, & quid tempus ſit ignoramus*: quod nos claudis pedibus lento admodum gradu incedere arbitrantes, tamquam rem viliſſimam de induſtria ſæpe fallere & atterere adnitimur; quod tamen rapidis amnibus, celerrimis ventis, & incitatiſſimo motu velocius elabitur, & quo nihil homini melius & precio-

ſius;

bræ in arborum, & fruticum, lactucæ aliarumq
plantarum foliis & floribus, deprehenſæ fuiſſent,
illæqve d. 19. jam dicti menſis in horto Domi
Superintendentis abyſſum, præſente & operant
textrice, maculaſſent, atqve a nonnullis *pluvi*
cuidam prodigioſæ, ab aliis vero papilionibus, tum
temporis magna in copia circumvolitantibus,
adſcriberentur, de iis, quid mihi videretur, judi-
cium ferre a DN. M. J. C. SAUERESSIGIO,
*Paſtoratus ac Ephoriæ Græffenhaynichenſis Superin-
tendente*, nec non DN. GABRIELE GALL,
Profecturæ hujus provinciæ Adminiſtratore, meri-
tiſſimis, die 13. Junii rogatus, ſequentem in mo-
dum reſpondi: Sangvineæ illæ creditæ guttæ
neqve papilionibus, multo minus prodigio ali-
cui, debentur, ſed *operatio* ſaltem *naturæ ſunt*, &
nihil aliud, quam particulæ vel atomi ſulphureæ,
oleoſæ, pingues, æſtivis caloribus ex plantis, fru-
ticibus & arboribus, horumqve floribus aroma-
ticis pinguibus, una cum ſalinis volatilibus mer-
curialibus, evaporantes, quæ in aëre, una cum
rore matutino vegetabilium unitæ, circulantur
& digeruntur; hinc cum dicto rore condenſatæ,
defectu pluviæ, guttularum rubicundarum for-
ma delabuntur; ſicut etiam ſulphur vulgare cum
Mercurio vivo mixtum, mediante ſublimatione
in minutiſſimas atomos intime commiſcetur, &
corpus tertium, vel concretum rubrum, cinnaba-
rin nempe, conſtituit. Ante 36 (nunc temporis
41) annos ſimile quid *Mittwayda*, aëre admo-

cui in mundo latiſſimum imperium, qua nullum crebrius, nullum frequentius numen in animis, linguis & auribus hominum, quæqve, ut PLINIUS dicebat, in tota ratione mortalium ſola utramqve paginam facit, *Fortunam* dico, quæ multa turbat, multa invertit, multa tenebris obruit & involvit, multa deniqve vanis rumoribus, & falſa fama & mendaciis premit: quæ omnia *tardus hic & claudus* χρόνος ſive *Saturnus*, ut vana mortalitas credit; imo juxta ſapientiorem illum PINDARUM χρόνος ὁ πάντων πατὴρ & *tempus omnium Parens*, & juxta ſapientem illum THALETEM ὁ χρόνος σοφώτατον ἁπάντων *omnium ſapientiſſimum tempus* accedens corrigit, erigit, convertit, illuſtrat: ut veritatis fax & flamma longo tempore ſub falſitatis & vanitatis favilla latens & preſſa tandem prorumpat, ſuisqve radiis falſitatis, obſcuritatis, & ignorantiæ nebulas, tenebras, & caligines, diſcutiat. Hinc veriſſime pariter & pulcherrime dictum a Divo CYPRIANO: *Tempus omnia revelat*, & a SOPHOCLE apud Agellium:

ὁ πάνθ' ὁρῶν,
Καὶ πάντ' ἀκούων, πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος.
Cuncta intuens.
Cuncta audiensqve cuncta producit dies.

In quam ſententiam AGELLIUS admonet, quendam veterum Poëtarum *veritatem temporis filiam* appellaſſe, quod licet aliquandiu lateat, ſua tamen natura ἀλήθεια, quaſi dicas ἀλήθεια, ma-

neat,

particulæ illæ ſalino-ſulphureæ & Mercu
aëreæ a colore Solis unitæ, circulatæ ac dig
atqve per ſpeculum cauſticum in pulver
brum concentratæ, ac præcipitatæ, ſunt i
gendæ; cum e contrario hyemali tempore,
qve aëris mutationibus, pulvis talis rube
remaneat, ſed colore ob particulas in aëre
ſentas differat, præcipue autem in autumno
ſpadiceus, mox fuſcus, ille compareat.

Obſervatio CXVII.

M. CHRISTOPH. PYLII,

Rectoris Tanglimenſis,

continens

evulgationem ſcripti cujusdam

de

REMI SEPULCRO in Marchia invento.

§. 1.

INcidit in manus meas ſc
ptum quoddam, typis i
pr

cro, ex quo de reliquis judicare & æſtimare liceat. Figmentum illud *de Troja a Græcis capta* (ſic enim appello, cum hactenus hiſtoria perperam credatur) adeo notum & pervulgatum eſt omnibus, ut pueris etiam in Scholis, declamandi immo triviis garriendi, tanquam de re veriſſime geſta, materiam ſuppeditet. Prorſus, ac ſi quis fabuloſum illud figmentum *de Amadæo Gallico* poſt aliquot ſæcula pro vera hiſtoria habere, aliisqve venditare velit. Ut autem ficti illius Belli Trojani falſitas eo magis omnibus innoteſcat, paucula quædam de *TEUCRORUM* tum *Origine*, tum *opibus* præmittam. Unde promtum erit colligere, fabuloſa fere omnia eſſe, quæ de decennali illo bello, & potentia *PRIAMI* & reliquorum regum Trojanorum pasſim produntur. *Teucer* quidam Cretenſis Scamandri filius (quem multi cum Teucro Telamonis ex Heſione filio, qui multis ſeculis poſterior fuit, imperitiſſime confundunt) Græciæ Princeps, fugitivus, ut ARRIANUS & STEPHANUS in lib. de urbibus prodiderunt, in Phrygiam, quæ poſtea *Troas*, vel *Ilienſis regio* dicta, pervenit, ibiqve poſſeſſiones quasdam, neſcio quo pacto, occupavit, & per annos, ut iidem teſtantur, ſexaginta quatuor tenuit, & poſſedit; & hanc regionem a ſeſe *Teucriam*, appellavit. Ad hunc Teucrum pervenit DARDANUS (fabulæ perhibent Jovis & Electræ filium fuiſſe,) & ipſe ex Peloponneſo, vel potius Italia, ubi fratrem JASIUM interemerat, fugitivus,

tamen non indignam rem putavi, qvum hoc ſcriptum neqve in inſtructisſima REGIA BIBLIOTHECA BEROLINENSI compareat, & CL. PLARRII res marchicas, eoqve facientes chartas ſollicite perquirentis ſollertiam fugerit, eam cum orbe erudito communicare, præſertim, qvum haud pauca non adeo cognita *de Marchia*, tractuqve *Remimontano* ſiſtat ſpectanda.

2. Titulus hujus ſcripti, quod deſigno, quodqve quatuor tantummodo plagulis formæ, quam dicimus, quartæ conſtat, hic eſt: *Sepulchrum Remi, fratris Romuli, in monte REMI, vulgo Remsberg, nuper detectum, erutis binis marmoribus, uno vetuſtisſimo, altero recentiore. Quibus pervulgatus ille error de REMO, a fratre interfecto, confutatur. Addita loci Topographia & Chorographia in æs inciſa, opera E. H. L. F.*

Ipſum

dano cœpta, deniqve à Priamo ad eam, quæ tum fuit, magnificentiam deducta. ILI filius erat *LAOMEDON*, qui regnavit 36. annos, cujus ſoror, ut alii volunt filia, *HESIONA*, ab Hercule rapta fuit, urbs diruta, ipſe Laomedon occiſus, quod fraudulentus & perjurus pactis non ſtetiſſet. Hic primo Trojam pulcris muris cinxit, & amœnis hortis exornavit, idqve ut fabulantur, ope Neptuni & Apollinis, id eſt, Maris & Solis materiam muri ſuo calore indurantis. Hic filium reliquit *PRIAMUM*, quadraginta annis magno rerum ſucceſſu florentem, ſed non ut pleriqve & VIRGILIUS putat:

Regnatorem Aſiæ - - -

Non enim tam cito poſt mortem patris tam longe & late fines imperii ſui potuit extendere, ut, qui antea tantum partem Phrygiæ inferioris occupaſſet, idqve in opido a patre relicto, ab Hercule, & aliis toties vaſtato & diruto, continuo in univerſam Aſiam Imperium ſuum exporrigeret. Potiſſimum cum Monarchia Aſſyriorum ipſi immineret, & reges Ægypti & alii vicini reges potentiſſimi, qui illud non fuiſſent permiſſuri. Quod ſi *PRIAMUS* Aſiæ Monarcha extitiſſet, quis crediderit Græcos, adeo tum temporis debiles, adeo validum & præpotentem hoſtem fuiſſe aggreſſuros. Nimirum & Trojanis & Græcis illo tempore opes erant perexiguæ, & non tantæ, quibus bellum decennale vel hi inferrent, vel illi ſuſtinerent. Reſtat igitur, ut demonſtrem,

ſius; utpote cum reliqua omnia aliena, tem[illegible] ſolummodo noſtrum eſt, parciſſime diſpen[illegible] dum, quippe quod, ubi ſemel præterit, nunqu[illegible] revocari poteſt. Et hoc denique illud, q[illegible] omnium infra Lunam rerum mortalium, illa[illegible] que ortu & interitu accepti & expenſi utram[illegible] paginam abſolvit, & de quo non abſurde di[illegible] ille PLATO in ſuo Epigrammate:

Αἰὼν πάντα φέρει. Δόλιχος χρόνος οἶδεν ἀμεί[illegible]
Οὔνομα, καὶ μορφὴν, καὶ φύσιν, ἠδὲ τύχ[illegible]
Omnia fert ævum. Naturam, nomina, ſ[illegible]
Vertere cum forma tempora longa ſci[illegible].

Et alter de tempore loquitur:

Καὶ μὴ φαινόμενος τὰς φαινομένας ἀφανίζει,
Καὶ μὴ φαινομένας εἰς φανερὸν προφέρει.
Non viſum hos qui ſunt viſi, haud facit eſſe vide[illegible],
Et rurſum haud viſos efficit ut videas.

Nimirùm cum *temporis tam admirabilis ſit pote[illegible]tia*: quid mirum, illos, qui mortales homine[illegible] quid vero? bruta animalia, imo ſtirpes & her[illegible] adeoque ipſa etiam Elementa nihilo pro[illegible] Deorum loco coluerunt, *tempus etiam nu[illegible] loco coluiſſe*, & inter Planetas ſupremo loco col-locaſſe, quod omnibus Gentilium Diis tam po-tenter imperet, eosque cum ſuis cultoribus pro-duxerit, & rurſum diſſipaverit. Quid? q[illegible] non ſolum καιρὸς ὁ πανδαμάτωρ, ut egregie G[illegible]cus ille dixit: *Cuncta domans tempus*, Diis i[illegible] gentilium maximis, quos nos rectiſſime mi[illegible]rum gentium dixerimus, imperet. Sed illi etia[illegible]

cui

rapuerit, ſed legitimam illam Conjugem habuerit. Quippe quam *TYNDARUS* pater, conſentientibus fratribus *CASTORE* & *POLLUCE*, ipſi deſponderat. Unde notare operæ pretium eſt, quam bene caverit Homerus, ne etiam fratres, juvenes fortisſimos, qui eodem tempore vigebant, ad urbis obſidionem adduceret: ne ſcilicet nimis ſcite mentiri deprehenderetur. Certe Homerus, teſte HERODOTO in vita Homeri, ut quidqve ipſi in buccam venit ſcripſit, quæ poſtea in conviviis ab imperitis legebantur, non aliter atqve apud nos Germanos *libri Heroum*, der Helden-Buch, Dieterich von Bern, Alter Hillebrandt, Theurdanck, Ritter Pontus, Triſtrant, König Artus, von der Edlen Meluſina, &c. conſimiles nugæ, quas conſtat ab hominibus otioſis ingenioſe fictas eſſe. Quod autem *MENELAUM* regem Spartanorum facit, ineptisſimum eſt. Neqve enim ille ab ullo Hiſtorico inter Reges Spartanos recenſetur. Præterea de *HECTORE* & *ACHILLE* vana & falſa ſunt omnia, quæ Homerus narrat, dum *PATROCLUM* in armis Achillis ab Hectore occiſum, ipſumqve Achillem a *PARIDE* in Templo Thymbræi Apollinis proditorie interemptum memorat. Cum tamen conſtet, Achillem ab Hectore occiſum eſſe. Quid tamen putidius eſt fabula illa de *equo, qui tot militibus plenus & gravidus fuerit?* Quis credat, Trojanos adeo vecordes fuiſſe, ut hoſte adeo adhuc vicino, mu-

neat, deniqve premi & occultari nolit, ſed te-
poris progreſſu tandem prorumpat & emerga
§. 4. Verum enimvero non abs re hic de
raberis, & tacitus apud te quæres, quorſum h
tam ocioſa & odioſa, tam prolixa & putida
ctent in commendationem ipſius temporis.
nimirum, nobiliſſime *BREDOVI*, ut tu q
qve *in memorabili illo tuo Monte Remi*, huic t
pori, ejusqve Filiæ, Veritati, aram quandam a
nes, & ſtatuas: Utpote quæ rem univerſo m
do, & in illo doctis cumprimis memorab
veram & genuinam REMI *ſepulturam* mu
poſteritati revelavit, *quem per ludibrium ul*
ma delineata recens mœnia tranſilientem a F
In Italia occiſum pudendo errore hactenus cre
mus. Et hic quidem error licet tot hiſtor
rum columnis fulciatur, tot annorum, imo ſæ
lorum præſcriptione nitatur: Veritatis m
luce adfulgente, ut caligo ad puros Solis ra
diſcutitur & diſſipatur. Veritatis eni
qvè virtus tanta eſt, ut nulla quantumvis
mi temporis erroris præſcriptione proſcri
ſit. Nam ad hiſtorias quod ſpectat, mi
DOVI, incredibile memoratu eſt, quam p
dis erroribus, quam fœdis mendaciis illa p
adſperſa & contaminata ſit, quæ tamen ha
pro veriſſimis & indubitatis tuemur atqve d
dimus. Quod ipſum, ſi opus eſſet, pluri
emplis & documentis demonſtrare promp
mihi eſſet. Verum uno atqve altero cont

teris ſcilicet pagi, ab *ILO* conditi, & urbis, quæ *ALEXANDRI* tempore pago ſimilis fuerit, poſtea a *LYSIMACHO* muris cincta, & a *FIMBRIA*, ut dixi, prorſus deſtructa, & a *JULIO CÆSARE* poſtea reſtituta fuerit. Quod tamen dicit, Alexandri tempore pago ſimilem fuiſſe, vix credibile eſt, cum *XERXES*, teſte HERODOTO, ut ſupra citavi, Palatium Priami & muros aſcenderit, & Palladi ſacrificaverit, niſi forte ſub Perſarum Imperio ante Alexandrum ruinam ſenſerit. Certe Troja tempore *ALEXANDRI* & *SULLÆ* Reſpublica erat, quamvis forte oppidum fuerit ſine muris. Quæ igitur hodie ejus urbis ruinæ magnifice adhuc reſtant, ut teſtatur BELLONIUS *lib. 2. Cap. 6.* Ex nuperam Arabum, Saracenorum, Turcarum rabiem teſtantur, non autem ullius Agamemnonis. Quæ eo impenſius prolixius aliquanto expedire volui, ut demonſtrem vecordiam & ſtuporem illorum, qui ſeſe a Trojanis ortos gloriantur. Quomodo enim urbs illa, & illi homunciones, tam parvam terræ portiunculam exiguo adeo tempore poſſidentes, per univerſum mundum ſuas Colonias ducere potuerunt? Hinc nimirum, Romani per *ÆNEAM*, Franci per *FRANCUM* Hectoris filium, Veneti per Henetos *ANTENORE* duce, & alii infiniti. Quod ſi omnia, quæ de Troja capta HOMERUS fabulatur, vel maxime vera eſſe concedamus: mirum tamen, (ſiquidem fabuloſe aliquem generis aut

 gen-

vus. Qui primo in Samothraciam, mox in Aſi
pervenit, & loca illa Helleſponto proxima,
bemqve ibi *Dardanum* condidit, regionemqu
tam *Dardaniam* vocavit, quæ poſtea a *Tr*
Erichthonii filio, *Troja* eſt vocata. Huic i
Dardano Teucer filiam in matrimonium d
cum parte Mœoniæ, quæ pars inferioris Phr
aut ſaltem ipſi ab exortu Solis vicina. Et ho
ctum anno 65. præter propter, ex quo ex G
exceſſerat. Ex horum igitur duorum fugi
rum commixtione incunabula gentis &
Trojanæ exortæ ſunt. Hic Dardanus, que
& triginta annis regnaſſe teſtatur ARCHI
CHUS *de temporibus*, oppidum, vel verius pa
de nomine ſuo condidit, & illum *Dardani*
pellavit. Huic ſucceſſit filius *ERICHT*
NIUS, vel, ut alii Erichthon, quem Archil
teſtatur, annis 75. illam inferioris Phryg
rem adminiſtraſſe. Hujus filius *TROS* p
Mœonios a ſe Trojanos nominavit, Tr
oppidum ædificavit, ibiqve per 60. ann
vit. Huic duo erant filii *GANIME*
ILUS, quorum ille a *TANTALO* Re
giæ majoris, navi aquila inſignita, raptus
ge illius temporis ditiſſimo, ſed avaro.
Poëtis nata occaſio *fabulæ de Tantalo*, i
Jove per aquilam Ganimedem rapiente. I
vero 55. vel ut alii, 54. annis regnavit, &
dum *Ilium* de ſuo nomine condidit. Ita
Dardania, Troja, Ilium, una fuerit civitas.

ejus ſocii, imo etiam pueri. *CAROLUS V.* ad Tunetem & Algeiram claſſem habuit inſtructiſſimam, qualem olim tota Græcia omnibus viribus collatis vix comparaverit, & tamen tanti Imperatoris ſocii & comites prorſus ignorantur.

§. 5. Poſſem hoc loco plura alia, & innumera congerere, falſa, vana, & mendacia, quæ hactenus pro oraculis habita, & de quibus dubitare nefas fuit. Sed ſufficiat unum hoc, materiæ illi, cujus gratia hunc ſermonem inſtituo.

§. 6. Semper hactenus pro indubitato creditum, JUSTE BREDOVI, *Remum a Romulo occiſum fuiſſe.* Qua certe fabula Romano nomini inſignis macula adſperſa, & infamis nota inuſta eſt, ſed immerito & nullo jure. Et certe hujus tanti facinoris & atrocis parricidii auctores tale & tantum ſcelus non tam temere adfirmare debuiſſent, priusquam ipſam veritatem probe inveſtigaſſent. Certe ut de conceptione & educatione horum duorum fratrum, multa fabuloſa & mendacia produntur, quod ex Marte ipſi Rheæ conceptæ ſint, & poſtea nati, expoſiti, & a lupa admotis uberibus nutriti; ita non minus mendax & fabuloſum, quod *de morte Remi* prodiderunt. Legimus apud DIONYSIUM HALICARNASSÆUM, *lib. I,* varias hac de re opiniones. Ubi inter alias etiam hoc invenitur; non deeſſe, qui adfirmaverint *Remum ſponte ſua principatui Romulo ceſſiſſe*, licet tamen poſtea a fratre occiſum iidem dicant. Quæ poſterior ſententia,

Græcos tantum Piraticam exercuiſſe, & urbem qvo cepiſſe, neqve deſtruxiſſe. Principio te tur HERODOTUS, Græcos, qui ad Troj nerant, hinc inde varie diſperſos, qui cum inopia laborantes terram ſuam colere non rint, novam terram quærere, vel alienam pare conati fuerint. Idem HERODOTU cit in vita Homeri, Homerum ſcripſiſſe T ridi minorem Iliadem, cujus hoc initium: *re ſeſe Trojam & Dardanam equorum* ubi plurimi Græci Martis filii occu Idem, *lib. I.* negat Agamemnonem tam tem fuiſſe, ut HOMERUS eum faciet, buiſſe naves 1200. ut Homerus fabulatur ne ducentas quidem cogere potuiſſet; adeo inops, ſine argento & victu, unde ſit, Piraticam per decennium exercere, & prædas agere. His accedit, quod, ſi nave ac ducentæ fuiſſent, haud dubie uno an jam potuiſſent capere. Quippe cum Pria ſet regulus adeo parvus & impotens. Id RODOTUS memorat: Ilion fuiſſe lon pore poſt Agamemnonem & Athenienſ tilinæos propter illam bello inter ſeſe co ſe. Idem Herodotus narrat 5. & 7. libris venisse ad Trojam, muros atqve Palatium adſcendiſſe, & ſpectaſſe, & ibidem Miner Palladi Ilienſi *Hecatombam*, centum boum ficium, inſtituiſſe. Accedit, quod *PAR ALEXANDER HELENAM*

uerit, ſed legitimam illam Conjugem habue-
. Quippe quam TYNDARUS pater, con-
ſentibus fratribus CASTORE & POL-
CE, ipſi deſponderat. Unde notare operæ
ium eſt, quam bene caverit Homerus, ne et-
fratres, juvenes fortisſimos, qui eodem tem-
vigebant, ad urbis obſidionem adduceret:
ilicet nimis ſcite mentiri deprehenderetur.
Homerus, teſte HERODOTO in vita
eri, ut quidqve ipſi in buccam venit ſcripſit,
poſtea in conviviis ab imperitis legebantur,
aliter atqve apud nos Germanos libri Hero-
der Helden-Buch, Dieterich von Bern,
Hillebrandt, Theurdanck, Ritter Pon-
Triſtrant, König Artus, von der Edlen
ſina, & conſimiles nugæ, quas conſtat ab
minibus otioſis ingenioſe fictas eſſe. Quod
MENELAUM regem Spartanorum
ineptisſimum eſt. Neqve enim ille ab ullo
rico inter Reges Spartanos recenſetur. Præ-
de HECTORE & ACHILLE vanæ
ſunt omnia, quæ Homerus narrat, dum
OCLUM in armis Achillis ab Hecto-
um, ipſumqve Achillem a PARIDE in
Thymbræi Apollinis proditorie inter-
m memorat. Cum tamen conſtet, Achil-
Hectore occiſum eſſe. Quid tamen puti-
fabula illa de *equo, qui tot militibus plenus*
idus fuerit? Quis credat, Trojanos adeo
des fuiſſe, ut hoſte adeo adhuc vicino, mu-

ros perrumperent, & immenſæ molis ligne
quo viam ſternerent, non prius explorantes, q
capaci adeo ventri includeretur? Verum ut
fabulæ fidem faciat, aliam fabulam de G
CHANTE divinitus occiſo infarcit. Alii
hoc tam putidum mendacium veriſimilius
ſent, locum in monte ſubterraneum fuiſſe
hibent, in quo abſconditi Græci nocte inop
tes Trojanos adgreſſi urbem invaſerint &
parint. DIO CHRYSOSTOMUS in Or
ne ad Ilienſes vanitatem illius fabellæ
Trojanæ multis & variis rationibus op
& inter alia adfirmat, legiſſe ſeſe libros Æg
rum Sacerdotum, in quibus Hiſtoria Tro
li prorſus alia a fabula illa Homerica com
datur. APPIANUS unus in Mithridat
vis ex vulgi opinione eam ab Agamem
ptam referat: tamen veram ejus deſtru
narrat contigiſſe 173. hoc eſt, annis
mum poſt *AGAMEMNONEM*,
funditus exciſam a *FIMBRIA* Conſ
ladium etiam olim cœlo demiſſum inte
repertum eſſe, licet muri jam vetuſtate
incubuiſſent. Quis ergo locus fabulæ de
SE & DIOMEDE, qui illud furto ex ur
ja noctu abſtulerint? Deinde Palladium
Conſtantinopolin translatum fuit, ubi
tempore hæſit, tandem cum magna urbi
incendio abſumptum. STRABO etiam
pulcherrime deſcribit ſitum duorum Ilior

am receſſiſſe. Quamvis locus, ubi regnum condidit, & demum obiit, a Roma non adeo longe remotus ſit; ſaltem unius menſis iter. At quanto longius aliæ Coloniæ migrarunt: *Æneas* ex urbe Trojana & Aſia Romam deducitur, *Francus* inde in Galliam, *Antenor* in Venetos & Patavinos, *Gotthi* ab ultimo mundi fine & angulo ad Tauricam Cherſoneſum, *Galli* ad Galatas, *Vandali* per Gallias & Hiſpaniam in Africam usqve. Sed nihil opus eſt tam longinquarum Coloniarum deductarum commemoratione, cum omnem hujus rei diſputationem vel dubitationem præcidat nobis ipſe lapis: Cujus deſcriptionem mox ſubjiciam, ubi prius de *Remi monte & oppido* quædam, breviter tamen, dixero. Nam Chronicon & annales ejus loci brevi, juvante DEO, dabimus, ubi omnia plenius, uberius & abſolutius tractabuntur.

§. 8. Eſt ergo OPPIDUM MONTIS REMI ſitum in Marchia Electoratus Brandenburgenſis, quam hodie *Marchiam mediam* vocant, quæ Odera & Albi fluminibus nobiliſſimis includitur, in comitatu, quem vocant Rupinenſem, vel potius Rufinenſem, quæ & ipſa Romanorum Colonia, cui Comitatui urbs cognominis *Rufinum*, duobus diſtans miliaribus Germanicis abs Monte Remi ad meridiem. Urbs REMIMONTIS ſita in ſylvis, paſcuis, montibus, vallibus, lacubus, loco longe amœniſſimo, ut mirum non ſit, Remum poſt tot loca peragrata, hunc

locum

gentis auctorem ſibi eligere voluerint) ea victos & fugitivos potius, quam ad victores gines ſuas referre voluiſſe. Ad VENETOS re quod ſpectat, qui ſe *ab Henetis Antenore oriundos* jactant, longe eſt fabuloſiſſimum: ſtat enim, totam illam Transalpinam regionem usqve ad Rubiconem flumen, a Romanis *Galliam Ciſalpinam*. Et recte. Galli enim illis Romanis *Transalpini* ſunt, eam occupant, & Colonias miſerant. Quod ſi jam illa regio Gallia eſt, quomodo ſoli Veneti ... ſos peregrini. Præſertim cum Venetorum etiamnum in Galliæ parte, quæ Britannia ...tur, celebris urbs maritima & potens ... Veneti populi Ciſalpini, orti ſunt, ... Mediolanenſes in Italia a Mediolanensibus ... toniæ populis, Bononienſes a Bononiensibus, Senenſes a Senonum in Gallia urbe oriundi. Teſtatur hoc CÆSAR in commentariis civilis, cui cum Venetis in Gallia bellum maximum. STRABO etiam teſtatur primum Venetos in Gallia detexiſſe, ... horum Originem a fabulis vindicaſſe. ... infinita pæne alia ſuppeterent, quibus ... ſtrare promptum erat, quam *multa puerilia, contraria, & aperte falſa in Homero paſſim occurrant*, cujus generis plurima inveniuntur apud CHRYSOSTOMUM in oratione ad ... Legimus in Phocicis Pauſaniæ, ubi extant ... na *Menelai* nautarum, & gubernatoris, ...

magnitudinem contracta ſit, muris adhuc cincta ſolidis, licet vetuſtate quibusdam in partibus collabi incipiant. Poſſederunt eam longo tempore, *Comites*, quos dixi, *Ruſſinenſes*, a quibus poſt ſtrages illas innumeras & calamitates, quas perpeſſa fuerat, *tandem ad proavos tuos* BREDOVIOS *venit*, emtione ante 150. plus minus annos, ut in noſtro Chronico dicetur. Jamqve ξὺν Θεῷ a te, JUSTE BREDOVI, quod Deorum ille optimus & maximus felix & fauſtum eſſe velit, poſſidetur, qui eam hereditario jure a patre, viro optimo, fortiſſimo, prudentiſſimo, & magnificentiſſimo equite *JOACHIMO BREDOVIO* nactus es, *DN. JOANNI* fratri tuo, ab Auctoribus Criticis hujus ævi in ſcriptis ſuis tantopere celebrato, Oppidi Cremmenſis bonis ſorte oblatis & contingentibus. Incolæ ejus urbis feroces, acres & indomiti, priſtinam *Romanorum & Remorum libertatem ſpirantes*, ita ut illos gente Romana tam præluſtri non indignos arbitreris. Certe Romæ æmula in plurimis. Nam & *ſex Conſules* habet. Quod an ulli alteri urbi alicubi contigerit unquam, neſcio. *Feminæ* veterum Germanorum more *viros in lites & in bella armant*: Et ſi viros ſuos alicubi illi negotio pares non reperiant, *ipſæ, veluti ſuccenturiati milites, in eorum locum ſuccedunt*. Notum eſt, illas nuper in ipſius Principis aula, importuna ſua flagitatione, eam, quæ pro Principis auctoritate iis denegata erat, propter appellationem ab oppidi

civi-

ut falſa, ſic prior veriſſima, quam ut GODEN[illegible] Juriſconſultorum ſuperiori ætate Princeps, a[illegible] mare non dubitavit conſilio ſuo 19. fere in pr[illegible] cipio, ubi *Romam Remum Romulo ſponte c[illegible] ſu alias terras abiiſſe* adfirmat. Idem aſſerit [illegible] CTOR Afer, parte ſecunda de Originibus g[illegible] Romanæ varie digeſtis ex Verrio Flacco, An[illegible] bus Pontificum, Vercatio, Fabio Pictore, [illegible] nio, Macro, Varrone, Cæſare, Tuberone, [illegible] ex omni priſcorum hiſtoria. Qui adfirmat [illegible] contentione non modo Remum non occiſum [illegible] ſe, ſed etiam ulterius a Romulo vixiſſe, idque a[illegible] ſerere CNEUM EGNATIUM VER[illegible] *lib. 1.* ex aliorum etiam traditionibus ſ[illegible] idem *Remi cum Romulo colloquium*, & Rem[illegible] (cum regno ſe fraudatum intellexiſſet, appa[illegible] tibus Romulo 12. vulturibus, & ſubſecuto [illegible] fulgore pariter cum tonitru,) nihil aliud [illegible] quam hoc: *multa illa in urbe temere ſper[illegible] præſumta feliciſſime proventura eſſe.* Et [illegible] quidem auctore LIVIO vulgatior fama, [illegible] in ludibrium fratris Romuli recens [illegible] muros tranſiliiſſe, & inde ab irato fratre [illegible] interfectum eſſe. Unde & Poëtæ illud:

Fraterno primi maduerunt ſanguine mu[illegible]

Sed quam falſa & fallax ſit illa vulgatior fa[illegible] hoc ſolo promptum eſt cognoſcere, quod [illegible] inde ab initio nullis muris cincta fuerit, usq[illegible] *TARQUINIUM PRISCUM*, qui [illegible] omnium primus lapideo muro cinxit. Fug[illegible]

tur Remum nullum prorſus eſt dubium. Verum, quo fugerit, hactenus ignoratum, quæ res occaſionem dedit fabulæ & opinioni illi pervulgatæ, quod a fratre occiſus eſſet. Prorſus ut de ROMULO narratur, illum *a patribus occiſum*, dicet, quia poſtea non amplius apparuit. Et Tullo Hoſtilio, quod Anci Martii, qui ei ſucceſſit, cum res ſacras faceret die quodam, tempeſtatibus & tonitribus procelloſo, inſidiis, cum uxore & liberis in regia trucidatus, & domo everſa combuſtus ſit, ut idem refert DIONYS. HALICAR. *lib. 3.* Licet LIVIUS aliter ſentiat, illumque *indignatione Jovis ob pravam religionem fulmine cum ipſa domo conflagraſſe* dicat. Cui conſentire videtur PLIN. *lib. 2. Nat. Hiſt. cap. 53.* & *lib. 28. cap. 2.* Et VALER. MAX. *lib. 9. cap.* 12. & alii. Ex qua ſententiarum diverſitate concerere licet, neutrum verum eſſe. Unde ſane hos & alios principes, indomita effrenis populi, ex vaga paſtorum & latronum immanium turba collecti, licentia pertæſos, principatu ſponte demiſſo, clam ſe e plebis conſpectu ſubduxiſſe, in vel ſolitudinem, aut aliquem mundi angulum *ad ſolitariam vitam*, qualis olim Monachorum in deſerto, & tum temporis Pythagoreorum fere fuit, conceſſiſſe potius crediderim, unde iis poſtmodum deſideratis & non inventis, variæ ortæ ſententiæ, quæ variis deinde fabulis occaſionem dederunt. Neqve hoc novum in hiſtoriis, cum non ita pridem CAROLUS V. Romanorum

Imperator potentiſſimus, ob ſimiles cauſas relicto Imperio in Monaſterium aliquod Hiſpaniæ conceſſerit. Qui ſi item, ſicut alii in minus celebrem locum vel vaſtam aliquam ſolitudinem & deſertum ſe ſubduxiſſent, ſimilibus de ſe ſermonibus & figmentis anſam præbuiſſent.

§. 7. Tui ſæculi felicitas, JUSTE BREDOVI, ſolvit nobis hunc quæſtionis & dubitationis nodum, *invento nuper ante decennium lapide ſepulcrali* REMI, *in monte tuo Remi*. Cujus REMI MONTIS appellatio in hodiernum usqve diem perdurat, & cujus vel nomen ſolummodo doctiores ad rem illam adorandam & adornandam debuiſſet adducere & invitare. Præſertim cum ipſe LIVIUS narret, *primis Latinorum & Romanorum temporibus Thuſcos in Italia omnia obtinuiſſe*; quos nullos alios, quam Germanos eſſe, quos Itali etiamnum *TWISCONES* vel *TIDESCO* vocant, & quos nos etiam Germani Teutſchen appellamus, Doctiſſimus HOTOMANNUS in ſuis *obſervationum libris lib.13. Cap. 15.* notavit, ubi multis verbis & rationibus probat, Vindiciorum conſvetudines a Germanis omnes manaſſe. Unde profecto Germanorum linguam ibi ubiqve fere obtinuiſſe neceſſe ſit, excepto Latio, qui tamen etiam Germanicam coluerunt, ut inter vicinos fieri conſuevit, ſi non omnes, ſaltem optimates & potiores. Quare cum hæc Remo nota fuerit, non mirum eſt ipſum, fratris inſidias evitantem, in penitiorem Germaniam

m receſſiſſe. Quamvis locus, ubi regnum condidit, & demum obiit, a Roma non adeo longe emotus ſit; ſaltem unius menſis iter. At quanto longius aliæ Coloniæ migrarunt: *Æneas* ex urbe Trojana & Aſia Romam deducitur, *Francus* inde in Galliam, *Antenor* in Venetos & Patavinos, *Gotthi* ab ultimo mundi fine & angulo ad Tauricam Cherſoneſum, *Galli* ad Galatas, *Vandali* per Gallias & Hiſpaniam in Africam usqve. Sed nihil opus eſt tam longinquarum Coloniarum deductarum commemoratione, cum omnem hujus rei diſputationem vel dubitationem præcidat nobis ipſe lapis: Cujus deſcriptionem mox ſubjiciam, ubi prius de *Remi monte & oppido* quædam, breviter tamen, dixero. Nam Chronicon & annales ejus loci brevi, juvante DEO, dabimus, ubi omnia plenius, uberius & abſolutius tractabuntur.

§. 8. Eſt ergo OPPIDUM MONTIS REMI ſitum in Marchia Electoratus Brandenburgenſis, quam hodie *Marchiam mediam* vocant, quæ Odera & Albi fluminibus nobiliſſimis includitur, in comitatu, quem vocant Rupinenſem, vel potius Rufinenſem, quæ & ipſa Romanorum Colonia, cui Comitatui urbs cognominis *Rufinum*, duobus diſtans miliaribus Germanicis abs Monte Remi ad meridiem. Urbs REMIMONTIS ſita in ſylvis, paſcuis, montibus, vallibus, lacubus, loco longe amœniſſimo, ut mirum non ſit, Remum poſt tot loca peragrata, hunc

locum

locum præ omnibus elegiſſe, ubi pedem fige-
ſuumqve exſilium conſolaretur. Mœnibus
arci ſeptentrionem verſus adjacet lacus ing
dimidii milliaris & amplius longitudine, e q
lacu *fluvius Remus* oritur, corrupte ab incolis
vicinis Der Reim appellatus, qui ad alteram
bis latus effluens, inde per Bellini Trajectum,
ſarum arcem & oppidum præterlabens in H
lam tandem infunditur. Latitudo loci eſt
Graduum, Minutorum 24. longitudo vero gra
duum 31. minutorum 9. (cujus Topographia in
Frontiſpicio futuri TOMI VI. *Miſcellaneorum Li-
pſienſium* poſita extabit, vide jam *Tabulam* I. ibi-
dem occurrentem.) Hic porro in ſtudioſorum
Geographiæ gratiam tabulam ejus regionis Cho-
rographicam communicabimus, (quæ pariter
Frontiſpicio TOMI VI. *horum Miſc. Lipſ.* conſpi-
ci poterit, vide Tabulam II.)

§. 9. Fuit olim urbs ſpatio ferme triplo ma-
jor atqve jam eſt, ut ex foſſis & vallis ejus, q
etiamnum reſtant & apparent, & ipſe cum
ratione curioſe obſervavi, videre eſt. Urbs
olim munitiſſima, ut ex duplicis foſſæ & adm
randis murorum molibus facile apparet, & c
ſtellum ſive propugnaculum non tantum *co
tus Ruſſinenſium*, ſed etiam totius Marchiæ lim
qua Ducatum Megapolitanum tangit. Sed co
tinuis Marchionum Brandenburgenſium & D
cum Megapolenſium bellis decies ferme vaſta
ita ut tandem pace parta, in eam, quæ nunc eſt,

plane nullum fuiſſe, aut evidenter falſis deprehendi rationibus, non adeo facile dixerim. Vtitur enim colore, haud adeo a veritate abludente, & incautos ſpecie veritatis non parum conſtringente. Vt adeo operæ pretium judicem, omni cura ſollicitum eſſe, quo vel veritas ejus inquiratur, vel falſitas detegatur. Certe multum ad hunc finem obtinendum conduceret, ſi ipſa *adducta ſupereſſent marmora*, aut *tempus*, *quo hoc ſchediaſma in vulgus emiſſum conſtaret præciſe determinatum*, aut *Auctor cognoſceretur*, cujus fides judicium de hoc ipſo negotio conficeret. Verum, ut ab EXCELL. SCHOTTO edoctus ſum, omnia in obſcuro latent. Inquirant igitur viri eruditi, ſuamque hac de re aperiant ſententiam; forte aliquando da-


civibus non interpoſitam, audientiam obtinuiſſe. In *lacu*, de quo dixi, *medio exſurgit inſula oblongior* in montis cujusdam ſublimitatem, inſigni naturæ artificio admirabilis, a cujus uno latere, ubi lacus minus profundus fuit, inſula vicino continenti *ponte juncta* fuit, cujus reliquiæ & rudera in aquæ ſuperficie adhuc exſtant. Hæc inſula etiamnum hodie ARX REMI, item Remus Borchwall ab incolis dicitur. Hic *ante annos decem* cum altioribus fosſis ac lacunis terra inverteretur, *effoſſa ſunt cadavera, & oſſa cadaverum, ingentis & inuſitatæ magnitudinis*, ita ut incolis foſſoribus miraculi loco eſſent. Et quia aqua lacus quotannis aliquid fluctibus ſuis de terra inſulæ ejus aufert, quotidie plura deteguntur & inveniuntur: Effosſi quoque inter alia fuerunt *duo lapides*, unus minor quadratus, cujus trium palmarum crasſitudo. (Ejus ab uno latere vide in *Frontiſpicio* TOMI HUJUS V. *Tabula I. Fig. I.* ab altero autem *Tabula I. Figuram II.*) Alter, *marmoreus lapis* longisſima vetuſtate exeſus, cujus Diameter longitudinis continet ferme tres quartas ulnæ Marchicæ Brandenburgicæ, diameter latitudinis dimidiam ulnam. Crasſitudo continet unam quartam. In cujus latere hæc ſculptura, (quam vide in Tab. II. Figura I. *Frontiſpicio* HUJUS TOMI præfixa.) Hoc primo latere per ſex illas aves ſine dubio deſignantur *ſex vultures illi, qui Remo in* AVENTINO *Monte priores apparuerunt, cum Romulo in* PALATINO *duodecim* appa-

TABULA. I.

Figur. I.



Figur. II.



TAB. II.

p. 318. Fig. I.




Fig. II. p. 319



pparuerint, ſed poſterius. Unde REMUS avium multitudine & cœli fulgore, ut ſuperius dictum, ab ROMULO fratre victus ſponte ei conceſſit, & deſerto Latio & Italia, in hæc loca comitante multa paſtorum multitudine penetravit, inqve hoc prorſus amœniſſimo loco pedem fixit, & reliqvum vitæ vixit, & mortuus eſt. In altero latere inſcriptio eſt, (quam habes in Tabulæ II. Figura II. eidem TOMO V. *Miſc. Lipſ.* præmiſſa.)

§. 10. Habes Lector, quisquis es, lapidem, ut cum Satyrico loqvar, *adoranda robiginis, certe admiranda vetuſtatis*, præſertim in intimæ Germaniæ viſceribus, quo vix in ipſa Italia antiquiorem inveniri vere magis quam audacter adfirmaverim. *Hoc* iam *marmor* omnibus fabulis *de initio Urbis Roma, & de crudeli immanitate fratris Romuli in Remum fratrem*, *facile os obſtruxerit.* Ad explanationem eius quod ſpectat, etſi ingenue fateor, me non omnia aſſequi, litteris magna ſui parte vetuſtate arroſis & exeſis, reliquis fugientibus: hæ tamen quas adpoſui, utcunqve in illo leguntur & conſpiciuntur. Ex quibus quivis facile collegerit, non ſolum Romanorum hiſce in locis fuiſſe Coloniam (unde enim alias, & quorum antiquisſima hæc marmora, tum antiquisſimæ inſcriptionis, quæ non niſi antiquisſimam vetuſtatem ſpirant, quamvis prius poſteriore recentius?) Sed & *Remum a fratre profugum*, peragrata vicina Germania ad hunc penitiorem locum longe amœniſſimum & celeberrimum de-

ne-

netraſſe, ibiqve regnum condidiſſe, *& ſex ſ[illegible] vulturum in Aventino ſibi apparentium [illegible] exſpectaſſe, & in alio Aventino monte in[illegible] maniæ expertum eſſe.* Si non eadem cum [illegible] Romuli regni magnitudine & incremen[illegible] tem tali, quód dimidiatam portionem vul[illegible] augurio ſibi promiſſam facile adæquaret. [illegible] rei haud dubie documenta haberemus [illegible] videntiſſima, ſi pari ſtudio a Germanis [illegible] Romanis vel Latinis, res illorum geſtæ in [illegible] relatæ, & per hiſtoriam poſteris traditæ [illegible]

§. 11. Reſtat igitur, ut tu, *o Rema*, [illegible] urbium regina & orbis Domina, homini G[illegible] no pro tantæ rei magnitudine non aſſem, [illegible] tur, ſed *εὕρετρον* pares, tantæ rei inventione[illegible] gnum. Germano, inquam, qui feliciori [illegible] cio hoc ſepulchrum primus detexit, idque [illegible] ſtius, quod non tam de tota poſteritate [illegible] ſit meritus, quam de majoribus, & primis [illegible] tam auguſtæ incunabulis, totius orbis & [illegible] principis, quam adeo infami nota ſcele[illegible] parricidii in unicum fratrem, *ἐκ ἄνευ* [illegible] ravit. De reliquis ſuo tempore forte ube[illegible] *Chronicis Remanis*, vel *Remomontanis*, q[illegible] mus, B. V. Finis.

§. 12. His verbis Auctor [illegible] do laudatus ſuam propo[illegible] probavitqve ſententiam. E[illegible]

pla[illegible]

injurius eſſe, inter quos optime hactenus vixerat. Tandem vero cum DOMINICUS CAPRANICANUS, Legatus apoſtolicus, maximis viribus, quas *Eccleſiaſticas* vocat Philelphus, *Lib. I. Epiſt. XLIX.* urbem Bononienſium anno CIↃ CCCC XXIIX. occluſiſſet, magnasque hoc armorum ſtrepitu calamitates perpeteretur noſter, eloquentiæ profesſionem, a PALLANTE STROZA Florentinorum reipublicæ nomine ſibi oblatam, ambabus amplectebatur manibus. Multo quidem ditior locupletiorque erat illi apud Bononienſes ſparta, quam quæ a Florentinis ei offerebatur, hac tamen vice pretio ſpem emere ipſi majus videbatur lucrum, quam ibi diutius vivere, ubi ſecuritatis diſpendio argentum erat redimendum. Quamobrem impetratis a *Capranicano* litteris tuti itineris anno CIↃ CCCC XXIX. menſe Aprili, Bononia ſolvit.

In ipſo hoc itinere per litteras FRANCISCUM BARBARUM, LEONARDUM IUSTINIANUM, & MARCUM LYPOMANNUM, viros celeberrimos, ſalutavit. Florentiam vero cum veniſſet, initio ipſi læta erant omnia. Auditores quotidie habuit ultra quadringentos, neque hos exiguæ modo ſortis homines, ſed ex ordine etiam Senatorio nonnulli lectiones ejus frequentarunt. Quid? quod ipſi civitatis antiſtites iſtum in interiorem admiſerunt amicitiam. Præ ceteris autem COSMUM MEDICEN,

bitur occaſio, quid de iſto mo-
mento ſentiam aperiendi. N
aut laudem merebitur, au
gloriamque veritatis diu lat
aſſertæ, aut notam incurret d
ſed impuri impoſtoris.

Obſervatio CXVIII.
JOANN. HENRI
FOPPII,

Athenæi Carolini Bremenſis,
Scholæque cathedralis Sub-Re
proponens

Hiſtoriam vitæ & ſcripto
FRANC. PHILEL
litterariam,

ex ipſis ejusdem epiſtolis
collectam.

VExaverat tædioſa monachorum
litteratum in occidente orbem
ad lætiora FRANCISCI PETRA

Animadverterunt enim, Philelpho omnem à COSMO MEDICE ſalutem proficiſci, ſeque prius voto ſuo potituros non eſſe, quam ſi hunc ab ejus partibus abſtraxerint patronum. Omnem itaque navarunt operam, ut COSMO *Philelphum* redderent inviſum. Quapropter hic litteris apologeticis, *Lib. II. Epiſt. XXI.* Conf. Middendorp. *Acad. Lib. IV. p. 80.* lectu digniſſimis, ſibi ſuum rurſus fautorem vindicavit, qui malevolorum mendaciis nonnihil jam cedere videbatur.

At cum ob peſtilentiæ vim COSMUS iſte MEDICES cum familia ſua Veronam abiiſſet, diutius adverſariorum tela a ſe declinare haud potuit, meliusque ſe ſibi proſpecturum credidit, ſi hoſtibus ſuis, ſicariorum more pugnantibus, terga daret, *Lib. II. Epiſt. XXV.* Re quoque ipſa aliquando ſenſit, quid fuerit conſilii de ſe captum. Nam eum, abſente Coſmo, in publicam docendi gratia pergeret academiam, ex occultis in illum inſidiis factus eſt impetus. Fuit ſicarius togatus Florentini mercatoris more, ne agnoſci poſſet, qui educto repente longiori gladio, toga tecto, cuſpidem in Philelphi pectus direxit, transfodiſſetque illud omnino, niſi hic dextera manu facto pugno in ſicarium illico irruiſſet. A propoſito itaque loco ictus ille aberrans ſiniſtrum feriit brachium, omni tamen illæſum vulnere. Armis autem deſtitutus cohibere

abiit, ibidemque ſe adeo diligentem præſtitit, & Mæcenatibus & bonis omnibus fuerit cari-mus. Et utinam tantum pietate profeciſſet, quantos in litteris progreſſus fecit, nihil ſ ei defuiſſet, quod ab ingenuo proboque a-leſcente requirere ſolemus. Dum vero ita ſe mancipaverat, ut a ſcortatione etiam abſtinuerit, merito ab evergetis ſuis do magiſtratu autem civitate eſt ejectus, vid. AL ab ALEXANDRO *Gen. Dier. L. I. c.* De pleonaſmo teſtium, quorum tres ei fuiſſe traditum eſt, vid. RHODIG. *Lect. Antiq. L.* *c. XII.* & VOSS. *de Hiſt. Lat. L. III. c. VII. p.*

Adeoque cum BARTHOLOMÆUS CANZANUS haud fruſtra a ſuo revocavit pro-poſito, quo, cum Venetiis ageret, S. Bene religionem inire conſtituerat. Nam facilis conjectura erat, tam longum caſtitatis ſtudium cum æſtuante Philelphi ſanguine haud ſatis con-venire. Hinc in Græciam, ubi tunc litter ſtudia magno erant in pretio, navigare tuit, ut temporis tractu opprobrium iſtud ſuorum eriperet memoriæ. Fuiſſe hanc it quod in Græciam ſuſcepit, cauſſam, co verbis tradit CORNELIUS TOLLIUS *pend. ad Pier. Valer. p. 3.* quanquam ſolu Græcorum linguam amorem cauſſetur ip lelphus. *Lib. IX. Epp. Ep. LXV.* Conf. *Gelc Lexicon p. 1685.*

Quit-

Quicquid hujus ſit, *anno ætatis*, ut colligo, *vigeſimo ſecundo* Venetiis ſolvens in Thraciam trajecit, & Byzantium ingreſſus Græcorum diſciplinæ, EMANUELIS CHRYSOLORÆ, viri doctiſſimi, in primis opera adjutus, tanto ſe adplicuit fervore, ut cunctorum in ſe converterit oculos, procerumque plurimorum ſe inſinuaverit favori. Ipſe imperator JOHANNES PALÆOLOGUS eum, ſingulari plane & animi & linguæ ſolertia captus, ad nuptias SIGISMUNDI, Romanorum Imperatoris, miſit oratorem, & ad Eugenium IV. papam, ceterosque Italiæ principes, ut auxilia contra Turcam exoraret, legatum. vid. MORERI *Dict. p. 526.* Voſſ. *de Hiſt. lat. Lib. III. Cap. VII. pag. 183. Chryſolora* atque hujus conjugis, *Manfredina*, in fatali deinceps C Politanorum ſtrage in obſcuram a Turcis actæ ſervitutem, ſibi ita devinxit animos, ut filiam ipſi ſuam, *Theodoram*, deſponderint, brevique poſt dederint in matrimonium. Quæ cum eſſet Græcorum ſuadæ magiſtra, ex quotidianis confabulationibus linguæ iſtius indolem, accentum, & quosvis idiotismos accuratiſſime imbibit. Conf. *ad Naudæana Additament. p. 192.*

Hac inſtructus Græciæ elocutionis ſuavitate cum in Italiam, a qua ſeptem annos & quinque menſes abfuerat, reverteretur, oraculi inſtar primo expetebatur ab omnibus. Nec tamen hoc ſufficiebat Philelpho, quippe qui ex pericu-

riculoſa ſua & hactenus intentata ad Parnaſſum via aureos ſibi in Italia montes pollicebatur. Nam cum Venetias eo tempore veniſſet, quo peſtifero aëre vexarentur incolæ, omniumque artium commercia ob doctorum procerumque abſentiam veluti proſtrata jacerent, adeoque ipſi e veſtigio ordinarium litteras docendi munus adſignari non poſſet, exſpectationis pertæſus, omnibus amicorum & obteſtationibus & pollicitationibus inſuper habitis, Bononiam abiit.

Hic ex voto primum omnia cedebant noſtro. Eo enim ipſo die, quo urbem ingrediebatur, magnus ad illum & doctorum, & civium concurrebat numerus. Poſtridie ad eum veniebat LODOVICI ALAMANDI, Cardinalis *Harelatenſis*, Legatique Apoſtolici nomine ALBERTUS FLORENTINUS, Quæſtor apoſtolicus, a quo, ut dominum ſuum Cardinalem conveniret, monitus dicto fuit audiens, & poſtquam non incommoda, ut ipſe id de ſe gloriatur, *Epiſt. Lib. I. Epiſt. XXIV*, LODOVICUM ſalutaſſet oratione, publico ab hoc dicendæ artis oratoriæ moraliſque philoſophiæ muneri præfectus eſt, cum ſalario quadringentorum & quinquaginta aureorum.

Variæ quidem Philelpho, cujus fama univerſam jam impleverat Italiam, eædemque honeſtiſſimæ paſſim offerebantur conditiones, quas tamen omnes modeſte recuſare maluit, quam in iſtos inju-

ria quadam iſtius ſerva ſubito exanimata, magnum adverſus illum excitavit tumultum plebs iracunda, adeo ut, inſcio magiſtratu, urbe ſua omnem ejus pepulerit familiam.

Cum hac igitur erravit in campis miſer, donec ſedato paullulum plebis furore, honoratiores quidam Cremonæ cives villam ei tradiderunt incolendam in proximo ſuburbio, de qua in litteris ad MATTHÆUM PISAURENSEM *Lib. IX. Ep. LX.* ſcribit, quod omnia ibi defuerint, *præter culices pulicesque & muſcas.* Et in tanta tamen hac calamitate animum non abjecit, nec jocari deſiit. CHRISTOPHORUM MARLIANUM ita invitavit ad ruſticas ſuas epulas, *Lib. IX. Ep. LXIII. Nec vacuus omnino venias, atramenti aliquantulum tecum adfer. Nam atramentarium meum æque ſitit, atque nos omnes.* JACOBO CAMERINATI ſic ſcripſit *Lib. IX. Ep. LXVI. Hodie mihi philoſophica cœna futura eſt, eaque Diogenica. Poſtridie vero ne cum arida quidem Cerere menſam mihi futuram video.* Anno hoc cIↄcccCLI ad finem properante Mediolanum rediit. Sed anno cIↄ ccccLIII. impetrata a principe ſuo abeundi venia, Roma Neapolim petiit, ut ALPHONSO regi opus ſuum Satyricum, huic regi dedicatum, ipſe traderet.

Romæ a NICOLAO V. Pontifice perhumaniter exceptus, & quingentis donatus eſt ducatis. Regem vero illum Capuæ offendit, qui, clementer accepto libro, Philelphum in maximo prin-

cipum

& PALLANTEM STROZAM fam
LEONARDUM ARRETINUM h
amicum. Hinc in iſtis, qui ſoli ſapient
deri voluerunt, hæc Philelphi auctoritas
liveris & plus invidiæ peperit.

Sed gravior omnino fuit injuria, qu
ipſi fecit Philelphus, dum librorum ſtudi
& cum magnatibus conſuetudini tan
pendebat argenti, quantum quidem
conſueverat, ſed quantum Florentini
ſuppeditare haud poterant. Conjectu
a creditoribus in carcerem, ex quo, c
diquaque pecunia, vix ſeſe liberare po
beratus tandem in totum ſe Florentinis
nium, præmio quotannis trecentorum
quaginta aureorum oppignorare in
buit.

Nominis interim Philelphiani hoſt
illi modo nocere ſtuduerunt, ac, ut Ph
ægre facerent, ſummas, qui ſalariis do
impendebantur, minuendos eſſe ſuaſer
bono rectius conſuleretur publico.
ſere ſtatim doctores reliqui, inſidiarum
non ignari, ſolus autem Philelphus, a
vehementer preſſus, ſe huic oppoſuit
tioni, & habita in conſeſſu totius ſapient
vocabantur, collegii oratione, id effecit
ceteri in ſalariorum uſu quieti fuerint
Hinc aliam ejus adverſarii ingreſſi ſunt

Anim

bus à NICOLAO V. auctam, vendere conſtituiſſet, cui ſe non minus ſerio quam graviter oppoſuit. Atqve hac de cauſſa illius ſucceſſori, PIO II. tam carus fuit, ut ei ex Romanæ curiæ theſauro ducenti quotannis ducati numerarentur. Quam munificentiam ut coram ſubmiſſe prædicaret, Romam eſt profectus a. cIↃ cccc LVIII. ex quo itinere redux febri tertiana aliquamdiu laboravit.

Nec omnino ſanitati reſtitutus erat, cum illum anno ſequente SPHORTIAS, pontificem Mantuæ commorantem aditurus, oratorem deſideraret. Fecit tamen Philelphus, quod ſui erat officii, & coram papa Romano pro ſuo principe, magno cum adſidentium adplauſu, eſt locutus. Hinc Mediolanum reverſus, quietius paullo vivere cœpit, ita tamen, ut in perorando nemini operam ſuam denegaverit, quem iſta quidem dignum judicavit.

Anno cIↃ cccc LXXV. adeoqve *ſeptimo & ſeptuageſimo ætatis anno*, a SIXTO IV. pontifice, Romam evocatus *Tuſculanas Ciceronis quæſtiones* publice prælegit. Audiamus hac de re Philelphi auditorem, ALEXANDRUM AB ALEXANDRO, *Gen. Dier. Lib. I, Cap. XXIII. p. 37. b. Cum Philelphus ævo ingraveſcente celebris fama haberetur, & optimatum rogatu acceſſituqve Romam adventaſſet, experiri credo volens, quantum dicendo valeret, Tuſculanas quæſtiones Ciceronis publice in ſcholis legere aggreſſus eſt. Ad eum quotidie con-*

cur-

hibere non potuit, quo minus in faciem
rit percuſſus. *Lib. III. Epiſt. IV.*

Vix itaqve finito, quod Florentinis pr
rat, triennio, Senam ſe recepit. Sed neq
ob locorum propinquitatem tuto ei vivere
Nam Senam illum inſecutus erat ſicarius,
Florentiæ divina manu fuerat cohibitus,
tandem patraret facinus. Quia vero ho
tempore Philelphus ad *Petriolanas balne*
exſpatiatus, omne latronis interim, quo
ſcio, detectum eſt conſilium, ipſeqve ſica
ceri incluſus, cui Philelphus brevi poſt
judicio dexteram manum abſcindi con

Interea COSMUS & LAUREN
MEDICES, germani fratres, Florentiæ
excitaverant, quibus hic ſuperior factus i
quamdiu vinculis conſtrictum ad Vene
gavit. Et hoc, ceu factionis capite, remo
les diſcordiæ tantiſper quieverunt, dum
quente COSMUS MEDICES, argent
gio in urbem revocabatur. Tum enim o
qui a Coſmi partibus haud ſteterant, ejic
partim, partim publice etiam proſcribeba
quod Philelpho quoqve contigit, victo
ctenus ſecuto.

Bononienſes erant, qui Philelpho, infin
me malis circumſepto, aliquam adferebat
luptatem, ad *oratoria* artis & *philoſophi*
feſſionem eum revocantes. Venit huc
cIↄ cccc XXXIX, ſed tantum hujus quoqve

cum

bus a NICOLAO V. auctam, vendere conſtituiſſet, cui ſe non minus ſerio quam graviter oppoſuit. Atqve hac de cauſſa illius ſucceſſori, PIO II. tam carus fuit, ut ei ex Romanæ curiæ theſauro ducenti quotannis ducati numerarentur. Quam munificentiam ut coram ſubmiſſe prædicaret, Romam eſt profectus a. cIↃ cccc LVIII. ex quo itinere redux febri tertiana aliquamdiu laboravit.

Nec omnino ſanitati reſtitutus erat, cum illum anno ſequente SPHORTIAS, pontificem Mantuæ commorantem aditurus, oratorem deſideraret. Fecit tamen Philelphus, quod ſui erat officii, & coram papa Romano pro ſuo principe, magno cum adſidentium adplauſu, eſt locutus. Hinc Mediolanum reverſus, quietius paullo vivere cœpit, ita tamen, ut in perorando nemini operam ſuam denegaverit, quem iſta quidem dignum judicavit.

Anno cIↃ cccc LXXV. adeoqve *ſeptimo & ſeptuageſimo ætatis anno*, a SIXTO IV. pontifice, Romam evocatus *Tuſculanas Ciceronis quæſtiones* publice prælegit. Audiamus hac de re Philelphi auditorem, ALEXANDRUM AB ALEXANDRO, *Gen. Dier. Lib. I, Cap. XXIII. p. 37. b. Cum Philelphus ævo ingraveſcente celebris fama haberetur, & optimatum rogatu accerſituque Romam advenταſſet, experiri credo volens, quantum dicendo valeret, Tuſculanas quæſtiones Ciceronis publice in ſcholis legere aggreſſus eſt. Ad eum quotidie con-*

Nam cum populus Mediolanenſis libertatem quæreret, ceteri vero, duce FRANCISCO SPHORTIA, qui hunc principatum ob uxorem ſuam BLANCAM MARIAM, *Philippi filiam* poſcebat, iſti ſe opponerent, in factiones & partes diſſipata eſt civitas florentiſſima. FRANCISCUS SPHORTIAS, quia nullam ſubmiſſionis ſpem fecit populus, urbem copiis ſuis cinctam tam gravi preſſit obſidione, ut obſeſſorum multi inedia perirent, & feles atqve canes omniaqve immunda eſu conſumerentur.

Vexavit hæc temporum difficultas noſtrum quoqve Philelphum, cujus calamitatem haud parum auxit illorum injuria, qui ei, ut *Sphortianæ factionis ſuſpecto*, in diſtributione panis ad vitam ſuſtentandam, aliquoties denegarunt alimenta. Florentinos juſſu Senatus populiqve per ſupplices litteras vocavit quidem in auxilium noſter, præmiiqve loco accepit prædium in aureorum duo millia, ſed non exſpectarunt hos ſocios Mediolanenſes. Inedia enim fatigati illorum potiores noctu, ex citato tumultu, Sphortiam intromiſerunt in oppidum, primaqve luce ritu exceperunt ſolemni, *Lib. VII. Ep. X.* Affulſit, hac rerum facta mutatione, cum univerſæ civitati, tum noſtro etiam Philelpho, lætior aura. Princeps enim iſte rerum potitus Philelphi eruditione delectabatur valde, eidemqve benigne favebat. Obpeſtiferam vero aëris contagionem anno cIↃ cccc LI. Mediolano ſe Cræmonam recepit, ubi, mercena-

ria

Abſtulit inſignis corpus ſera Parca Philelphi:
Ingenio graſſans mors nocuiſſe nequit.

HIERONYMO autem BALBO debetur iſtud:

Itala Cecropiæ Pallas conjuncta Minervæ
Et ſtetit & cecidit morte, Philelphe, tua.

BLOUNT. *Cenſ. p. 472. ſq.*

Ex his Philelphi fatis atqve factis abunde jam conſtare poſſe arbitror, fuiſſe eum temperamenti cholerici, quo ad ambitionem actus honores ſibi, ut unicum vitæ felicitatisqve ſcopum præfixit, ita tamen, ut a voluptatum non plane abhorruerit illecebris. Nam etſi cholerico iſtius temperamento melancholicum potius, quam ſangvineum, ob ejus adverſus principem ſuum perfidiam & αὐταρκείας defectum, adjungendum proxime videri queat, deinceps tamen patebit, hunc perfidum ſuaqve ſorte nunquam contentum ejus animum ab ipſa ambitione labem ſuam accepiſſe. Tantum vero abeſt, ut voluptatibus fuerit inimicus, ut potius illis indulſerit quam lubentiſſime. Hinc juvenis ſcortationis vitio ſeſe commaculavit, & poſtea licet cupiditates iſtæ ineuntis adoleſcentiæ, cum jam ætate matura ſeneſceret, aliquo modo deferbuerint, ut loquitur ALEXANDER AB ALEXANDRO, *Lib. I. Cap. XXIII.* & ſub ambitionis peplo magis latere cœperint; paſſim tamen alio indutæ habitu ſe rurſus prodiderunt, quo meticuloſitatem ejus, rei domeſticæ neglectum,

cipum conſeſſu auratum equitem creavit. Idem cum deinde ad quartum ab urbe lapidem in agro ſtatuiſſet tentoria, Philelphum comitem ſuis donavit inſignibus. Tandem, cum regem ante diſceſſum ſuum ſalutaturus iſtius caſtra repetiiſſet, Philelphi capiti ipſe rex ornatisſimam impoſuit lauream, hac uſus oratione: *Nos te, mi Philelphe, jampridem videre deſiderabamus, quod nobis contigiſſe gaudemus. Nam opinionem de te noſtram non æquaſti ſolum, ſed admodum ſuperaſti. Donavimus te antea dignitatis militaris noſtrique inſignibus, reliquum eſt, ut, quod tibi maxime debetur, poëtica laurea te ornemus, quam capiti tuo tibi bene merenti imponimus.*

Tantis ab Alphonſo onuſtus beneficiis, Romæqve in reditu ſuo *Secretarii Apoſtolici* titulo auctus, eo laborare cœpit faſtu, ut clementiſſimum optimeqve de ſe meritum principem, FRANCISCUM SPHORTIAM, & ſe ipſum ferè amplius non noverit. Ac ut alii quoqve intelligerent, quam ingentem fortunæ paſſus ſit viciſſitudinem, ſex domum redux aluit equos, habitumqve philoſophicum cum militari commutavit.

Id præ ceteris miraudum, ac in Philelpho eſt laudandum, quod *a bruta papæ Romani veneratione* ſe præter omnem ævi iſtius conſvetudinem non nunqnam abſtraxerit. Dedit huius rei documentum, cum CALLISTUS III. pretioſam eccleſiæ Romanæ bibliothecam, infinitis ſumtibus

inde ad ſeveriora gravioraqve ſtudiorum genera propenſio, in criſi judicium exquiſitum, quod in carminibus etiam ejus orationibusqve magis, quam ingenium, admiraberis, ſtili nitor coactus & a fluida ſangvineorum gratia paullulum declinans, perpetua cum muſis converſatio, & ſumma in functionibus cunctis fides, ut ſolent ambitioſi in exantlandis ſuis laboribus eſſe tam promti quam idonei. Hinc fructus improbæ ſuæ diligentiæ ſentiens, cum inclinationem hanc, gloriam curſu nimis concitato inſequentem, ſatis continere neſciret, veræ eruditionis limites transgreſſus, & circa verba nimis religioſus, ut loquitur PETRUS NANNIUS, *in Horat.* apud BLOUNT *l. c. p.* 471. in pædantiſmum irruiſſe videtur Philelphus. Nolo hic adducere, quod narrant alii, Philelphum ad comparandam ſuaviorem lingvæ græcæ elocutionem ſubtili quadam lima quotidie dentes ſuos poliviſſe; Provoco potius ad lepidum ejus de ſyllabæ alicujus modulo cum TIMOTHEO Græculo certamen, quod ex Jovio narrat MATTHIAS KÖNIGIUS *Biblioth. p.* 630. Conf. BLOUNT, *p.* 471. THORSCHMIDT *de meritis Poggii in rem literariam, p.* 10. Celeb. MENCKEN. *De charlatan. erud. p.* 74. & *Miſcellanea* hæc Lipſ. *T. I. p.* 46. Gelehrten=*Lexic. p.* 1685. VOSS. *de Hiſt. lat. L. III, c. VII. p.* 163. Inter iſtos enim ita tandem convenit, ut, ſi vinceretur Philelphus, errorem pecunia lueret, ſin vero vinceret, barba adverſario

 reſcin-

curſus ſtudioſorum juvenum, & clari [illegible] *profeſſorum frequens fiebat. Ipſeqve* inter*gendum firma etiam tunc voce & latere,* [illegible] *exquiſitis eloquentiæ generibus præceptisqve* [illegible] *los imbuebat, exploratoqve judicio ſingula* [illegible] *genera & philoſophorum ſcita multo cum nit*[illegible] *cultu penſitabat ac rimabatur,, Eum ego ado*[illegible] *tulus ſenem inter ceteros coævos meos colui &* [illegible] *vavi.* Idem quoqve Alexander narrat, Phil*pho Romæ de eo, quod Ciceronem ludum* [illegible] *ruiſſe litterarium adfirmaſſet, cum gram*[illegible] *quodam, florentis facundiæ viro, & Philelphi* [illegible] *ctrinæ æmulo, ortam eſſe controverſiam,* [illegible] *demqve tandem eo declinaſſe, ut non* [illegible] *ne amplius, ſed clamoribus prope & dimica*[illegible] *nibus res acta fuerit.*

Romæ hoc defunctus munere Philelphus Me*diolanum rediit, indeq; multas alias Italiæ* [illegible] *las viſitavit, ac ubiqve laudis ſuæ egregia* [illegible] *documenta. Tandem Mediolano Bono*[illegible] *profectus, hic anno* ↄIↄ ccccLXXXI. [illegible] LXXXIII. adeoqve nonagenario proxim[illegible] dum vero nonagenarius, ut CALVISIUS [illegible] *Op. Chron. p. 1130.* obiit, & *in tanta quid*[illegible] *penuria*, ut, JOVIO teſte, *Elog. n. 17.* ad [illegible] dum funus & coquinæ & cubiculi inſtr[illegible] fuerint divendita. Effigiem ejus, balte[illegible] ſtri laureaqve poëtica ornatam, hoſpitib[illegible] blica decurionum domo oſtendunt TO[illegible] TINATES, vid. KöNIG. *Bibl. p. 630.* Poſt[illegible] eſt hoc epitaphium:

divinæ imprecatio vindictæ, qua Cræmonenſium injuriam ulciſci voluit, nullam ſapit æquanimitatem aut manſuetudinem. In litteris ad Auguſtinum Narnienſem iis ita valedicit: *Lib. IX. Epiſt. LXXI. In craſtinum diem bine ſolvam, quod eo facio libentius, ne qua per me accedat vel utilitas, vel voluptas ad tuos iſtos barbaros, quos Deus optimus maximus radicitus perdat, idque propediem!* Et JACOBO CAMERINATI, qui pro Græmonenſibus verba fecerat, ſic reſpondit: *Abeant in rem malam Cremonenſes tui, & tu item cum iſtis, ſi dignos putas, quibus ignoſcam, L. IX. Epiſt. LXXII.*

Porro, ut ſolent ambitioſi homines cum illis injuſte & crudeliter agere, quos ſibi præferri metuunt, ita noſter quoque Philelphus, ſibi ſoli ſapientis titulum deberi ratus, alios quoscunque juxta ſe contemſit, id quod ex tædioſa ejus jactantia, quam ex litteris ad Cicchum Calabrum ſtatim citabo, & canino rixandi ſtudio manifeſtum fiet. Nec in eo ſe ambitioſorum numero exemit, quod fidei haud ita ſe tenacem præbuit, ea tum modo ſervata, cum inde laudi ſuæ aliquid acceſſurum animadvertit.

Quis excuſabit, nedum laudabit, Philelphi a COSMO MEDICE defectionem? Quis feret ejus in SPHORTIAM principem contumeliam, qua illi, cum ab ALPHONSO rege ſplendidis auctus eſſet muneribus, *famelicam tenuemve menſam* exprobravit, *Lib. XI. Ep. XLIII.*

ad jocos proclivitatem, nimiamqve inconſtantiam referri poſſe puto.

Et ab hac ſuſpicione Philelphum non liberat *ejus in vivendo frugalitas*, qua, vilioribus obſoniis contentus, lautas delicatasqve dapes contemnere videri voluit. Nam inde hoc tantum colligere licet, voluptatem ambitionis ſtimulo apud Philelphum fuiſſe inferiorem. Ejus ſcilicet magnificum vitæ genus, cum omnia conſumſiſſet bona, ne contemtum etiam crearet, famamqve Philelphiani nominis aliqua ex parte minueret, *famelica* hæc paupertas philoſophicæ generoſæqve frugalitatis nomen aſſumere debebat.

Fuiſſe vero Philelphum *faſtus plane intolerabilis*, agnoſcunt omnes, quotquot ejus mentionem fecerunt. JOVIUS eum *ingenio in ſtudiis eſtuante, vario, ambitioſo, quod neminem ſibi exæquari litteraria laude pateretur*, fuiſſe ait. *Sibiipſi Philelphum vel maxime placentem* nominat FLORIDUS SABINUS, *Apol. in calumniat. L. L. multaqve ſibi nimium arrogaſſe*, obſervat GYRALDUS, apud BLOUNT, *l. c. p. 471.* Conf. VOSS. *De Hiſt. lat. L. III. C. VII. p. 184.* Ambitionis itaqve, ceu dominantis in Philelpho inclinationis, effectus paullo penitius perluſtrare lubet, tam iſtos, qui ſunt vitioſi, quam hos, qui virtutum ſpeciem mentiuntur.

A primis annis egregia Philelphi indoles, diligentia incomparabilis & adſiduitas laborumqve perpeſſio vigilantiſſima ejus ad altiora adſpirantem detexerunt animum. Acceſſerunt deinde

litteras, quam in familiarium confabulationibus ſuum nimis aperte faſtum prodidit, de ſe ipſo ſemper loquendo, ſuamque laudando eruditionem atque merita. Hoc teſtari poſſunt epiſtolarum plurimæ, quæ noſtris volvuntur manibus. Ita, cum GVARYNUS Veronenſis in epithalamio, quod Philelphus in inclytæ Beatricis & Triſtani Sphortiæ nuptiis Ferrariæ habuerat, aliquid notaſſet, quod omiſerit Philelphus, hic ſatis magnifice de ſe ipſo ad LODOVICUM CASELLAM ſcripſit, *Lib. XII. Epiſt. LXIIII. Gvarynus videtur oblitus, Philelphum in ſcribendo nihil omnino neque præterire, neque negligere ſolitum. Quid enim Gvarynus novit, quod Philelphus ignoret?* De ſuis etiam profectibus ad nauſeam usque gloriatur in litteris ad PALLANTEM STROZAM, in quibus ſe Virgilio, Ciceroni omnibusque Latinorum ſcriptoribus longe præfert, *Lib. XIV. Epiſt. VIII.*

Et iſtas, quibus ſe contra Petri Candidi Decembris incuſationem à Φιλενεπίας crimine liberare ſtudet, CICCHO CALABRO, gravi & honeſto viro, fuiſſe moleſtisſimas, facile mihi perſuaderi patior, ubi inter cetera hæc faſtidioſa conſpexi verba: *Lib. XVI. Ep. XXXIV. Unum Philelphus audet affirmare, vel inſaniente Candido, neminem eſſe hac tempeſtate, nec fuiſſe unquam apud Latinos, quantum conſtet ex omni hominum memoria, qui præter ſe unum idem anni tenuerit exercueritque, & græcam pariter & latinam*

reſcinderetur. Victor itaqve Philelphus adeo inexorabilis fuit, ut barbam ab hoſte pecunia redimi prorſus concedere noluerit, ſed eam Timotheo, non ſine magno ludibrio, novacula abradi juſſerit. Atqve hac adverſus eos, a quibus ſe læſum judicavit, iracundia, ceu ambitionis genuina propagine, ſic laboravit Philelphus, ut nemini delicti veniam ante exactam hujus ſatisfactionem, dederit, & tamen, illa obtenta, æquanimitatis laudem adfectaverit. Nam THOMÆ SENECÆ, cui diu jam ſuccenſuerat, petulantiam ſuam per litteras ſubmiſſe deprecanti, ita reſpondit. *Lib. II. Ep. XIX. Non te latet æquanimitas mea, & quam ferre perfacile conſvevi hominum injurias, præſertim eorum, qui ſuæ non ſunt ſpontis.*

Utrum vero Philelphus ſuæ fuerit ſpontis, an autem hæc gloriatio ex vano vanæ laudis aucupio profluxerit, judicatu illi non erit difficile, quem Philelphi excandeſcens & iracundus non plane fugit animus. Nimis aperte iſtum prodidit in controverſia, quæ ipſi Romæ a grammatico quodam de eo, quod *Ciceronem ludum aperuiſſe litterarium* dixerat, movebatur. Nam *excandeſcentem tunc Philelphum tanta indignatione exarſiſſe*, narrat ejus auditor, ALEXANDER AB ALEXANDRO, *Gen. Dier. f. 38. a.* ut adverſarium ſuum *indoctiſſimum omnium indoctorum* vocaverit. Quocum plane conciliare nequeo, quæ modo retulerat Alexander, *l. c. f. 37. b.* Philelphum fuiſſe *mitem & placidum.* Ejus profecto

Y divi-

qui eſt admiratus. Hinc ſalſe eum perſtringit ERASMUS in *Ciceronian. p.* 156. *Franciſcum Philelphum honore cognominis* Ciceroniani *plane dignarer, ſi tam placeret eruditis omnibus, quam placuit ſibi. Et affectavit quidem ille Ciceronis effigiem, ſed parum feliciter. Nec usquam illi diſſimilior eſt, quam ubi maxime oportuit eſſe ſimilem, nimirum in orationibus.*

Et hæc communis omnium eruditorum eſt opinio, *Philelphum in orationibus Tullianam ſuavitatem haud imitari*, quia orationis vita, numerus, in iis plane deeſt. Ipſe Ludovicus Vives, ſummus alias Philelphi admirator, hoc fatetur lubens, *Lib. III. de tradend. diſciplin. In Franciſci*, ait, *Philelphi verbis plane nihil deſideres: Ejus tamen lectio eſt moleſta, quod motu omni & quaſi vita caret.*

In Græcis eum non fuiſſe accuratiorem, miratur PETRUS NANNIUS, cujus verba adducit HUETIUS, *de claris interpretibus, p.* 267. Conf. BLOUNT. *Cenſ. p.* 471. *Tranſtulit Xenophontis multa, cumque videret verborum elegantiam, verbum verbo reddere voluit. Ceterum non potuit ex fide reddere, quæ in Græcis reperiebat, quod mirum in homine Græco.* Addit HUETIUS: *Græco, opinor, ſermonis græci peritia, non natione.*

In Philelphi carminibus, quorum quædam ex tempore fudit, (vid. VOSS. *de Poëtis lat. cap. VII. p.* 256.) impetum quidem poëticum, ſed *non ſatis*

eundemque *ſuum* ſubinde vocavit *reg*
Decori quidem externi obſervantiſſimus ſi
voluit Philelphus, ſed dum iſto nimium de
batur, & immoderato prorſus amore in tu
ferebatur pompam, honeſtatis laudem apud
dentiores eodem hoc immodico honeſtati
dio plane amiſit. Licet enim honoribu
autem divitiis, cumulatus victui ſuo, q
muſis & ornatui aliquid detrahere maluer
magnas aliquamdiu opes fuerit mentitus,
curſus tamen creditorum eorundemque fre
tiſſimæ adverſus Philelphum in judicio
ſatis explicarunt, quam periculoſa ſit &
hæc decori obſervantia, quæ marſupium
fligit.

Lætiori hinc uſus fortuna tantum ab
inſolentiam ſuam continuerit, ut potius
trica tum Bibliothecæ, tum habitus, tum
rum oſtentatione omnes ſuas exhauſerit f
tates. Adeoque, cum filiam ſuam viro de
diſſet, falſa divitiarum ſpecie forſan de
ditioribus Italiæ principibus, ne omni
rum fide deſtitutus ob pauperiem conte
tur, dotem emendicavit, ſummamque e
iſtiusmodi verborum ambiguitate texit, u
mendicaverit, an juſſerit? vix dignoſcere

In converſatione non fuit ita injucu
illi ſolent, quos melancholia, ambitioni
adeoque craſſior ſanguinis fluxus reddit.
ſiores. Inter colloquendum tamen, tam

Ineſt omnino Philelphi ſtilo mira quædam imitandi facilitas, nec familiares ejus epiſtolæ, dum brevitatem plerumque ſectantur, pubi ſcholaſticæ lectu ſunt moleſtæ, tum & illa maximam partem argumenta tractant, quæ in ſcholis apprime uſui venire ſolent; jam enim libri repetuntur, jam invitantur amici, jam ſilentium vel reprehenditur, vel excuſatur, & cetera, in quibus ſe exercere ſolent, qui ſtili artificio incumbunt. Imo & ibi numerum orarorium, ubi deeſt, facili negotio reſtitui poſſe, ſuo nos exemplo docet LAZARUS BONAMICUS BASSANENSIS, qui humaniora, ut vocantur, ſtudia in gymnaſio Patavino eſt profeſſus. Hunc enim, ajunt, quandam Philelphi orationem, eruditam quidem, ſed nulla juncturæ elegantia conſcriptam, verborum ordine tantum immutato, talem effeciſſe, ut ab alio quovis potius, quam a Philelpho conſignata videretur. Vid. VOSS. *Comm. Rhet. P. II. Lib. IV. Cap. IV. p. 79.*

Sed quicquid tandem de Philelphi ſtilo ſtatuamus, eum omnes ætatis ſuæ philoſophos doctrina multum ſuperaſſe, nemo unquam diffiteri auſus eſt. Idem indicat FLORIDUS SABINUS, *loco ſuperius citato*, (Conf. VOSS. *de Hiſt. lat. Lib. III. Cap. VII. p. 154.*) qui, eruditorum de oratione Philelphiana controverſiis enumeratis, tandem addit: *Doctus tamen fuit, magnaque auſus.* Adeoque eruditi orbis gratiam atque favorem mihi polliceor non omnino nullum, ſi, fa-

orationem in omni dicendi genere, & proſa & verſu. In veritatem laudis hujus propriæ nunc non inquirimus, ſed indicaſſe ſufficit, Philelphum hæc ſcribentem decori plane immemorem fuiſſe.

Ad rem familiarem, quod alias cum ambitioſorum genio pugnare non videtur, minus fuit attentus, dum in oſtentationem vertit omnia. In comparandis libris enim prorſus inſatiabilis fuit, quæ res quanti tum temporis, cum manu omnia deſcribenda eſſent volumina, conſtiterit, conjici facile poteſt vel ex ipſo Philelpho, qui PETRO PERLEONI, epiſtolarum familiarium Ciceronis pretium vulgare ducatos eſſe decem, ſcribit, *Lib. X. Epiſt. XXV.* Jam, Philelphi bibliothecam tantos poſtulaſſe ſumtus, non miror, cum libris omnium maxime ætate ſua abundaverit, *Lib. XIII. Epiſt. XLII.* Sed & hoc negari nequit, Philelphum iis ſtudiorum ſubſidiis egregie quoque uſum eſſe, magnumque eruditionis variæ theſaurum ſibi collegiſſe, qui qua ratione nobis inſervire queat, paucis porro nunc inveſtigabimus.

De ſtilo Philelphi, quem primo loco vocabimus ſub examen, magna ſententiarum in orbe erudito eſt diverſitas, laudantibus aliis, & aliis eum omnino rejicientibus. Philelphus quidem ipſe ſi litem hanc definire poſſet, nullum haberemus, qui illi ulla ex parte æquiparandus, nedum anteponendus eſſet; ita ſuam in ſe ipſo vim eloquii

num Cæſarem e græco in latinum traductio, cum præfat. ad illuſtriſſ. principem, Philippum Mariam Anglum, inclytum Mediolanenſem ducem. Mediolani, impreſſa etiam cum ejus Orationibus.

Xenophontis Socratici (1) *de pædia Cyri*, (2) *de republica Lacedæmoniorum*, (3) *de regis Ageſilai laudibus, traductio latina.* Hanc in editione ſua operum Xenophontis retinuit quidem Henricus Stephanus, ita tamen, ut docta hujus manus illam paſſim caſtigaverit. Exſtat eadem in editionibus latinis & græco-latinis Baſileenſibus. Vid. Celeb. Fabricii *loc. cit. Lib. III. Cap. IV. p.* 72.

Vita Lycurgi & Numæ Pompilii a Plutarcho conſcripta traductio latina. Mediolani.

Galbæ & Othonis Cæſarum vita ex Plutarcho latine traducta, ad Malateſtam Novellum. Mediol. cIↄ cccc LIV.

Plutarchi Apophthegmata Laconica, e græco in latinum traducta, ad Nicolaum V, pontificem maximum. Mediol. cIↄ cccc LIV. Impreſſa cum ejus Orationibus.

Satyrica exhortatio, verſibus ſcripta, ad inclytum principem Mediolanenſium pro Genuenſibus & exſulibus Florentinis. Jenæ.

Convivia Mediolanenſia. Opus eſt præſtantiſſimum, libris II. conſtans. Abſolvit hæc Convivia Philelphus eademque Thomæ Thebaldo dedicavit anno cIↄ cccc XLIII. Prodierunt deinde

ubique expolitum agnoſcit BORRICHI *de Poëtis p. 102.* illumque crebro in metrum ca*ſſe*, obſervat VOSSIUS, *de arte gramm.* *cap. XL. p. 110.* qui tamen hanc ſeculo, quo vi culpam tribuit, *de poëtis lat. cap. VII. p. 256.*

De epiſtolis rigidisſimum fert judici MORHOFIUS, eas *ſententiis inanes & frigidas* vocans, *Polyhiſt. Lib. I. Cap. XXIII. & rat. conſcribend. Epiſt. Cap. I. p. 9.* Modeſti loquuntur ERASMUS, *loc. cit.* WIMPHE LINGIUS *Iſidon. Germ. Cap. XXIX. f. XVI.* & LINDENBORGIUS, vid. STARCK. *Præf. Theſ. Epiſt.* quorum iſte Philelphum in epiſtolis *Tullium ſatis adumbrare* putat; ille eas ſibi *mirum in modum placuiſſe* teſtatur, hic vero *tam propter rerum varietatem, quam orationis elegantiam* commendavit. Sed idem de omnibus Philelphi epiſtolis non eſt ferendum judicium. Sunt omni no inter iſtas, quæ ſine omni cura & αὐτοσχε-διῶς conſcriptæ a ſuada Tulliana quam lon gisſime abſunt: Sunt, quæ ex barbarie iſtius ævi aliquid, præter ipſam forte Philelphi opinionem, admixtum habent: Sunt tamen etiam, quæ accuratiori lima perpolitæ, & fortasſis tum ela ratæ, cum intenſior quidam affectus Phil manum dirigeret, haud procul a Ciceroniana fe cunditate recedunt. Adeoque illorum opera non poſſum non probare, qui elegantiores Phi lelphi epiſtolas ſeparatim ediderunt, easdemque ſcholaſticæ juventuti impenſe commendarunt.

Inest

Ineſt omnino Philelphi ſtilo mira quædam nitandi facilitas, nec familiares ejus epiſtolæ, non brevitatem plerumque ſectantur, pubi ſcholaſticæ lectu ſunt moleſtæ, tum & illa maximam artem argumenta tractant, quæ in ſcholis aptime uſui venire ſolent; jam enim libri repetuntur, jam invitantur amici, jam ſilentium vel reprehenditur, vel excuſatur, & cetera, in quibus e exercere ſolent, qui ſtili artificio incumbunt. mo & ibi numerum orarorium, ubi deeſt, facili negotio reſtitui poſſe, ſuo nos exemplo docet LAZARUS BONAMICUS BASSANENSIS, qui humaniora, ut vocantur, ſtudia in gymnaſio Patavino eſt profeſſus. Hunc enim, ajunt, quandam Philelphi orationem, eruditam quidem, ſed nulla juncturæ elegantia conſcriptam, verborum ordine tantum immutato, talem effeciſſe, ut ab alio quovis potius, quam a Philelpho conſignata videretur. Vid. VOSS. *Comm. Rhet. P. II. Lib. IV. Cap. IV. p. 79.*

Sed quicquid tandem de Philelphi ſtilo ſtatuamus, eum omnes ætatis ſuæ philoſophos doctrina multum ſuperaſſe, nemo unquam diffiteri auſus eſt. Idem indicat FLORIDUS SABINUS, *loco ſuperius citato,* (Conf. VOSS. *de Hiſt. lat. Lib. III. Cap. VII. p. 154.*) qui, eruditorum de oratione Philelphiana controverſiis enumeratis, tandem addit: *Doctius tamen fuit, magnaque auſus.* Adeoque eruditi orbis gratiam atque favorem mihi polliceor non omnino nullum,

ſi, fa-

ſr, favente cœleſti numine, iſtarum ex Philelpho epiſtolarum excerpta, quæ non tam verborum, quam rerum cauſſa legi merentur, aliquando luci publicæ expoſuero. Conf. STRUVII *Introduct. ad Hiſt. Litt. Cap. VIII. p. 428.*

Scriptorum Philelphi catalogus:

Legum apud veteres ſcriptores commemoratarum Annotatio, ad Fredericum Cornelium. Bononiæ, anno cIͻ cccc XXXIX. Adjuncta eſt *Orationum*, quæ junctim prodierunt, volumini.

Lyſiæ oratoris orationum duarum, alterius *funebris*, de laudibus Athenienſium, *judicialis* alterius, adverſus Eratoſthenem adulterum, *latina verſio*. Florentiæ.

Ariſtotelis præceptorum rhetorices de cauſſis civilibus, ad Alexandrum regem, traductio, cum præfatione ad Alphonſum Cardinalem. Ibidem, & poſtea cum ejus Orationibus impreſſa. Occurrit etiam hæc verſio in Græco-latinis operum philoſophi editionibus. Vid. Celeb. FABRICII *Bibl. Græc. Lib. III. Cap. VI. p. 122.*

Hippocratis de flatibus & de paſſionibus traductio latina. Mediolani.

Apophthegmatum Plutarchi Cheronenſis ad Trajanum

num Cæſarem e græco in latinum traductio, cum præfat. ad illuſtriſſ. principem, Philippum Mariam Anglum, inclytum Mediolanenſem ducem. Mediolani, impreſſa etiam cum ejus Orationibus.

Xenophontis Socratici (1) *de pædia Cyri*, (2) *de republica Lacedæmoniorum*, (3) *de regis Ageſilai laudibus, traductio latina*. Hanc in editione ſua operum Xenophontis retinuit quidem Henricus Stephanus, ita tamen, ut docta hujus manus illam paſſim caſtigaverit. Exſtat eadem in editionibus latinis & græco-latinis Baſileenſibus. Vid. Celeb. Fabricii *loc. cit. Lib. III. Cap. IV. p. 72.*

Vitæ Lycurgi & Numæ Pompilii a Plutarcho conſcriptæ traductio latina. Mediolani.

Galbæ & Othonis Cæſarum vitæ ex Plutarcho latine traductæ, ad Malateſtam Novellum. Mediol. cIↃ cccc LIV.

Plutarchi Apophthegmata Laconica, e græco in latinum traducta, ad Nicolaum V, pontificem maximum. Mediol. cIↃ cccc LIV. Impreſſa cum ejus Orationibus.

Satyrica exhortatio, verſibus ſcripta, ad inclytum principem Mediolanenſium pro Genuenſibus & exſulibus Florentinis. Jenæ.

Convivia Mediolanenſia. Opus eſt præſtantiſſimum, libris II. conſtans. Abſolvit hæc Convivia Philelphus eademque Thomæ Thebaldo dedicavit anno cIↃ cccc XLIII. Prodierunt deinde

deinde per Nicolaum Beraldum Luteti...
cuſa opera Ludovici Vivis, qui in iſta ...
præfatus eſt.

Commentationum Florentinarum libri III ...
rum I. de *Exſilio*, II. de *Infamia*, & III. de ...
pertate, inſcriptus eſt, Mediolani. Op...
perfectum.

Satyrarum Decades X. quas *Hecatoſticha* ...
navit, quia ſatyræ ſingulæ centenis ver...
abſolvuntur. Mediolani. Adſervantur ...
inter MSta philoſophica Bibliothecæ ...
næ. Vid. Felleri *Catalog. p. 291.* T...
ſcribendas curavit Chriſtophorus V...
Mediol. cIↃ cccc LXXVI. Vid. ...
BLOUNT, *Cenſ. p. 47a.* VOSS. *de Poë...*
C. VII. p. 256.

Opus Lyricum, Chriſtianiſſimo regi Carolo ...
catum. Mediolani. De hoc ipſe Phil...
Epiſtolarum Lib. XII. Ep. LXXII. ...
Opus carminum centum, quæ a Græcis ...
minantur, ad decem millia verſuum ſcrip...
ſus, quod in libros X. diſtribui, pro ...
nis novemqve deinceps Muſarum ...
bis vero quicquid ad muſicam harmon...
nere exiſtimavi, quod gravitatem ſcil...
am aliquam præ ſe ferret, non inepta...
admixtam, ſum varie ſparſimque ...
Horum libros quinqve priores ipſe Phi...
edidit A. cIↃ cccc LVI.

Carmen ſapphicum adonicumqve de laudibus ...

Nic...

PH. MELANCHTHONI percarum, alteriqve etiam neceſſitudine conjunctum; M. AMBROSIUM BERNDTIUM, *Eloquentiæ ac humaniorum literarum in Academia Vitembergenſi publicum Doctorem.*

Natales ejus coluit huc usqve Jutrebocum, & ex memoria ſeculi illius, quod meritorum gloria colluſtravit ille, reperierunt viri, quotquot vidi & legi, clariſſimi, ac Jutrebocenſem tradiderunt. Primus, quod ſciam, dubiam haud ita pridem reddidit *Vir CL.* SAM. GROSSERUS, & *Gœrlicenſibus*, cum de notitia clarorum in Luſatia virorum expoſuit, annumeravit. (a) Suſpicio merita Viri Clariſſimi, & collaudo, qui in Luſatiæ rebus diligentius expromendis multa induſtria elaboravit. Neque laudem ei invideo, quam ab eruditis retulit, ſed defero ipſe, & congratulor Luſatiæ

(a) Ita vero eruditiſſimus Vir in Rebus Luſatiæ memorabilibus P. IV. p. CLXXVII. *M. Ambroſius Bernhart*, Gœrlic. war Profeſſor zu Wittenberg, und docirte eloquentiam. Daher hat man auch ſeine Anno clↄ Iↄ XL gemachte, und An. clↄ Iↄ LXVI von *Steph. Riccio* herausgegebenen Annotationes über den Terentium.

Orationes Philelphi in unum congeſtæ volumen prodierunt. Satis antiqua videtur hæc editio, ſed locum ac annum impreſſionis nuſpiam reperi. Continentur in iſto (1) Orationes funebres, (2) nuptiales, (3) diverſæ, (4) quædam traductiones, ſuperius jam indicatæ.

Epiſtolarum libros X. ipſe Philelphus An. cIↄ cccc LIII. Mediolani edidit, quæ cum ceteris, a Philelpho poſtea ſcriptis, paſſim typis ſunt impreſſæ. Actorum Lipſienſium collectores celeberrimi *A. cIↄ Iↄcc VII. p. 281. ſq.* tres editiones recenſent, *Brixianam*, quæ A. cIↄ cccc LXXXV. in XV. libros digeſta, *Venetianam*, quæ A. cIↄ Iↄ II. XXXVII libris diviſa, & *Romanam*, quæ A. cIↄ Iↄcc V. cura Iſidori Nardi in uſum ſcholaſticæ juventutis prodiit. Ego vero, præter iſtas, ipſe vidi (1) editionem *Venetianam priorem*, Anno cIↄ cccc XCIIX. quam quoqve notat Thomas Pope Blount, loco ſæpius citato, (2) *Baſileenſem*, A. cIↄ Iↄ, & jubileo, per Nicolaum Keslerum libris XVI. adornatam, (3) *Daventrienſem*, qua breviores, elegantiores & juvenibus magis utiles, ut eſt in titulo, A. cIↄ Iↄ IV. præfixis epiſtolarum argumentis, edidit Richardus Pafræt, (4) *Tübingenſem* A. cIↄ Iↄ XVI. una cum Angeli Politiani epiſtolis quibusdam impreſſam, & (5) *Hamburgenſem*, qua a Pafræto collectas epiſtolas in uſum auditorii ſui recudendas curavit B. Pater me-

us, HENRIC. FOPPIUS, A. cIↄ Iↄc LXXXI, qui duplicem adjecit indicem, generum & rerum, ac in hos indices præfationem *de ſtilo epiſtolico*. In Bibliotheca Paulina Lipſienſi adſervantur etiam epiſtolæ quædam MSCtæ, teſte FELLERO *Catal. p. 291. & 295.* inter quas & iſta eſt, quam poſt mortem miſiſſe fertur ad Hieronymum Squarzaficum, Alexandrinum. Epiſtolas duodecim *Centuriæ epiſtolarum philologicarum* inſeruit Goldaſtus, quæ cum præfatione HERMANNI CONRINGII prodiit Lipſiæ cIↄ Iↄc LXXIV.

Hiſtoria imperiorum Perſici & Macedonici. Promittit hanc Philelphus *Epiſt. Lib. XIV. Ep. XXI.* num autem publicam adſpexerit lucem, neſcio.

De contemtu mundi liber a Menagio, *Suite du Menag. p 100.* ſcriptis Philelphi adnumeratur, eundemqve ab hoc non ſine plagii crimine editum eſſe narratur. Sed erraſſe Menagium, obſervant celeberrimi Actorum Lipſienſium collectores *A. cIↄ Iↄcc VII. p. 281.* Nititur Menagius autoritate Varillaſii, qui in *Hiſtoria Ludovici XI.* tradidit, Philelphum inveniſſe Ciceronis *de gloria* libros, ex iisdemqve ſuum de contemtu mundi librum confeciſſe, ut lateret plagium, igne Ciceronis libros aboleviſſe. Vid. Celeb. FABRICII *Bibl. Lat. Lib. I. Cap. VIII. p. 132. ſq.*

Citata præter hæc alia etiam Philelphi ſcripta re-

peri, v. g. *de jocis & ſeriis, Epiſtolas græca*… ipſa vero nunquam ipſe vidi, adeoqve … nihil dixi.

Obſervatio CXIX.

GODEFR. HECH…

Luccavienſis Lycei Rectoris,

Memoriam

AMBROS. BERND…

Jütrebocenſis, Prof. P. Vitemb…

renovans.

INgenuum quemque civem dec… cive, cujus merita ante oculos p… ſita ſunt, bene mereri, & memo… quæ præclara olim fuit, inter poſter… ſtriorem reddere, ac patriæ eum ſuæ… care. Non ita ſterilis olim, cum … rentur literæ, fuit JUTREBOC… necdum deſiderat, qui veſtigiis … inſiſtunt. Jutrebocenſibus poſſ… vindico civem eruditum, & meri… mentisqve ingenii clarum, atqve S… Duumviris MARTINO LUTHER…

„*andere ſolche Kunſt* , *dieſelbe wollet ihr* „*izt üben, und in brauch bringen*, *recht de-* „*finiren*, *theilen und ſchlieſſen*, *lernet izt* „*geiſtliche von leiblichen ſcheiden und ab-* „*ſondern.* (c) *Haltet euer Unglück gegen* „*der andern Unglück, ſo werdet ihr ſehen*, „*daß euers Weibes Todt an ihm ſelbſt nicht* „*jämmerlich noch erbärmlich iſt*, *ſondern* „*nur allein in euren Sinn*, *da die natürli-* „*chen Neigungen ſind, ſo eheliche Leute, El-* „*tern*, *und Kinder eins zum andern hat.* Hactenus Lutherus.

Alteram duxiſſe conjugem, intelligimus ex JOANNE BUGENHAGIO, qui teſtis verus eſt, & conjecturam confirmat, quando tradit, *Ambroſium morbo, quo expiravit, implicitum, de rebus familiæ collocutum cum uxore, poſtquam ad ſe rediiſſet. Animum perpetuo rebus divinis ſuſtentavit, & ſemper ſui ſimilis metum mortis, etiam in*

(c) Ex quibus colligere licet, *Dialecticam ſimul explanaſſe Ambroſium*, quemadmodum de PETRO VINCENTIO, qui eandem, & Eloquentiam pariter, ac morum diſciplinam docendo poſtea illuſtravit, tum aliis conſtat, qui plures ſæpe eas ornaverunt olim in Academia Vitembergenſi.

„THERUS, lieber Magiſter, daß G
„Barmherzigkeit græſſer iſt, denn unſer
„glück und Widerwertigkeit, ihr
„zwar Urſach zu trauren, wie ihr m
„aber es iſt nichts, denn ein guter Z
„vermiſcht mit Eſſig. Euren Weib
„ſehr wohl geſchehen, denn izt lebt ſ
„Chriſto, hat einen Sprung gethan. U
„GOtt, daß ich den Sprung auch geth
„te, ich wolte mich nicht ſehr her
„ſehnen, ſehet nicht auf den Eſſig al
„den Zucker auch etwas gelten, ſeh
„derer Unglück, die nur vol Eſſig ſi
„kein Zucker innen iſt, wie im grei
„Fall des Zwingels, Munzers &c.
„Leid iſt nur ein leiblich Leiden, n
„die natürliche Liebe und Neigung
„Frauen. Euer Hausfrau iſt wohl
„ben, hat euch hier nichts beſſers g
„denn ein Gedächtniß einer freund
„holdſeligen, lieblichen Beywohnu
„Gehorſams, damit ſolt ihr euch
„und euer Herz anzeigen, und be
„daß ihr ein freundlicher Ehemann
„ihr geweſen ſeyd, und ihr nicht ve
„Ihr ſeyd ein guter Dialecticus, und le

Lutheri habita, unde, quæ fidem faciunt, breviter quædam addo: *Hier bey uns*, in„quit ille, *zu Wittenberg in der Vniverſität* „*war* M. AMBROSIUS BERNARDUS, „*von* GüTERBOCH, *mein lieber Bruder*, „*ein recht frommer Mann*, *welcher Chri*„*ſtum lieb hatte*, *der lag etliche Tage für ſei*„*nem Ende ſehr ſchwach und kranck*, *biß in* „*den Tod*, *und* GOtt *benahm ihn doch das* „*fühlen der Kranckheit*, *als ob er ſchon in* „*einem andern Leben wäre geweſt*, *redet* „*mit uns*, *wie er wolte zu uns kommen*, *und* „*mit uns frölich ſeyn*, *daß er ſo kranck war* „*und ſterben muſte*, *davon wuſte er gar nichts*, „*er ſahe gewiß den Tod nicht*, *darum konte* „*er nicht für den Todt erſchrecken*. *Ja er* „*war nicht mehr in dieſem Leben*, *ohn allein*, „*wenn man von Chriſto redet*, *ſo bekennet er* „*frey von Hertzen die groſſe Gnade und Se*„*ligkeit*, *die uns vom himmliſchen Vater in* „*Chriſto wiederfahren iſt*. *Denn er hatte* „*Chriſtum lieb*, *und pflag gerne zu beten*, *und* „GOtt *den Vater anzuruffen im Geiſt und* „*Warheit*. *Wenn man ihm denn als einen*, „*der zu ſich gekommen war*, *balde darauff* „*wolte ſagen von ſeinem geliebten Weibe*,

lecto decumbens gravius, neglexit. At pius idem ac moderatus cetera vir delirare non nihil paullo ante, quam expiraret, videbatur, morbo vehementius afflictus. Plane id teſtatur JO. BUGENHAGIUS, qui moribundo affuit, & pietatis ei laudem defert, *fratremqve animo ſibi conjunctiſſimum* appellat. Nec defuit præſentiſſimi ſolatii ſignificatione D. LUTHERUS.

Singulare eſt, quod BUGENHAGIUS memorat, AMBROSIUM, quando LUTHERUS de rebus cœleſtibus collocutus cum eo fuiſſet, ſimiliter de Chriſto, ſalvat[ore] redemptore, ſententiam bene & ſobrie pronunciaſſe, quando autem Lutherus de uxore, liberis, fortunis, ære alieno, & reli[]quis ex re familiari dicere cœpiſſet, ad ma[]lum iſtud recidiſſe, atqve ita, ſalutari ta[]men Chriſti præſidio fretum, pie placide[]qve vita functum, menſe Januario anni cIↄ Iↄ XLII. Sæpius deinde, ad tumulum Ambroſii, comite Bugenhagio, prætereu[ns] aliquanto poſt Lutherus, *conſimilem ſibi, & ſine graviori doloris ſenſu pariter ex hac vita exitum apprecatus eſt.* Pluribus ea refert BUGENHAGIUS Oratione *in funere D. Lu-*

„enim, *dieſer Magiſter Ambroſius war Do-*
„*ctoris Martini Schvvager*, (utrum vero
„prior an poſterior Ambroſii uxor Luthe-
„ro propinquitate conjuncta fuerit, dice-
„re non queo,) *darum beſuchte er ihn ſo offt*
„*in ſeiner Kranckheit, und vvenn er von Chri-*
„*ſto mit ihm redet, ſo redet Ambroſius auch*
„*von Chriſto - - aber vvenn er mit ihm*
„*vvolte reden vom Weibe, Kindern, Gü-*
„*tern &c. ſo vvuſte Ambroſius nichts von ſol-*
„*chen Sachen, ſondern phantaſiret bald frö-*
„*lich mit andern Worten, beſondern ſaget*
„*er mit Lachen und Danckſagen dem Doctor:*
„Herr Doctor, Danck habet, daſs ihr zu
„mir kommen ſeyd, ich vvill vvieder zu
„euch kommen auf den Abend einmahl,
„da vvollen vvir zuſammen gute Collation
„halten, und ich vvill denn von vielen frö-
„lichen Sachen mit euch reden. (d)

Plura commemorare hic & repetere, non vacat. Repetiit eadem Bugenhagii verba illuſtris SECKENDORFIUS, & *ſuavi quodam delirio* deceſſiſſe, itidem inde probat.

(d) Extat Oratio Bugenhagiana T. Altenb. A. Iↄ ccc LIII.

„Kindern, Hauſe, Geld, Schuld &c. ſo war
„er wieder bald nicht bey ſich ſelbſt, ſondern
„als in einer andern Welt, doch kannte er
„uns alle, und nennete uns mit Nahmen, re-
„det frölich mit lachen und lieblichen Scher-
„tzen von andern Dingen, alſo, daß einer,
„der ſeine Phantaſie nicht wuſte, gedencken
„möchte, er wäre gar geſund, und müſte ſonſt
„für die lange Weile im Bette liegen, &c.
„Aber unſer lieber HErr JEſus Chriſtus
„nahm ihn aus dieſen Leben zu ſich in ſolcher
„phantaſie, aber doch in guter Bekäntniß
„des Chriſtlichen Glaubens, alſo daß er ſchon
„todt war dieſer Welt etliche Tage zuvor,
„ehe denn er ſtarb, denn er wuſte gar nichts
„auff Erden, dafür er ſorgen möchte.

Reliqua morientis ejus conſtantiam produnt, & curam BUGENHAGII in reſtituenda Ambroſii valetudine probant, quando ſe medicis duobus, qui ægrotanti remedia propoſuerunt, conſuluiſſe docet, ut ſoporem ægro ei darent. Experrectum ſomno, tradit, de multis rebus, eisqve neceſſariis cum conjuge collocutum. De neceſſitudine, quæ ei cum D. Luthero interceſſit, addere pauca hic convenit. Pergit enim,

Obſervatio CXX.

de

Notabili numero ſeptenario,

qua

ChrIſtIanVs GotthVLff BLVMberg, D.

Paſtor Primarius & Superintendens Cygnenſis,
DNN. Paſtores ſuæ Diœceſeos allocutus, &
ad celebrandam Trigam
Dierum pœnitentialium
exhortatus eſt.

FRATRES in JESU FRATRE ſuaviter exoſculandi, admodum honorandi.

Perbene nVnC, *FRATRES*, apIceS eXpenDIte ſepteM!

HIſce Vos alloquor, O MEI! hoc, quem Numerus *ſeptenarius* notabilem reddit, Anno 1717. *Malum ſepte-*

bat. (e) Ejusdem quoque BERNDT ſunt *obſervationes in Terentium*, STEPH. RICCIUM in lucem p cam allatæ. Igitur auctoritate JO. GENHAGII, Declamationum Phi JO. MEISNERI deniqve, & SEC DORFII, qui veterum illorum ſi nixi ſunt, planum eſt & perſpic AMBROSIUM BERN TIUM NON GOERLIC SEM FUISSE, SED TREBOCENSEM. (f)

(e) Hiſt. Lutheraniſmi, L. III. ad a. clↄ Iↄ X p. Iↄc XLVIII.

(f) Diverſus ab noſtro Ambroſio eſt BROSIUS BERNUTIUS, qui ob clↄ Iↄ LXXXVIII. cujus monum eſt CXLI. apud G. SVEVUM. P rem quondam Codicis Vitemberg qui *Academiam Vitemberg.* edidit, d. 29. Mart. anno æt. 44. mortuus

Ob-

Obſervatio CXX.

de

Notabili numero ſeptenario,

qua

ChrIſtIanVs GotthVLff BLVMberg, D.

Paſtor Primarius & Superintendens Cygnenſis,

DNN. Paſtores ſuæ Diœceſeos allocutus, & ad celebrandam Trigam

Dierum pœnitentialium

exhortatus eſt.

FRATRES in JESU FRATRE ſuaviter exoſculandi, admodum honorandi.

Perbene nVnC, *FRATRES*, apIces eXpenDIte ſepteM!

HIſce Vos alloquor, O MEI! hoc, quem Numerus *ſeptenarius* notabilem reddit, Anno 1717. *Malum ſepte-*

ſeptenarium Vobis hac occaſione ſiſto. Non
illum quidem, quem HIER. MENZELIUM
inclytæ famæ Theologum, haud infelici
creta, atro tamen carbone, delineaſſe con-
ſtat, in PIO IV. *Rom. Pontifice, Limprilio,*
Staphylo, Agricola, Contareno, Hoſio, & *Ge-*
nepſio, quos uno junctos vinculo vocat
die böſe Siebene. Sed alium Vobis nunc
delineo *malum ſeptenarium*, ſeptem Apici-
bus conſtantem, quæ ſi coaluerint, ſiſtunt:

MAHOMED.

Nomen ſignificatu honorabile, cum
محمد virum *honoratum* & *deſiderabi-*
lem innuat, ſoboli Mahomedanæ, quæ VII
literis FEX ORCI b. DANHAUERO
audit, adorabile, at Nomini Chriſtiano abo-
minabile, juxtim & terribile. Quem
enim fugit, id Monſtri eo monſtroſæ per-
ſuaſionis fuiſſe delapſum, ut ſe cum Angelo
Gabriele per ſcalam lucis, ſi Diis placet,
per ſeptem cœlos ad cœlum ultimum u-
que penetraſſe, jactarit? Quis neſcit, gen-
tem Mahomedanam non ſeptem, ſed plura
horrenda intonuiſſe hactenus tonitrua
non ſeptem, ſed plures clanxiſſe tubas
non ſeptem, ſed plures, non amœna

Vi-

[illegible]olas, ſed amaras effudiſſe Phialas, non
[illegible]ro, ſed fero, cruore inquam Chriſtiano,
[illegible]limo plenas? Quis jam non inaudit, de-
[illegible]ndam illam prolem iterato tympano
[illegible] murmure in hunc usque diem colli-
[illegible] militem, colligare Turmas, miſcere
[illegible]rbas, meditari Vulnera, machinari Fu-
[illegible]? Quis non exhorreſceret? non
[illegible]timeſceret? cumprimis ſi expendas lu-
[illegible]re illud Prognoſticon, ab amico quo-
[illegible] mihi transmiſſum, utinam vero hoc
[illegible]no non adimplendum: Es Iſt groß
[illegible]D VnD Gefahr, VVo PeſtILenz re-
[illegible], aber VIeL gröſſer Iſt fVrVVahr, VVo
[illegible]s gefVhret VVIrD. Ut de Septen-
[illegible], & Martem & Mortem ſpumante
[illegible] taceam. At vero vix mira videatur,
[illegible]am tanta mulctarum colluvies. Si enim
[illegible]ius excuſſeris, Chriſtianā Gentem non
[illegible], ſed plures abominationes cor-
[illegible] foviſſe *Prov. XXVI. 25.* eam non
[illegible], ſed pluribus peccatorum funibus ſe
[illegible]nciendam & vincendam læte exhi-
[illegible]ſe *Jud. XVI. 11. 12?* qui mirari ſubiret,
[illegible]nonæ difficultas non per ſeptem, ſed
[illegible]es annos contumaces premeret? Si

h Mar-

Martis inexorabilis Truculentia ſecuros opprimeret? Si mortis ac Libitinæ Ferocia immorigeros ſupprimeret, 2. *Sam. XXIV*, 13. *Geneſ. XLI.* 2? Ut, qui placitis divinis non paret, bonos fructus non parit, et merito pereat, & qui τὰ ἄνω non curat urat.

Quapropter SEPTEM ALIA, *ſanctum*, inquam, *ſeptenarium*, rite excutiamus, neceſſe eſt:

PœnItentIaM agite ſerIo, & CreDIte
SaLVatorIs EVangeLIo.

Gratiæ divinæ ſeptenarius oculis noſtris obviat in nomine

JEHOVAH.

Deus quippe non ſepties, ſed millies, ſerio pœnitentibus condonat, Reatumque delictorum, ne damnet, demit. Allicit corda noſtra pretioſisſimus Salvatoris cruor, *ſepties* pro nobis, in circumciſione, Horto Oliveti, flagellatione, coronatione, lateriſque apertione profuſus, quo *ſepties*, ſæpius inquam, ad Syri iſtius exemplum, ſepties in Jordane loti, 2. *Reg. V.* 10. 14. illo conſpergamur. Defigamus eo ſeptem fidei oculos, quo cum lapide Chriſto, ne lapi-

deſcant

datione OTTONIS Saxonis, exſtincta Carolingorum in Germania familia, Germanorum regis & Imperatoris, ſi quidem ante pactionem OTTONIS M. cum S. P. Q. R. ita appellandus ſit, quod Romæ conſenſu non ſit inauguratus, ultima ejus fata, diverſa tamen ratione a diverſis tribuuntur Quedlinburgo. *Jo. Conradus Dieterius*, vir eruditisſimus hiſtoriæqve peritisſimus, ſcribit in Breviario hiſtorico, quod Quedlinburgi obierit CONRADUS I. verba ſunt: QVEDLINBURGI MORITUR, ET FULDÆ TUMULATUR. Vir Celeberrimus, de ſtudioſa juventute variis utilisſimisqve ſcriptis meritisſimus, cujus & eruditionem & induſtriam maximo æſtimo, *Jo. Hübnerus* tradit, *quod Quedlinburgi ſit ſepultus.* Hierauf ſtarb Conradus I. und ward zu Qvedlinburg begraben, *P. I. Quæſt. Hiſtor. p. 606.* de poſteriori faciam initium, cum certum ſit, hic Quedlinburgi Conradum I. haud eſſe ſepultum.

HENRICI AUCUPIS, qui Auguſtam dignitatem Saxonicæ genti intulit, a quo & civitatis jura, & ornamenta, ſuæqve felicitatis prima fundamenta habet Quedlinburgenſis civitas, ſepulcrum hodieqve ſervat *D. Servatii templum*, quod is condere cœpit, Conradi vero nullum nec habet, nec unquam habuit, & ne quidem per traditionem, quæ fere plura tradit, quam veritas admittit, de eo novit quicquam. Facilis conjectura eſt, quid moverit clarisſimos viros, cur de Quedlin-

Obſervatio CXXI.

TOBIÆ ECKHARD

Illuſtr. Qvedlei. R.

de

Loco Sepulturæ

Conradi I. Imperatoris.

VOtum conſiliumqve ſapientum [illegible]
ut patriæ hiſtoriam cives de[illegible]
ſui, propterea quod accuratius [illegible]
perquirere, & monumenta ſubſidiaqve [illegible]
multis de rebus poſſint habere: Exteri [illegible]
ſæpenumero quæ fama ſunt accepta tradunt,
osqve alii duces ſeqvuntur; unde fieri non
ſolet, ut non omnia ad veritatis limam, ut [illegible]
exacta tradantur. Exemplum aliquod mih[i]
quirendum ſumam, quod ad civitatem han[c]
tinet *Quedlinburgenſem*, in qua facta qu[æ]
traduntur, quæ, ſi curatius examinentur, [illegible]
comprobat hiſtorica veritas. Neque vero [illegible]
mo, in malam hoc partem poſſe accipi, cum
ſit hiſtoricis in argumentis a vero aberrare,
nuiqve pectoris veritatem modeſte prop[illegible]
& in viam revocare a vero aberrantem.

In hiſtoria CONRADI I. Franconiæ,
Auſtriæ, Ducis, ut *Raph. Volaterranus*, *Co[m]-*
tar. Vrban. L. XXIII. p. 250. ſcribit, & com[illegible]

dati[illegible]

Wilinaburg habent, ſuntqve: *Quidelingaburg*, *Qintilingaburg*, *Quidiliggaburg*, *Quidilingiburch*, *Quitelineburg*, *Kuiddelingeburg*, *Quidelmburg*, *Qnidelingenburg*, *Quitinlaburg*, *Quintilineburg*, *Quitilenburg*, *Quitilineburg* &c. nunquam tamen WILINABURG, quod conſtet, appellatur. Deinde Quedlinburgum dici non poterat a Wittichindo *Conradi civitas*, cum Henrici eſſet, tum Saxoniæ Ducis, & ab ipſo Conrado deſignati Germanorum regis.

Accedit, quod poſt bellum cum Bavaris vulneratus, ut quidam tradunt, *revertiſſe in patriam ſuam* ſcribatur a Wittichindo, ibiqve paullo poſt, cum mandata prius Eberhardo fratri dediſſet de offerendis Henrico Imperii inſignibus, animam efflaſſe. Erat autem patria Conrado non Saxonia, ſed Franconia, ut ibi quærendum ſit Wilinaburgum. Ita Bothonis Chronicon: Alſo ſtarf Konigh Cunrad, unde wart in Francken beghraven. Sed quæ tandem hæc civitas erit? Ditmarus LIMBURGI ſepultum fuiſſe ſcribit, ubi in MSC. *Vilini* obſervat reperiri *Henr. Meibomius*, utraqve lectio conjungenda videatur, & Wilinaburgum inde prodeat, quomodo *Illuſtr. Leibnitius* quoqve emendat, cum *pro Limburgo Wilinaburg* in annotatis reponit, *To. I. Script. Brunſv.* p. 325. Cl. *Iunckerus* Weilburgum eſſe exiſtimat: Darunter das Schloß Wilineburg, ſo vermuthlich Weilburg in comitatu Naſſovico iſt, *Geogr. Med. p. 423. ſeq.*

linburgo cogitarint. *Wittichindus*, mon
Corbeienſis, qui primus hiſtoriam gentis
ſtæ Saxonicæ conſcripſit, & ſeculo X. me
adeo diu poſt fata Conradi floruit, de loco
turæ ſcribit; „*ſepeliturqve in civitate ſua*
„*burg, cum mærore ac lacrymis omnium*
„*rum, in Meibomii Scriptor. Germ. To. I.*
Wittichindum preſſe ſequitur Conradus
Vrſpergenſis, & iisdem verbis, paucis
mutatis, totam narrationem repetit
„*ſepeliturque in civitate ſua Wilinabur*
„*rore ac lacrymis omnium Francorum,*
„*p. m. 208.* Vtrumqve Engelhuſius
pariterqve in WILINABURG ſepul
mentatur, *Tom. II. Scriptor. Brunſv. p.*
vitatem hanc *Wilinaburg* alter de loco
li, alter de loco ſepulturæ, quod citati
diſerte tradunt, accepit. Atqve hoc
videtur ex Codice Wittichindi, Baſi
Jo. Hervagium a. M D X X X I I edito,
Wilinaburg QVIDELINGABURG
quod patet ex collatione Codicum, q
bet *Illuſtr. Leibnitius T. I. Scriptor. Brun*

Cognata utriusqve nominis ſcriptio
fortaſſe adduxit, ut unum pro altero
pro eodem habuerit utrumqve. Sed
licet civitatis hujus Quedlenſis appe
quas Summe-Rever. *Dn. D. Kettnerus*
in *Hiſtor. Quedlinb. Eccleſ. p. 7.* quarum
tum hic repeto, quæ cognationem aliqu

Turckius intelligit, in Diſſert. quam ſubiunxit Hachenbergii Germaniae mediae §. 33. p. 396. Vtrumque nomen non multum differt a Wilinaburg, & vrbs vtraque, Limburgum pariter atque Weilburgum, non nimis remota eſt, ab Heppenhemio, vel Wormatia, vbi Franconiae Ducum ſedes olim fuit.

Nunc de altero disquiremus, an obierit Quedlinburgi, id quod ex dictis lucem accipit. Sine dubio hanc in ſententiam Vir Clariſſimus adductus fuit gloſſa ad Vrſpergenſem ſuperius dicta, in qua Wilineburgi obiiſſe dicitur, quod de Quedlinburgenſi periter accepit civitate. Sed iam dictum eſt ex Wittichindo, quod ex bello cum Bauaris reuerſus ſit in patriam ſuam, quae non Saxonia, ſed Franconia fuit. Deinde *Ekkehardus* iunior ſcribit, quod ab Imperatore Conrado frater Eberhardus nocte dieque iuſſus ſit iter celerare ad Henricum, eique inſignia tradere, de caſib. monaſter. S. Galli cap. 5. Id vero neceſſe non fuiſſet, ſi obiit Quedlinburgi Conradus, atque Henricus ibidem fuit tum occupatus in aucupio, vt habet traditio. Locus certe hic ſuperat, qui ab auium captura nomen habet, & der Fincken-Heerd, appellatur, cui fidem non plane nullam facit & vetus traditio, & quod hoc loco admodum ſit delectatus, quem, vt dictum eſt, multis modis ornauit ac illuſtravit, etſi non neſciam, eſſe, qui alibi locorum id factum ſtatuant, nimirum ad radices montis, in

Fuldæ alii ſepultum fuiſſe Conradum ſcribunt. Ita e veteribus Reginonis continuator, & Marianus Scotus; quos ſeqvuntur Cario, Matthiæ, & alii. Cario ſcribit: *& ſepultus eſt in monaſterio Fuldenſi.* in Chron.; p. m. 346. Matthiæ *cadaver,* inquit, *Conradi in monaſterio Fuldenſi honorifice ſepultum eſt, in Theatro p. 862.* Et apud Abbatem Veſpergenſem in ora libri, a Philippo Melanchthone, qui eum edidit, annotatum legitur: *alii, moritur in Wilinaburgo, ſepelitur Fuldæ.* Aſt veriſimile haud eſt, Wittichindum, qui non adeo diu poſt exceſſum Conradi floruit, omiſſo cognito ſatis Fuldæ nomine, ubi celebratiſſimum ultra ſeculum jam floruerat monaſterium, inſolitum, & tantum non ignoratum, poſuiſſe, aut in loco ſepulturæ aberraſſe. Hinc Aventinus dubie de eo loquitur, *Fuldæ,* inquiens, *ſepultum eſſe ajunt, Annal. Boior. p. 455.* Sed ad Wilinaburgum ut redeam, *Marquardus Freherus* antiquam exhibet deſcriptionem tractus Heppenheimenſis ad Rhenum, in quo Warinus Comes conventum habuit in ſylva prope Steinfurtum ad tumulum *Walineboug*, ut de limitibus convenirent. Quod ſi omiſſa ſit litera, atqve legendum Walineburg, uti videtur, non dubito, quin noſtrum ſit Wilinaburgum, & in Heppenhemii vicinia quærendum. Fortaſſe *Ditmarus*, vel editor ejus, denominare urbem voluit, cum Limpurgi ſepultum fuiſſe ſcribit, a quo non longe Weilburgum diſtat, quod cum *Celeb. Gundlingio Gvilielmus*

Lib. III. c. 31. p. 77. Et ipſe Dietericus in Hiſtor. Impp. Saxon. de Ottone M. ſcribit: *Princeps pius - - obiit* Mimlebiae *anno DCCCCLXXIII*, quod pluribus poſtea declarat, p. 163. 167. vt mirari ſubeat, ex hoc loco Breuiarium non fuiſſe emendatum.

Io. Baptiſta Egnatius a vero longius recedit, cum Viennae (Galliae, ſine dubio, hanc enim tranſiit in Germaniam rediturus,) Imperatorem hunc obiiſſe ſcribit. Verba ejus ſunt: *Saracenisque ac Graecis, qui illis adhaeſerant, Calabria Appuliaque fugatis, in Germaniam reuerſus*, Viennae *obiit*, de Roman. Principibus *p. m. 613.* Sed reuerſus ex Italia Paſcha Domini Quedlinburgi celebrauit, vt, praeter laudatos ſupra ſcriptores, etiam *Albericus* ſcribit, qui addit, eum *Marianopolin* conceſſiſſe, ibique morbo correptum obiiſſe, Albericus in Chron. p. 19. Quae illa ſit Marianopolis, dicere non habeo.

Fuit *Memmelebia* coenobium Ordinis Benedictini, ad fluuium *Vnſtruth* in Thuringia, conditum a coniuge Henrici I, cuius hodie reditus ab Auguſto, Electore Saxone, Scholae Illuſtri Portenſi ſunt dicati. Marianopolis autem nusquam in vicinia occurrit. Num fortaſſe latine voluit exprimere *Memelebiam*, & vocem *Meme* de Maria intellexit? Sed alii vrbem hanc exquirant. Manum ego de tabula.

quo *arx Stauffenbergenſis* ſtetit, in terris Bru[illegible] cenſium: ſed ne ſic quidem tanta opus fuiſſe[illegible] ſtinatione, quanquam poſt mortem demum [illegible] peratoris inſignia videatur attuliſſe Henric[illegible] *Cel. Gundlingius* de Henr. Aucupe p. 24. & [illegible] Diſſert. de Henrico Aucupe §. 2. Non [illegible] obiit Quedlinburgi Conradus: an Wilin[illegible] Ita auctor gloſſae ad Vrſpergenſem, & [illegible] *Meibomius* etiam locum hunc emortua[illegible] pellat. Neque diuerſus ſepulturae locus [illegible] à patria, in quam revertiſſe, aegrotaſſe, [illegible] Conradum, ſcribit Wittichindus.

Dictum eſt de loco, in quo mortuus [illegible] radus: addam nonnulla de OTTONE [illegible] pariter Quedlinburgi obiiſſe Dietericus [illegible] Breuiar. Hiſtor. Edit. Gieſſ. p. 1686. [illegible] linburgi, *tumulatur Magdeburgi in temp*[illegible] *drali a ſe conſtructo.* Fuit Quedlinburgi [illegible] Feſtosque Paſchatis dies celebrauit ibi; [illegible] autem fuit morte HERMANNI, quem [illegible] Saxoniae, dum abſens in Italia eſſet, cre[illegible] apud *Ditmarum* legimus *Lib. II. p. 340.* [illegible] Feria ante Pentecoſten Memmelebiam [illegible] ibique ſubito morbo correptus exſpira[illegible] Henricus pater olim obierat, *Ditmar. p.* [illegible] cum hunc obitus denominant Witti[illegible] Ditmarus, Albertus Stadenſis in Chron. [illegible] D CCCC LXXIV. p. 109. Chronographu[illegible] ad dictum ann. p. 187. Abbas Vrſpergenſis [illegible] Krantzius Saxon. Lib. IV. c. 17. p. 89. Me[illegible]

tenbergico-Montisbellig. †. in arce *Carlsburg*, prope Oelsnam in Sileſia, d. 24. Dec. æt. 48.

Infauſto amoris raptu ſe CAROLI XII, Suecorum Regis, ſponſam eſſe ſomniavit, & vanis hiſce ſomniis dementata mentis deliquium ſentire cœpit, & ad finem uſqve vitæ ita perſeveravit. Pontificii poſt fata Principis demum, & falſo quidem, Papæis iſtam Sacris addictam fuiſſe eliminitarunt, & propterea *Vratislaviæ* in Monaſt. S. Albrechti tumularunt.

II. Personae Illustres.

An. 1714.

JOHANNES CAROLUS de CARLOWIZ, Eqv. Miſnicus, Clientelarum Arnsdorff & Steindobritz Dynaſta, S. R. I. Eqves Hæreditarius, Potentisſimo Poloniarum Regi, & Elect. Sax. a Conſiliis Cameræ, Reique Metallicæ, necnon ſupremus Metallicorum Prætor, (Ober-Berg-Hauptmann) † Freibergæ d. 3. Mart. æt. 70.

Obſervatio CXXII.

CHRISTIAN GRUNDMANNI,

Paſtoris Heuckevvald.

exhibens

Reliquias Urnarum,

ex cryptis defunctorum A. 1714. & 17[illegible]

pio ſtudio collectas.*

I. PERSONÆ SERENISSIM[illegible]

A. 1715. defunctæ.

1. HEDWIG ELEONO[illegible]

Caroli Guſtavi, Suecorum Reg[illegible] dua, *Friderici III.* Ducis Hol[illegible] Gottorpienſis filia; † Ho[illegible] d. 5. Dec. æt. 80, viduatus [illegible] Ingentem auri argentique theſaurum [illegible] ſe vulgo dicitur.

2. HEDWIG, Princeps [illegible]

---

* Urnæ Defunct. Litter. per Semeſt[illegible] 1715. *Tomo I.* per Sem. poſterius [illegible] iterum per Sem. prius 1714. *Tom. III.* [illegible] Semeſtre poſter. *Tom. IV.* *borum* [illegible] continentur.

A

enbergico - Montisbellig. †. in
rce *Carlsburg*, prope Oelsnam in
Sileſia, d. 24. Dec. æt. 48.

Infauſto amoris raptu ſe CAROLI XII, Suecorum Regis, ſponſam eſſe ſomniavit, & vanis hiſce ſomniis dementata mentis deliquium ſentire cœpit, & ad finem uſqve vitæ ita perſeveravit. Pontificii poſt fata Principis demum, & falſo quidem, Papæis iſtam Sacris addictam fuiſſe eliminitarunt, & propterea *Vratislaviæ* in Monaſt. S. Albrechti tumularunt.

II. PERSONAE ILLUSTRES.

An. 1714.

JOHANNES CAROLUS de CARLOWIZ, Eqv. Miſnicus, Clientelarum Arnsdorff & Steindobræ Dynaſta, S. R. I. Eqves Hæreditarius, Potentisſimo Poloniarum Regi, & Elect. Sax. a Conſiliis Cameræ, Reique Metallicæ, nec non ſupremus Metallicorum Prætor, (Ober-Berg-Hauptmann) † Freibergæ d. 3. Mart. æt. 70.

Stu-

Studiis & equeſtribus exercitiis operam dedit Jenæ, Lugduni, & Trajecti Batavorum. Per integrum fere quinquennium exteras peragravit Regiones, Germaniam omnem, Belgium, Britanniam, Daniam, Sueciam, Galliam, Italiam, Siciliam, Maltam &c. non ſine crebro vitæ ac libertatis periculo.

Edidit *Sylviculturam Oeconomicam*, oder Haußwirthliche Nachricht / und Naturmäßige Anweiſung zur wilden Baum-Zucht, *Lipſiæ 1713. fol.*

III. Ex variis Eruditis.

THEOLOGI 1714.

1. NICOLAUS LINDENBERGIUS, Conſiſtorialis, & Diaconus Eccleſiæ Cellenſis, † Cellis Sax. d. 26. Jan. æt. 51.

Elogium.

Natales ſuos Harburgo debet, munitiſſimo inf. Saxoniæ oppido, Patre ibidem ſatus *Joh. Lindenbergio*, Mercatore nominatiſſimo A. 1664. d. 1. Jan.

Scholaſticis literarum ſtudiis animum excoluit noſter in ſcholæ patriæ ſubſelliis.

A. 1683 Jenenſem Academiam, & 1686 Lipſienſem ſalutavit, ibidemqve ſedulus celeb. Virorum auditor extitit. A. 1688

A. 1688 Turmarum Cellenſium in Belgio militantium Paſtor Caſtrenſis fuit conſtitutus, cui etiam muneri per triennium fere ſumma cum laude præfuit.

A. 1691. in patriam revocatus Parochiæ Salzhuſanæ in Ducatu Luneburg. fuit præfectus.

A. 1701. inde Cellas translatus, Conſiſtorialis & Diaconi munia ſuſcepit, & per tredecim annos egregie ornavit.

In doctrina purus, in vita pius, in officio devotus, laborioſus & indefeſſus fuit. Præterea doctus, prudens, pacificus, affabilis, ad inſerviendum aliis ſemper paratiſſimus.

In ferali decumbens lectulo, verbi divini ſolatiis animum vere tranquillum reddidit. Inprimis decimo ſeptimo Evangelii Johannei capite tribus vicibus prælecto, mirum in modum delectatus fuit. Da er das erſtemahl, wie er ſelbſt geſaget, ſolches unter gläubiger Betrachtung / wie es ſein hoher Prieſter / JEſus Chriſtus / für alle gläubige Kinder GOttes, und alſo auch für ihn zu ſeinem himmliſchen Vater abgeſchicket, erweget und angehöret. Das andere mahl aber / habe er ſolches in feſten Vertrauen auf ſich appliciret / und der gnädigen Vorbitte ſeines Heylandes ſich daraus verſichert und getröſtet. Endlich und zum drittenmahl / habe er als ein Nachfolger und Geſandter JEſu Chriſti,

ſol-

ſolches Hoheprieſterliche Gebeth für ſeine anvertraute Gemeinde zu GOtt gebethet, und dieſelbe darinnen ſeinem himmliſchen Vater andächtig anbefohlen. Vid. Curric. vitæ Conc. funebri ſubnexum.

In ſacro munere ſucceſſorem habuit NICOL. BURCHARD. FALCKENHAGENIUM, antea Eccleſiæ Walsrodanæ Diaconum, Virum doctiſſimum & diſertiſſimum.

2. MICHAEL RINGELTAUBE, Thorunenſis, Paſtor emeritus in Templo patriæ Neapolitano † Thorunii d. 15. April.

3. JOH. NICOLAUS SCHLOSSERUS, Eccleſiæ Weilburgenſis oppidanæ Paſtor, & Scholæ Rector, † Weilburgi in Naſſovia, d. 20. April. æt. 58. Miniſt. & Rect. 29.

Elogium.

Honeſtiſſimo genere oriundus in hanc lucem prodiit Vir Beatiſſimus Saræponti in Naſſovia, 1656. d. 24. Dec. Patrem habens *Georg. Barth. Schloſſerum*, Paſtorem & Inſpectorem Saræpontanum.

Humaniora literarum ſtudia partim in Lyceo pa-

patrio, partim in Pædagogio Gieſſenſi multa cum induſtria pertractavit.

A. 1671. in Academia Gieſſenſi altioribus invigilare cœpit lectionibus, ibidemqve per ſexennium ferè continuavit, interrupto tamen non ſemel, ob turbas bellicas, ſtudiorum ſtadio.

A. 1681. Scholæ in Kirchheim Bohland Rectoratum obtinuit, porro 1682. Paſtoratum Morſchheimenſem in Naſſovia, & eodem adhuc anno ſpartam Paſtoris Adjuncti in urbe Naſſovia, & 1685. iterum Weilburgi, Rectoris & Symmyſtæ munia, & tandem Paſtoratum Weilburgenſem ſervato ſimul Rectoratu, quibus omnibus ac ſingulis officiis ſumma ubiqve dexteritate fuit defunctus.

Laudatur B. Schloſſerus ab exquiſitiſſimis ingenii animiqve dotibus, pietate in DEUM minime fucata, blanda animi modeſtia ac manſvetudine, ſingulari pacis ſtudio, ſolida eruditione, mira docendi in utraqve cathedra fide, pariter ac perſpicuitate, vitæ ſanctimonia.

Textus funebris loco ſibi elegit verba cognomen ſuum tangentia Apoc. III. v. 7. 8.

Succeſſorem in Paſtoratu oppidano nactus eſt JOH. LUDOV. WöLFLINUM; in Rectoratu autem JOH. ANDR. LIEBRICH, Butisbaco-Weteravum, Viros Clariſſimos.

4. MAT-

4. MATTHÆUS HENRY, Theologus Anglus, V. D. (1) Ceſtrienſis, (2) Londinenſis in Hachney Miniſter. † d. 22. Jun. æt. 53.

Variis ingenii monumentis inclaruit vir doctiſſimus & pientiſſimus, quæ inter præceteris eminet Commentarius Biblicus ſub titulo: *Expoſition of the old and new Teſtament*, cui vero operi nondum ad umbilicum perducto eſt immortuus.

Extant interea hæc ejus volumina, nimirum:

1) Expoſitio Pentateuchi cum Notis & obſervationibus practicis, Lond. 1707. & 1710. f.

2) Expoſitio Librorum Hiſtoricorum V. T. Londini 1708. & 1712. fol.

3) Expoſitio Librorum Poëticorum V. T. Londini 1710. & 1712. fol.

4) Expoſitio Librorum Propheticorum V. T. cum obſerv. moralibus, Londini 1712. fol. alph. 9.

5) Expoſitio Librorum Hiſtoricorum N. T. np. IV. Evangeliſtarum & Actorum Apoſtolicorum &c. Londini 1715. fol.

6) Expoſitio Epiſtolarum Apoſtolicarum & Apocalypſeos Johanneæ, cui ultimo autem Tomo morte præpeditus ultimam admovere manum non potuit. Spes tamen eſt, fore,

fore, ut ex ſchedis MSCtis ille poſthumus adhuc propediem prodeat.

Reliqua Celeb. Viri ſcripta vid. im neuen Bücher-Saal Part. LVIII. p. 766. ſeqq. Vitam ejus Anglice deſcriptam dedit *Wilhelmus Tong*, Londini 1716. 8.

5. M. CHRISTIANUS SERPILIUS, (1) Eccleſiæ Modrenſis in Hungaria ultra decennium Antiſtes, (2) per ſeptennium Regum, Electorum ac Principum in Aula Cæſarea Legatis ac Miniſtris A. C. ut & liberæ Regiæq; civitatis Semproniensis Communitati Evangelicæ a Sacris, Scholarum Inſpector, & Conventus Eccleſ. Aſſeſſor, † Sempronii d. 20. Auguſt. æt. 44.

Elogium.

Natus eſt ὁ μακαρίτης Sempronii (Oedenburg) *ex pervetuſta & nobiliſſima* SERPILIORUM *in Pannonia Gente*, & *Patre* quidem, *Johanne Serpilio*, Liberæ Regiæque Civitatis Semproniensis Prætore, & Secretioris Collegii Senatorii Seniore; Matre au-

THEOLOGI, A. 1715.

1. FRIDERICUS HENRICUS CAMERARIUS, Generalis Sacrorum Oettingenſium Evang. Luth. Præſul, Concionator Aul. Prim. & Conſiſt. Luth. Conſiliarius, † Oettingæ d. 5. Jan.

Succeſſorem 1716. accepit *Tobiam Waſſerum*, antea Paſtorem & Superintendentem Specialem Harburgenſem in Principatu Oettingenſi.

2. M. ALBRECHT FIEDLER KNOPFIUS, Gröningenſis Saxo, Regius Eccleſ. Mindenſium, Scholarumqve Inſpector, ad D. Mart. Paſtor Prim. & Venerandi Miniſterii Mindenſis Senior, † d. 3. Febr. æt. 50.

Elogium.

Natus eſt Gröningæ in Principatu Halberſtad. A. 1665. d. 22. Sept. Patre *M. Joh. Knopfſio*, Eccleſiaſta t.t. Gröningenſi, poſtea vero Eccleſiæ Aſcanienſis ad S. Steph. Paſtore Primario, & Rev. Miniſterii Seniore.

Prima ſtudiorum rudimenta poſuit in Schola

Aſca-

Aſcanienſi, eaqve porro A. 1682. ſeqq. in Schola Numburgenſi feliciter, Rectore *M. Job. Töpfero*, continuavit.

A. 1684. Jenenſem in Academiam, & poſtea 1687. Helmſtadienſem abiit.

A. 1690. Paſtor Eccleſiæ Eveſenſis ab illuſtri *Ludovico von der Aſſeburg* in Ducatu Brunſuicenſi, & 1692. Diaconus Aul. Guelpherbytanus eſt conſtitutus.

A. 1705. Guelpherbyto ob ſanctum zelum, quo futuram Sacrorum mutationem Celſiſſimæ Principis Brunſvigo-Blanckenburgenſis probare nolebat, officio miſſus, *Wernigeroda Pathmum ſibi eligebat*; mox A. 1706. præter omnem ſpem & expectationem ad ampliorem longe ſpartam Mindam vocabatur, præſentiſſimo ſingularis divinæ Providentiæ exemplo.

Textum ſibi funebrem vivus adhuc deſignavit ex Jer. XVII. v. 16. 17. Aber, ich bin darum nicht von dir geflohen, mein Hirt/ ſo habe ich Menſchen-Tage auch nicht begehret, das weiſſeſtu. Was ich geprediget habe, das iſt recht für dir. Sey du mir nur nicht ſchrecklich/ meine Zuverſicht in der Noth.

Theologus fuit Religioſiſſimus, Spiritu pollens Heroico, & eruditione non vulgari inſtructus. Omnibus ſuavis, nemini gravis.

3. MATTHIAS WENDT, Lubecenſis, Eccleſiaſtes Travemündenſis ad Lubec. † d. 1. Mart.

4. STEPHANUS CHRISTIANUS BESECKE, Hildeſienſis, in patria urbe ad Ædem D. Lamberti Neapolitanam Paſtor, † Hildeſiæ d. 16. Jun.

5. M. MICHAEL GUNDELSHEIMER, Eccleſiæ Feuchtwangenſis in Franconia Archi-Diaconus, † d. 12. Jul.

6. CHRISTIANUS CRUSIUS, Eccleſiæ Cathedralis aulicæ, quæ Martisburgi eſt, per 37. annos Diaconus, † Martisburgi d. 27. Jul.

Succeſſorem habet in Diaconatu Templi Cathedralis *M. Stephanum Frider. Lins*, Geranum.

7. JOHAN. CRUSIUS, Heiligenſtadio-Francus, Eccleſiæ Culmbacenſis Archi-Diaconus,

nus, Capituli Senior, & Camerarius ad D. Petri, † Culmbaci, d. 12. Sept. æt. 55.

Extat ejus Schwanen-Geſang, oder Troſt-reiche Todten-Gedancken, Solisbaci 1716. 4. Succeſſorem nactus eſt *M. Georg. Henr. Sartorium*, Freyenfelſa-Francum, antea Diac. medium, nat. d. 23. Octobr. 1672.

8. JOHANNES HESSIUS, Lubecenſis, Eccleſiæ patriæ ad D. Petri Paſtor, † Lubecæ d. 11. Novembr.

9. M. JOH. ERDMANN ALBINUS, Eccleſiæ Cœlicoronacenſis (Himmelcron) Paſtor, in Marchionatu Culmbacenſi, † d. 21. Decembr. 1715.

JURIS CONSULTI,

A. 1714.

1. PETRUS TAISAND, Gallus, J.U.D. (1.) Parlamenti Pariſienſis Advocatus, (2.) Theſaurarius

 Galliæ

Galliæ Diviodunenſis in Burgundia, (Dijon) vir doctiſſimus, † d. 21. Mart. æt. 72.

Inter Scripta Celeb. Viri extant:

Diſcours Academique ſur la Science du Salut, Pariſiis 1677.

Hiſtoria Romani Juris, Pariſiis 1678. 12.

Commentaire ſur la Coutume generale du Duche de Bourgogne, Dividuni 1698.

Prieres du Pecheur penitent, ibid. 1707.

Diſcours Academique ſur la veritable, & la fauſſe humilite, 1712.

Vitam ejus condidit filius, *Claudius Taiſand*, Ordin. Ciſterc. Monachus, Diviodumi 1715. 4. Gallice, qui plura etiam Parentis ſcripta ex Schedis MSCptis eſt editurus. Conf. Novellæ Liter. Lipſ. in 8. 1716 p. 213. ſeq.

2. JOH. CHRISTOPHORUS SEIDELIUS, Vratislavienſis, J.U. D. & Patronus Cauſarum feliciſſimus, † Vratisl. d. 7. Aug. æt. 27. inter mille amantium ſuſpiria.

Vir erat exquiſitæ eruditionis, & judicioſus eruditæ ſupellectilis Collector, & æſtimator. Patre natus *Chriſtophoro Seidelio*, Reipubl. Vratislavienſis Proto-Secretario, JCto Celeber-

celeberrimo, multisque in urbem patriam meritis incluto.

A. 1715.

1. ALEXANDER a LUNEBURG, Lubecenſis, Reipubl. patriæ Senator Camerarius, antiquisſimæ Gentis Patricius, † Lubecæ d. 19. Jun.

2. ANTONIUS TEISSIER, Montepeſſulanus Gallus, J. U. D. Pot. Boruſſ. Regis, & Elect. Brandenb. Conſiliarius Legationum, & Hiſtoriographus, † Berolini d. 7. Sept. æt. 84.

Elogium.

Vitales primum auras hauſit *Montepeſſulano* d. 28. Jan. 1632. Patre *N. Teiſſerio*, ſupremo redituum Regiorum per Languedociam Receptore.

Prima literarum ſtamina duxit in Schola oppidi Languedociæ, Lunel, & poſtea Arauſionenſi (Orange) ubi in Poëſi imprimis Græca mirum in modum excellebat.

Altius evolabat in Academiis t. t. Reformato-

 rum

rum florentisſimis, Montalbana & Salmurienſi, Præceptoribus, *de la Place*, *Jacobo Capello*, *Moyſe Amyraldo*, &c. poſtea etiam Pariſienſi, donec tandem in Univerſitate Bituricenſi (Bourges) J. U. D. magna cum laude renunciaretur.

Abſolutis ſtudiis academicis, in urbe Nemauſenſi (Nimes in Languedocia) cauſas in foro tractare cœpit. Inde vero ob valetudinem minus proſperam Lutetiam Pariſiorum repetebat, ubi ſummis & eruditiſſimis Viris, *Peliſſonio*, *Contarto*, *Menagio*, *Scarrone*, *Gombaud*, *Chapelain*, *Richelet*, *Sorbierio*, Abbate *de Marolles*, *Chevreau*, &c. familiariter utebatur.

A. 1660. Nemauſum reverſus tractandis in foro cauſis ſtrenue operabatur, conſtitutus ibidem Templi Reform. Antiſtes, & poſtea Academiæ Scientiarum Nemauſenſis Collega.

A. 1683. jam quinquaginta annorum Juvenis matrimonium contrahebat cum Nobili vidua *Deſpierres*.

A. 1685. Edicto Nannetenſi per Regem pro extirpandis Reformatis ſublato, ex Gallia profugus Genevam, & poſtea Tigurum ſe conferebat, ubi Celeberrimi Conſulis *Eſcheri* patrocinio imprimis fruebatur, & Nobilioribus ſtudioſis H. Grotii libros de Jure B. & P. inſigni cum applauſu prælegebat.

A. 1686.

A. 1686. in Galliam per literas *Dn. Dagueſſeau*, Conſil. Status Regii revocabatur, oblato ſimul 500 Vallenſium ſalario, & promiſſa ſimul bonorum, quæ in Languedocia deſeruerat, reſtitutione. Sed nolebat redire in patriam.

A. 1692. Tiguro commendatitiis Senatus Tigurini literis inſtructus Berolinum proficiſcebatur, ubi a Potent. Electore Brandenburg. t. t. FRIDERICO, *Conſiliarius Legationum & Hiſtoriographus* clementisſime conſtituebatur, dato ſimul annuo 300 nummorum uncialium ſtipendio.

A. 1696. juſſu Electoris vitam FRIDERICI WILHELMI, a *Sam. Puffendorffio* latine ſcriptam, in linguam Gallicam transfundebat: quæ tamen certas ob cauſas typis publicis exſcripta non fuit, ſed hodienum in Bibliotheca Regia MSCpta cum aliis aſſervatur.

Cetera ingenio *Teiſſierius* pollebat acri, & judicio ſubtili. Animus ipſi firmus erat, conſtans & valde ingenuus. In omni Jure, omnique Hiſtoriarum & Antiquitatum ſtudio, inprimis vero in Literatura Græca, & libris Gallice vertendis peritisſimus videbatur, & felicisſimus.

Tenerrima autem laborabat valetudine, quam nihilominus modice & frugaliter cibando

ad

ad ultima vitæ tempora ſatis integram conſervabat.

Scripta præcipua.

Mantiſſa antiquariæ Supellectilis, Genevæ 1686. 4.

Catalogus Auctorum, qui Librorum Catalogos, Indices, Bibliothecas, virorum literatorum Elogia, vitas &c. ſcriptis conſignarunt, cum auctario, Genevæ 1686. & 1705. 4. Voll. 2.

Traité de la Religion Chretienne, par rapport à la vie civile &c. Trajecti ad Rhenum 1687.

Eloges des Hommes Savans, cum Notis &c. Lugduni Batav. 1696. & 1715. 8. Voll. 4.

3. JOHANN. JACOBUS CHUNO, Pot. Boruſſor. Regis, & Elect. Brandenb. Conſil. Aulicus, Archivi Regii, quod Berolini eſt, Præfectus, Regiæ Scientiarum Academiæ Socius, inque Claſſe Mathematica Director, † Berolini, d. 30 Decembr. 1715.

MEDICI. 1714.

1. D. IOH. CHRISTIANUS SCHRÖDTERUS, Chemnitio-

Miſni-

Miſnicus, Metallicorum, & civitatis Freibergenſis Phyſicus ordinarius, † Freibergæ Hermundurorum d. 26. Febr. æt. 52.

2. D. JOH. ULRICUS ROERICHIUS, Leoburgenſis, Phyſicus urbis Oldenburgenſis Celeberrimus, † Oldenburgi, menſe Auguſto. Succeſſit in Phyſicatu D. RUDOLPH. GÜNTHERUS CLAMERUS, Oldenburgenſis.

1715.

1. D. ISRAEL CONRADUS, Phyſicus Reipubl. Gedanenſis Senior, † Gedani d. 28. Jun. æt. 81.

2. D. JO. FRIDERICUS TREFURTHUS, Med. Practic. Dresdenſis Celeberrimus, † poſt diuturnum morbum in ipſo ætatis flore d. 9. April.

PHILOSOPHI, 1715.

1. M. GEORG. FRIDERICUS

TRYL.

TRYLLITIUS, Roda-Miſnicus, Vir in ſtudiis humanioribus, & omni elegantiori Literatura, imprimis Græcanica, & Poëſi Græco-Latina ad invidiam verſatiſſimus, † Vitebergæ præmaturo eheu! fato, d. 14. April. æt. 27.

Præter varias diſſertationes, & Poëmata Græca, typis impreſſa, ἀνέκδοτα quamplurima reliquit, v. g. Tractatum de Dialectis Græcorum; it. Collationes & Fragmenta Scholiaſtarum nondum edita in Euripidem, Pindarum, Nicandrum, Heſiodum, Apollonium, &c. it. varia ad Scriptores tum Græcos, tum Latinos Collectanea &c. Volumen Annotationum in Catullum, Tibullum, Propertium, quos memoria ferme totos tenuit &c. vid. *Novell. Liter. Lipſ.* in 8. A. 17.. *p. 398. ſq.* it. Neuer Bücher-Saal, *P. LVIII. p. 732.* ubi vita Cl. Viri prolixius deſcripta legitur.

Corpus Defuncti, Poëtæ olim inſignis, medios inter Poëtas Seculi ſui Celeberrimos, *Laurent. Rhodomannum*, & *Frider. Taubmannum*, fuit repoſitum.

2. M. JOH. TOBIAS WILHEL-

...ELMI, Illuſtr. Gymn. Henneb. Schleuſingenſis Con-Rector, † Schleuſingæ d. 10. Maj. æt. 28.

Natus eſt ὁ μακαρίτης Kaynæ in Miſnia, Patre *Joh. Davide Wilhelmi*, t. t. Paſtore Kaynenſium, nunc Eccleſiæ Triptizienſis Paſtore, & Ephoriæ Neoſtadienſis Adjuncto, optimus optimi Genitoris filius.

Studiis operam dedit adoleſcens in illuſtri Rutheneo, quod Geræ floret, & poſtea juvenis in Academia Jenenſi per integrum fere ſeptennium; ubi & ipſe didicit, & alios etiam docuit.

A. 1714. d. 21. Maj. ad Con-Rectoratum Schleuſingenſem evocatus eſt, cui autem muneri ſibi commiſſo vix per unius anni ſpatium præfuit.

Laudatur a devota pietate, ſolida eruditione, ſingulari morum modeſtia, animi humilitate, in erudienda juventute dexteritate, & inexhauſta in ſtudiis diligentia.

Non ſine omine factum videtur, quod in Oratione Ciceronis pro Marcello explicanda, ultima B. noſtri Wilhelmi lectio & diſcurſus fuerit ad verba Tullii Ciceronis ad Julium Cæſarem: *Satis, ſi ita vis, naturæ fortaſſe vixiſti, addo etiam, ſi placet, gloriæ; at, quod maximum eſt, patriæ certe parum &c.*

Suc-

Succeſſor ipſi datus eſt An. 1715. M. Junio M. Laurentius Müllerus, Meiningenſis, Vir Literatisſimus, qui ſub perſonato nomine Theophili Alethei hactenus ſcripſit Gründliche Erläuterung der dunckelſten Oerter A. und N. Teſtaments ꝛc. Lipſiæ 1714. & ſqq. in 8vo.

3. M. CHRISTIANUS CRUCIANUS, Scholæ Luccavienſis in Luſatia inf. Rector emeritus, † Luccaviæ d. 15. Jul.

Genuinum ipſi nomen fuit HAMPUSIUS, ſed ex ſeculi iſtius moribus, quibus mutare nomina ſolenne erat Eruditis, illud cum Crutiani nomine commutavit, Cruce multiplici preſſus.

Munia ejus magna cum laude nunc ornat M. GODOFREDUS HECHTIUS, Jüterbocenſis Saxo, Vir ſolide & eleganter doctus, nat. 1683. d. 12. Sept.

4. THEOPHIL. LIPPERTUS, Lignizenſis, Scholæ Jauravienſis in Sileſia Rector, † d. 17. Aug. Succeſſor ipſi in Rectoratu datus eſt M. GEORG. ERNESTUS SENDLER,

Za-

batho-Sileſius, antea Con-R.
tus 1680. d. 1. Jan.

. M. CHRISTIAN. GRÜ-
ELIUS , Cala-Thuringus,
ymnaſii Mindenſis Rector,
Mindæ d. 14. Novembr. æt. 73.
ficii ſcholaſtici 38. Polyhiſtor.

Elogium.

In lucem prodiit Calæ, oppido Thuringiæ ad Salam nominatiſſimo A. 1642. ipſo die Natali optimi Servatoris noſtri, Patre N. Grübelio, Paſtore Eccleſiæ Calenſis per 51. annos meritiſſimo, † 1693. æt. 84.

In Schola Salfeldenſi talem ſe præbuit Grübelius, ut Rector, *Jo. Schumannus*, vir doctiſſimus, illum ex Schola & urbe diſcedentem ipſe cum choro Symphoniaco proſecutus fuerit: & poſtquam chorus nonnullas odas decantaſſet, Rector proſperrima quæqve Grübelio apprecatus, teſtimonium lachrymis ſuis conſperſum his verbis tradidit: *Accipe, mi Fili, teſtimonium, quod quidem melius promeruiſti, ſed calamus ſcribendo optimam tuam indolem adæquare non potuit.*

Ex Schola Salfeldenſi ad Gymnaſium Altenburgenſe abiit, ibidemqve curſum Scholaſticum, Rectore *Chriſtiano Funccio*, multa cum laude confecit.

In Academia Jenenſi cum ageret, accidit, ut in muſeo cogitationes ſuas hinc inde verſaret, quî ſine Parentis ſumtibus vitam Academicam ulterius poſſet proſequi. Et ecce! ſub ipſis precibus, propterea ad Deum fuſis, *D. Joh. Erneſti Gerhardi* filius ipſum ad Patrem avocabat, qui Rector tunc Magnificus ipſi obviam factus blandiſſime ita allocutus eſt: T*e, optime Grübeli, ſi tua ita voluntate fieri poteſt, meorum filiorum ducem in ſtudiis & moribus formandis exopto.*

Per plures annos Jenæ commoratus, & diſcendo, & alios docendo ita profecit Noſter, ut tandem Facult. Philoſ. Adjunctus Primarius, & Prof. Philoſophiæ Extraordinarius deſignatus fuerit. Ægre enim ex ſinu ſuo Grübelium dimiſit Alma Mater.

Aſt A. 1677. divino prorſus auſpicio Tremoniam evocatus eſt ad capeſſendum Archi-Gymnaſii Pro-Rectoratum, quo etiam ultra triennium magna cum laude functus eſt.

Tremoniæ hærens ſingularem expertus eſt gratiam Magni iſtius Literarum & Literatorum Patroni, FERDINANDI de FURSTENBERG, Principis & Epiſcopi Paderbornenſis. Cum enim Monumentorum iſtius Paderbornenſium Grübelius in aliqua diſſertatione honorificam feciſſet mentionem, id Princeps non tantum clementiſſime tulit, verum ita quoque inter alia ad

Grü-

Grübelium reſcripſit: *Literas tuas una cum adjunctis doctrina tua monumentis recte accepi. De adventu tuo gratulor Weſtphalia, de affectu in me tuo mihi. Ad primam Monumentorum editionem te provocare video, at illa jam duobus nominibus aucta in Batavia prodiiſſe ſcito. Quorum cum unum tantum exemplar poſſideam, illud cum levidenſi munere. (ita vocat centum nummos unciales, ſive Imperiales, & rariſſima Rucci & Cominai, & alia ſua manu notata opera) transmitto, quod ut aqui boniq; conſulas velim.* Neuhuſi 1678.

A. 1681. Tremonia Osnabrugam conceſſit, conſtitutus ibid. Gymnaſii Rector; &

A. 1687. Osnabruga iterum Mindam pariter ad ornanda Rectoratus munia.

Inter plurimas doctisſimi Grübelii diſſertationes quas Jenæ, Tremoniæ, Osnabrugæ, & Mindæ habuit, maxime eminent diſſertationes quinque de *Lingua Germanorum veteri & hodierna*, Mindæ 1690. & duæ de *Coronis*, 1708. habitæ.

Senio appetente inter alia ſenectutis incommoda non levem memoriæ antea firmisſimæ diminutionem ſenſit. Hinc a Senatu ob plurima merita rude eſt donatus A. 1712.

Adjunctum, & poſtea Succeſſorem in Rectoratu dignisſimum, nactus eſt *Jo. Ludolphum Bünemannum*, Calba-Palæo-Marchicum, nat. 1687. d. 24. Junii, Vi-

rum pientisſimum, doctisſimum, humaniſſimum, quem Deus ex voto perennare jubeat! *vid. ejusd.* Cl. Bünemanni Programma Biographicum in Sacro Funebri Grubeliano ſcriptum, quo B. Viri manibus egregie parentavit, Mindæ, 1715. fol. pl. 2.

Lætus hic agnoſco, & modeſte deprecor errorem, quo repetita paſſim novellarum relatione deceptus, Virum Maxime-Reverendum, DN. M. ADAMUM FABRICIUM, Paſt. ad Æd. Spiritus S. Sundenſem, *Tom. II. Miſcell. Lipſ. p. 759.* inter mortuos deploravi, qui tamen per ſingularem DEI gratiam conſervatus adhuc ſupereſt, ad ampliora nuper munera evectus. Nunquam ſane lubentius me erraſſe fateor, B. L. Servet Virum CL. divina benignitas, & porro etiam ex voto valere, vigere, florere, perennare jubeat!

* * *

Quid Vita Noſtra:

Somnus, Bulla, Vitrum, Glacies, Flos, Fabula, Fœnum,

Umbra, Cinis, Punctum, Vox, Sonus, Aura, Nihil.

Emen-

Emendanda :

Pag. 8. lin. 1. pro Screbetus lege *Schreberus.*
pag 39. lin. 19. pro viſa, lege *viſorum.*
p. 61. lin. 18. pro proſtat, lege *proſtaret*, ſi bibliopola tantos in tot volumina ſumptus impendere voluiſſet.
p. 99. lin. penult. deleatur *Tom. II.*
p. 131. lin. 13. pro Boſsnart. lege *Boſshartorum.*
p. 132. lin. 14. pro Rocken, lege *Roggen.*
p. 133. lin. 16. pro ebriante, lege *inebriante.*
p. 169. lin. 7. pro *προσδεῖσθαι*, lege *προιδεῖσθαι.*
p. ead. lin. 22. pro alterius, lege *ulterius.*
p. 280. lin. 5. pro Italis, lege *Italos.*
p. 318. lin. 19. & 20. nec non lin. 26. & p. 319. lin. 8. *Tabulæ duæ æneæ* in Frontiſpicio hujus Tomi V. occurrentes, *confunduntur*, ita ut *Tabula prior poſterioris loco ponenda fuiſſet*, quod B. Lectori indicandum erat.
p. 322. lin. II. pro Sub-Rector, lege *Sub-Rectoris.*

Reliqua B. L. alio loco, Tomo nempe VIII. ſi Deus vitam conceſſerit, emendata inveniet.

Index Obſervationum:

Quarum TRES ET NONAGINTA Tomis quatuor prioribus occurrunt.

TOMI V.

Obſervatio XCIV. De FRIDERICI WILHELMI, Ducis & Pro-Electoris Saxoniæ, curis lit-

litterariis, *Dn. M. Jo. Davidis Schrebii*, *p. 1. ſqq.*

XCV. De VSU POESEOS *profanæ* in Theologia Exegetica, & quidem INNATO & INSITO, *Dn. D. Caroli Arndii*, P. P. Roſtochienſis, p. 12. ſqq.

XCVI. De Jeſu Chriſti, cum verſaretur inter homines, ſtudiis ἄτερ γραφῆς, *Dn. M. Pauli Chriſtiani Hilſcheri*, p. 23. ſqq.

XCVII. De Litteraturæ apud Germanos primordiis & incrementis, nec non de Veteribus nonnullis Germanis ſcriptoribus, qui ſermone vernaculo ingenii monumenta reliquerunt, *b. D. Georgii Schubarti*, P. P. Jenenſis, p. 41. ſqq.

XCVIII. De Laboribus Otfridianis DN. DIETERICI von STADE, quos *C. F. Pezoldus* recenſuit, p. 56. ſqq.

XCIX. De Alamodalitate ſcribendi, *Germanorum*, p. 67. ſqq.

C. De Nummo argenteo Caniniano, quem Frontiſpicium TOMI hujus V. exhibet, *Dn. M. Sam. Theodor.* Schönlandii, p. ... ſqq.

CI. De Æthiopibus albis, *Dn. M. Chriſtophori Pylii*, p. 116. ſqq.

CII. De Gangræna, aliisqve pravis ſymptomatibus, ab eſu panis, *clavorum ſecalinorum* farina inquinati, excitatis, *Dn. D. Jo. Jacobi Scheuchzeri*, P. P. Tigurini, p. 131. ſqq.

CIII. Additamenta *Dn. D. Sigismundi Schmiederi* ad Celeberrimi *Dn. D. Scheuchzeri* obſervationem de Clavis ſecalinis p. 136. ſeqq.

CIV. De Nequicquam, *Dn. Chriſtophori Aug. Heumanni*, P. P. Göttingenſis, p. 161. ſqq.

CV. De Plantis ab voce πνοῆς comprehenſis & reſpirantibus, ad illuſtr. Actor. XVII, 25. Dn. *M. Henrici Scharbau*, p. 167. ſqq.

CVI. De Aſiarchis, quod Magiſtratus fuerint civilis, ad illuſtr. Actor. XIX, 30. Dn. *Chriſtiani Schœttgenii*, p. 178. ſqq.

CVII. De Camelo, per foramen acus tranſeunte, ad illuſtr. Matth. XIX, 24. Dn. *M. Auguſti Tittelii*, p. 185. ſqq.

CVIII. De Guſtus bonitate, & eruditionis origine ab Indis accerſita, Dn. *M. Jo. Chriſtophori Ottonis*, p. 207. ſqq.

CIX. De Autodidactis, Dn. *Reinhardi Henrici Rollii*, P. P. Tremonienſis, p. 213. ſqq.

CX. De Parallelismo Sandio-Arnoldino, *Chriſtmanni Orthophili*, p. 227. ſqq.

CXI. De Pyrrhone, a Scepticiſmi univerſalis macula abſolvendo, Dn. *Jacobi Bruckeri*, p. 236. ſqq.

CXII. Medicorum quorundam *Vratislavienſium* modeſta Intimatio, de adornanda a ſe *Collectione hiſtorica Eventuum phyſico-medicorum*, ſingulis annis obtingentium, p. 250. ſeqq.

CXIII. De eo, quod in Matheſi *Geometrice*, & quod *Mechanice* fieri perhibetur, Dn. *M. Georgii Friderici Richteri*, p. 272. ſqq.

CXIV. Vindiciæ Poëſeos Sileſiorum, Dn. *Georgii Gvilielmi de Reibniz*, p. 278. ſqq.

CXV. Inquiſitio in vocem *Ananiſabta*, Summe-

me - Rev. Ratisbonenſium Præſulis Dn.
Georgii Serpilii, p. 284. ſqq. Quorſum ſ-
ciunt duo Nummi, in Frontiſpicio hu-
TOMI V. obvii, æriqve inciſi.

CXVI. De Pluvia cruenta Dn. *D. Jo.* C
VVeſtphali, p. 293. ſqq.

CXVII. *M. Chriſtoph. Pylii* evulgatio ſcrip
cujusdam, de Remi ſepulcro in Marchia
invento, p. 296. ſqq. Pertinent huc *duarum*
Tabularum, in Frontiſpicio hujus TOMI V.
occurrentium, *Figuræ* æneæ.

CXVIII. De Hiſtoria Vitæ & Scriptorum
Franciſci Philelphi litteraria, Dn. *Jo. Hen-
rici Foppii*, p. 322. ſqq.

CXIX. De Ambroſio Berndtio, Jütreboceſi,
non Gœrlicenſi, Dn. *Godefredi Hechtii*, p.
354. ſqq.

CXX. De notabili numero ſeptenario, Dn.
D. Chriſtiani Gotthülff Blumbergii, p. 3
ſqq.

CXXI. De loco ſepulturæ Conradi I. Impe-
ratoris, Dn. *M. Tobiæ Eckhardi*, p. 370. ſqq.
Ubi ſimul de loco, quo OTTO M. obiit,
actum eſt.

CXXII. Reliquiæ Vrnarum, Defunctorum in-
primis litteratorum Anno 1714. & 1715.
Dn. *Chriſtiani Grundmanni*, p. 378. ſqq.

F I N I S.

MISCELLANEA LIPSIENSIA,

AD INCREMENTVM
REI LITTERARIÆ
EDITA.

CVM PRÆFATIONE
DE
ICTO, MINIMVM SVSPECTO,
REMI SEPVLCHRO,
IN MARCHIA INVENTO.

TOMVS VI.

LIPSIÆ,
Sumpt. HÆREDVM LANKISIANORVM,
M DCC XVII.

Lectori Honoratissimo
S. P. D.
C. F. PEZOLDVS.

Quod *de Remi ſepulcro in Marchia invento* rariſſimum ſcriptum, nonnullis quidem rationibus ſuperbiens, ſed vero Autoris nomine deſtitutum, & tempore, quo in vulgus emiſſum eſt, carens, communicavit Vir eruditiſſimus, & bonis litteris promovendis natus, DN. M. CHRISTOPHORVS PYL, *Lycei Anclamenſis Rector meritiſſimus*, quodque *Tomo V. Miſcellaneorum Lipſienſium p. 296. ſqq.* Obſ. CXVII. inſertum eſt, ſcrutinio utique & ſollicita cura opus habet, ut veritas ejus ſepulcri inquiratur, quando Remus, non a Romulo occiſus, ſed ſponte ſua fratri ceſſiſſe, atque in alias terras abiiſſe,

)(poſt-

poſt tot autem loca peragrata in amœni-
ma urbe REMIMONTIS, in Marchia m
Electoratus Brandenburgici ſita, conſed
& locum hunc in Comitatu Ruſinenſi
omnibus elegiſſe dicitur.

Quemadmodum enim non ambitio
vanæ gloriæ, ſed indagatæ veritatis cert
dini adſcribendum fuiſſet, ſi Autor
teris tantum initialibus E. H. L. F. ſed expreſ
etiam *nomine & anno* ſe ipſum deſignaviſſe
& omnem falſitatis ſuſpicionem amoviſſet;
ſic illud quoque ad aſſerendum Remi
loca diſceſſum, & ad amplificandam ma-
gnitudinem, ipſis fere romanis anti
bus præſtantiorem, multum conferret,
dem adducta marmora ſupereſſent,
nos de tam illuſtri antiquitate docere
poſſent, cum tamen in præſenti omnia
ſcuro lateant, judice DN. JO. CAR
SCHOTTO, Potentiſſimi Boruſſiæ
Antiquario Excellentiſſimo, atque hoc
monumentum ipſius CL. PLARR
marchicas magna cum induſtria perqui
ſollertiam fugerit.

Neque vel appellatio vel deſcrip
pidi MONTISREMI nos commov
a Remo, Romuli fratre, eandem urbe
dictam

dictam fuiſſe ſtatuamus; Dum enim *fluvius Remus*, ex lacu quodam ortus, atque ab incolis & vicinis der Reim appellatus, alterum urbis REMIMONTIS latus circumfluit; quidni ab eodem Remo amne & mons & urbs ita vocari, marmora vero iſta, *Tomo V. Miſcell. Lipſ. p. 318. & 319. deſcripta* a docto quodam Impoſtore fingi potuiſſent?

Sed diceret quis: ipſum *Remi fluvii nomen* forte a REMO eodem in tractu conſidente, ortum traxit? Verum hanc conjecturam nil certi indicare reſpondere liceat. Quid ſi vel ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, quod latinis eſt *fluere*, vel a germanica voce *Rin*, & *Rein* derivarem, ut puritas fluvii, & nitor iſtius regionis, ac *rivus* ex lacu iſto *profluens*, *removendisque* lacus fluctibus idoneus, vel *remigio* incommodus, indicaretur? Quis veras omnium nominum derivationes indagabit, tametſi alluſiones proferri nonnullæ poſſint? Navim *remis* impellere, & veritati vim inferre illi mihi videntur, qui ex qualicunque vocum convenientia rei certitudinem concludunt. Cur non etiam REMVS *Remis* in Gallia habitaſſe, & ab eo *Remi populi* in Campania orti aſſeruntur? Cur non tractus *Vallis Remſiæ*, das Rems-Thal circa Schorndorffium, in

Ducatu Würtembergico, a Romuli fratre REMO nuncupatur, quem fluvius *Rems* a- luit? Aut cur non REMVM hunc oppidi *Rens* ſive *Renſe*, ubi olim Romani Imperato- res ſub annoſa nuce electi fuerunt, nomen dediſſe itidem fatendum eſſet?

Equidem negare non auſim, pudendis er- roribus & fœdis mendaciis hiſtorias veteres paſſim adſperſas & contaminatas eſſe, quæ tamen pro veriſſimis atque indubitatis tue- mur ac defendimus; unde etiam Autori hu- jus *de Remi ſepulcro in Marchia invento* ſcripti vitio non vertimus, quod falſa quædam & vana, hactenus pro oraculis habita, & de quibus dubitare nefas fuit, adnotaverit: Sed propterea omnem antiquis autoribus fidem denegare, &, quæ de Remi morte traduntur, plane inficiari, minimum in dubium vocare, nimium audax facinus nobis merito videtur. Sic enim PROPERTIVS:

Si modo Avernalis tremulæ cortina Sibyllæ
Dixit Aventino rura pianda Remo.

Idem Lib. III. eleg. 9.

— — *& cæſo mœnia firma Remo.*

Et quod Horatius generatim indicat VII. Epod.

Ut immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor;

Id

M. LVCANVS ad nova urbis Romæ mœnia, quæ REMVS per ludibria tranſiliiſſe dicitur, applicat, cauſamque mortis innuit:

Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

Et OVIDIVS in Faſtis:

Mœnia conduntur, quæ quamvis parva fuere,
Non tamen expediit tranſiluiſſe Remum.

Verba incerti nominis Poëtæ apud J. CVSPINIANVM in Faſt. Caſſiodori ita ſe habent:

Romulus aggreditur regnum qui condidit urbem,
Prima Remus quoniam mœnia tranſit, obit.

Propterea etiam *Remuria* inſtituta fuerunt, a REMO dicta, cujus vel ob transgreſſum fratris edictum, vel in fœdo certamine icti atque occiſi umbram frater ROMVLVS placare volebat, quæ *Parentalia* menſe Majo per triduum olim celebrari ſolebant, & poſtea, aſperiore littera r in leniorem mutata, *Lemuria* nominabantur. Quin & Aventinum montem olim *Remurium* dictum conſtat, quem Romulus neminem paſſus eſt habitare, ſed ſacrum fratri, ibidem ſepulto, eſſe voluit.

Hæc

Hæc pauca in præſenti monuiſſe non ali-na aut inconveniens erit, dum *Topographia* MONTIS REMI, *& Chorographia* iſtius regionis, *eodem Tomo V. Miſcell. Lipſ. p. 316 promiſſæ*, quas Autor E. H. L. F. ſchediaſmati ſuo inſimul præmiſerat, publicandæ veniunt. Promiſſis enim ſtantes, oppidum REMI-MONTIS in ſylvis, paſcuis, montibus, vallibus & lacubus amœniſſime ſitum, *in Frontiſpicio hujus Tomi VI. ſtitimus*, repræſentavimusque, JVSTVM BREDOVIVM cum fratre JOHANNE, & Patre JOACHIMO aut Chronicis Remanis ſive Remomontanis, aut aliis ſubacti judicii hiſtoricis perquirendos & illuſtrandos relinquentes. Plura forte CL. DN. M. PYLIVS dabit, ſuam de iſto monumento ſententiam in poſterum aperturus, cui a Deo vires & proſperrima fata apprecamur.

Scribebam Lipſiæ, VI. Calend. Octobr. CIↃ IↃCC XVII.

Obſer-

Obſervatio CXXIII.

HERMAN. ADOLPHI MEINDERSII,

JCti Bilfeldenſis,

Sereniſſimo ac Pot. Regi Boruſſiæ a Conſiliis Iuſtitiæ, & Gogravii ſive Directoris Dicaſterii Ravensbergenſis,

de

Nominibus & Cognominibus Germanorum, & aliorum Populorum Septentrionalium veterum,

ad

Clariſſimum & Doctiſſimum Virum,

DN. ZACHARIAM GÖZIUM,

Rectorem Illuſtr. Gymn. Osnabrugenſis.

Accedunt

Epiſtolæ Reſponſoriæ & notæ ad hanc materiam pertinentes.

DE Nominibus, Prænominibus, Cognominibus & Agnominibus Romanorum legi varias Diſſertatio-

nes, a Viris eruditis conſcriptas, nempe SIGONIO, ROBORTELLO, SCHOT Jeſuita, SPANHEIMIO, & aliis; Sed nulli hactenus vidi Auctorem idoneum, qui *Originibus Nominum & Cognominum Germanicorum* aliquid ſolidi & lectu digni conſcripſerit, unicum ſi excipias MABILLONIUM de *Re Diplomatica, libro 2. cap. num. 2. & ſeq.* Quare operæ pretium me facturum eſſe arbitror, ſi quid hac de re in vetuſtis Germanorum, id eſt, Francorum Monumentis, Chartis ac Præceptis, Diplomatibus Cæſarum, ac Regum, & Principum, nec non Epiſcoporum & Abbatum repererim, in unum quaſi faſciculum colligam, & quaſi connectam; Et ſic hanc materiam, ſane utiliſſimam & pulcherrimam ex omni retro Antiquitate illuſtrem. Jam vero ad Te, GOEZI CLARISSIME, hanc Diſſertatiunculam transmitto, ut ſi quid in horreum, ſive penum tuam conjeceris, collegeris, ex vaſtis aliorum Voluminibus, mecum communices, ut in meo Diplomatico inſerere queam. De *Germanorum* vero, id eſt, *Francorum*, *Saxonum vocabulis Gentilitiis, & Co*[illegible]

nibus, ac Nominibus, præcipue acturi ſumus. Quia infiniti prope exſtant Scriptores, qui aliquid de *Romanorum Nominibus & Cognomentis*, vel obiter & incidenter; vel ex profeſſo & deſtinato conſilio commentati ſunt; Nullus vero omnium, qui profeſſo ſtudio de Germanorum Vocabulis & Cognominibus Familiarum vel Illuſtrium, vel plebeiarum aliquid conſcripſerit; niſi pauci quidam per Saturam. Tu vero, Vir Præſtantisſime, ſi forte in re obſcura, & minime trita lapſus fuerim, & a recta via aberrarim, in viam reducas; & meliora & rectiora ſuggeras. Vale & fave. Tu vero, Lector, ſi quid noviſti rectius iſtis, Candidus imperti; ſi non, his utere mecum.

De Nominibus & Cognomentis apud Romanos & Germanos.

Omnino & inprimis certisſimum atque indubitatum, apud Veteres, & antiquiſſimis temporibus Nomina propria hominum ſingulorum valde ſimplicia fuiſſe; Et præſertim *Romanos unico nomine fuiſſe uſos.* Sic liberos ſuos ſimpliciter & abſolute unico nomine appellabant, v. g. *Marcus, Titus, Appius, Caius, Cneius, Publius &c.* more Hebræorum, qui unico quoque nomine proprio

uſi. Poſtquam vero communitates, civita[…] Reſpublicæ & Familiis condi cœperunt; propter ſimilitudinem Nominum in perſonis [dis]cernendis varii errores irrepſerunt, perſona[…] mine Patrum diſtinguere cœperunt, v. g. M[…] *Appii filius*. Cum vero contingeret, ut p[…] perſonæ Appiorum nomine vocarentur, & […] rum confuſio & error in perſonis discern[…] oriretur, ideo ſæpe ad discriminandas & […] nendas perſonas, nomen patriæ, vel loci N[…] tatis, vel aliud ſimile quid neceſſitatis ergo […] ciebatur, v. g. *Lucius Tarquinius*. Prim[…] men dici ſolebat *Prænomen*; ſecundum […] citer & abſolute *Nomen*, vel *Gentilitium* […] Ultimum hoc Nomen Familiæ univerſæ co[m]mune erat, & in Familia per diverſas perſ[…] propagabatur.

Prænomen autem diverſimode ac pro arbi[…] a patribus in liberis variabatur; Et cum aliis […] modi Prænominibus permutabatur. Cum […] Familiæ plures ſenſim excreſcerent, & ſic ite[…] in diſcernendis perſonis confuſiones & erro[…] orirentur, Cognomina Familiarum ad diſcern[en]das ipſasmet Familias inventa ſunt. Quæ C[og]nomenta vel a ſingulari habitu & comple[…] corporis vel animi, nec non vitiis ac virtu[…] vel etiam caſu aliquo fortuito deſumebantur[.] *Corneliorum Familia* apud Romanos erat an[…] ſima; cum vero Cornelius quidam parenti […] decrepito loco ſcipionis inſerviret, eumque ſuſte[n]

tarct

taret quaſi, *Scipionis* inde Cognomentum ei adhæſit, & *Scipio Cornelius* dictus eſt.

Nec hic ſubſiſtebat Nominum inveniendorum ratio. Nam ſi qui in bellis contra hoſtes internos, vel externos & Barbaros rem fortiter geſſiſſent, eorum populorum nominibus appellabantur, quod *Agnomen* vocabant, v. g. Publius, Cornelius, Scipio, Africanus, Aſiaticus, Naſica, Corinthiacus. Vel Calvus. Vel ſic: Quintus Fabius Maximus Cunctator. Uſus vero Nominum maxime variabat. Nam proximi Conſanguinei & Cognati Prænominibus Marci, Cnei, Caji, &c. ſeſe familiaritatis ergo appellabant, quando invicem familiariter colloquebantur. Alias vero Prænomen & Nomen conjungebatur, quandoque etiam Agnomen adjiciebatur. Cognomentum vero honoris cauſa ab ignotis vel exteris extra Familiam tribuebatur. Reperiuntur quoque Familiæ inter Romanos, quæ unico Pronomine & Nomine contentæ erant. Ubi obſervandum, quod hoc duntaxat in Familiis novis contigerit, ubi nulla confuſio propter ſimilitudines Nominum metuenda, v. g. C. Marius, C. Ventidius, M. Agrippa. Hucusque Extractus ex *nova Acerra Philologica*, Tom. IV. p. 614. De *Nominibus Romanorum* ſcripſerunt ONUPHRIUS PANVINIUS, SIGONIUS, ROBERTELLUS, & præprimis SPANHEIMIUS in Diſſert. VI. de præſtantia Numiſmatum.

Apud Germanos veteres Nomina quoque ab

initio Gentis ſimplicisſima fuerunt, nem
diverſis eventibus, Virtutibus vel vitiis, co
vel animi, deducta: Quorum Catalogus ſi
dex & explicatio videri poteſt apud AV
NUM, in Prolegomenis ad Annales Bo
Cognomina, ſive Cognomenta Familiar
ſtinctionis cauſa non erant in uſu. Qui
bona hereditaria pleræque Familiæ poſſi
ſed Nomadum & Tartarorum more huc
vagabantur; ſola Prænomina, ſive Nom
pria in antiquisſimis Documentis & Ch
periuntur. Videantur Traditiones F
apud PISTORIUM, & Chartularium ſi
larium Werthinenſe apud LEIBNIZIU

Cognomenta Familiarum a Sedibus &
vel Prædiis & Bonis Familiarum Nobili
genuorum demum poſt ſeculum X. qu
gnitates & Feuda, ſive Beneficia Nobiliu
ditaria eſſe cœperunt, ſunt addita atque in
Videatur DOUSA in Annalibus Holland
in Chartis ſ. Tabulis Cæſarum, Eccleſiæ M
conceſſis, Seculo XIV. apud PISTORIU
mum ſub Carolo IV. Imp. reperiuntur C
mina Familiarum Nobilium Documen
plomatibus addita. Privatæ Familiæ p
ad imitationem Familiarum Nobilium
num 1300 ſive Seculo decimo tertio, au
uti cœperunt ad exemplum Nobilium;
etiam arma, ſigilla & Inſignia imitatæ ſu

In Romanis Scriptoribus multa reperiun
voca-

[T]abula priſcorum Regum aut Ducum Germa-[no]rum, voce Meierorum, vel Majorum ter-[mi]nata, Vide RHENANUM libro 3. ſub Ti-[tul]: *de Nominibus proprius veterum Germanorum*, notanter ſic ſcribit: „ Germani veteres ele-[ga]ntiſſime compoſitis ſe nominibꝰ appellabant; [qu]æ tamen ob variatã paululum ſcripturã etiam [pe]ritus hujus linguæ non intelligat. Nam quo-[tu]squisque novit, *Philibertum* eum eſſe proprie, quem Græci *Poliphemon* vocant? *Pharamun-dum* a veritate oris nomen habere, *Chilpericum* ab auxilii copia: a gloria Strenuitatis *Dago-bertum*. *Grimoavaldum*, a ſæva poteſtate. *Ro-moavaldum* a plauſibili: denique a pretioſo thesauro *Bertradum*. Plura videantur ibidem.

Antiquisſima igitur Germanorum vocabula, ſive Nomina propria ex diverſis vocibus boni vel mali ominis cauſa fuere compoſita: Imo a *Teut*, *Tiet*, Deo, vel Numine THEUT fuere deducta & deſumpta. Sic de vocabulo, ſive Nomine proprio GOETZE, vel *Gotzone* ibidem recte ratiocinatur, illud non ab Idolo, vulgo Götze; ſed a DEO Gott fuiſſe derivatum & deſum-ptum, verbis: Quis vero credat THEUTWAL-DUM ſignificare *Divinam Potentiam*; ſive Deum eſſe potentem, (in hoc homine ſcilicet,) THIE-DERICHUM, divinam copiam; THEUT-BRECHTUM, divinam gloriam, ſive Deum eſſe gloria plenum; niſi cognoſcat *Theut*, *Thiet*, ſive *Diet* Gothis eſſe *Deum*. Quod vocabulum

ſcribæ veteres ſemper verterunt in TEON, G
cam dictionem. Nam THIEDONEM, ſi
DIEDONEM vocarunt THEODONE
quem Alemanni GOTIONEM (vel Goetzi
dixerunt. Ut pro *Thietwaldo* ac *Theutbr*
GOTSWALDUM atque GOTZBRECHTU
Hactenus recte B. Rhenanus. En Nominis
Incunabula & Origines *Clarisſime ac Doctiſſ*
Gœtzi, quas Tu (ni fallor) in tua diſſertatione
contumelioſis appellationibus, minus recte, ut o
nor, ab Idolo, vulgo Götze derivare videris.

Mirum vero eſt, quod multa imo pleraque
antiquorum Regum Germanicorum Nomina
vocabula in vocem *Meier*, ſive *Maior*, quod
noſtrorum Villicorum vocabulum propri
plerumque terminentur. Vide modo laudat
B RHENANUM ibidem, verbis: „*M*
„ſignificabat Veteribus Præfectum; quemad
„dum adhuc eſt in uſu quibusdam Nationi
„ceu Saxonibus, Anglis & Scotis &c. Itaque li
„Meier eſt populi Præfectus, quem Gallicor
„Annalium Scriptores in *Codomirim*, & poſt
„in *Chlodomirim* verterunt. *Marcomerem*, Fr
corum Regem, priusquam in Galliam tranſir
habes apud CLAUDIANUM. Huius app
tionis ſunt *Ricimer*, *Willimer*; qui PAULO D
CONO, *Bilimer*, *Gilimer*. Waldomiris, qu
Baldomerus. *Teutomares* apud MARCELLIN
apud TACITUM *Catumerus*, re & nomine C
thorum Princeps. Alemannorum ſive Suevoru

qui

quæ craſſior eſt, MAYER vocat. Hinc habes *Vadomarium*, *Sunomarium*, *Chodnomarium*; Quorſum facit *der Schaw-Ottmaier* &c. ac ſimilia Regum nomina apud MARCELLINVM. Hactenus B. Rhenanus.

Exinde apparet, Uninomines, non vero Binomines, aut Trinomines, vel Plurinomines fuiſſe vetuſtos Francor. & Germanorum Reges ac Principes, nec non privatos homines. Eosque non a locis, ſive Regionibus & Provinciis, ſed *a virtutibus, vel vitiis*, vel quoque ab *officio & munere* utplurimum olim fuiſſe appellatos. Et ex infima plebe ac populo Reges, ſive Præfectos & Duces bellicos fuiſſe delectos. Nomen vero proprium ſive vocabulum peculiare non ſtatim indidiſſe Maiores noſtros, valde probabile videtur, ſed *ex Eventu aliquo* ſive bono, ſive malo, & in publicis Regni vel Reipubl. Comitiis & Conventibus, quando bello & prœliis habiles, gladiis accingebantur. TACITUS de Moribus Germanorum, cap. 13. ſed arma ſumere (adde nomen ſibi indere) non ante cuiquam moris, quam civitas ſuffecturum probaverit. Tum in ipſo Concilio vel Principum aliquis, vel pater, vel propinqvus, ſcuto frameaque juvenem ornant. Hæc apud illos *Toga* (ſive publica Receptio) hic primus juventæ honos. Ante hoc domus pars videntur, mox Reipublicæ.

Sed inquies, quo nomine autem diſtinguebantur? *Reſp.* Valde probabile videri, duplici vice

impoſita fuiſſe nomina adoleſcentulis, nempe *Nativitate*, & in *Adoleſcentia*, quando dignum memorabile aliquod facinus geſſerant.

De impoſitione Nominum adhuc inquiritur, quando, & quibus ceremoniis hæc apud variis Gentes præſertim Germanicas facta fuerit. De quibus videri poteſt MABILLONIUS *libro de Re diplomatica cap. VII. §. VII.* verbis: „Nunc „ inquirendum ſupereſt, quo ritu quove tempore „ Nomina vel Cognomina ipſa imponerentur. „ Et quidem non raro id fiebat olim ante Baptiſ- „ mum. Cum enim adultis ſæpius conferretur „ hoc Sacramentum, Nomina ante illud eis „ aſſignare oportebat pro conditione necessitu- „ dinis humanæ &c. Poſtea vero, cum Ecclesia præeuntibus Decretis a Carolo M. prohibitum fuiſſet, *ne infantium baptiſmus ultra annum differretur*, Vide legem 18. pro Saxonibus in Cap. de Partibus Saxoniæ, in Monum. Paderb. Nomina in Baptismo impoſita ſunt &c. *Paganum no-*men iis tribuebatur, quibus certis ex cauſis differebatur Baptismus &c. Et poſtea: „Ex quibus „ intelligitur: Nomina Sanctorum non ſemper „ fuiſſe impoſita in Baptiſmo; immo paſſim alia, quæ nullis Sanctis competunt, Francica, Teutonica, & Gallica. Hucuſque MABILLONIUS. Inde videmus, in antiquis Documentis uſque ad Seculum X. XI. & XII. tot barbara & horrida vocabula in plerisque Archivis & Chartis occurrere.

re, quæ nullis Sanctis tribui poſſunt. Poſtea-men Sanctorum nomina recepta.

Verum enim vero hic præcipue inquirendum erit, quando Cognomina Familiarum Illuſtrium & Plebeiarum præſertim in Germania & Saxonia noſtra introduci & uſurpari paſſim cœperint. De quo egregie MABILLONIUS *libro 2. de Re Diplom. cap. 7. §. 2.* his verbis: „ Hic non abs re „ erit, obſervare, quo tempore Cognomina ob- „ tinuerint? nempe apud Francos noſtrates, „ (& Saxones,) & undenam peti, atque imponi ab illis Nomina ſolerent? Deinde addit Obſervationes SIRMONDI, inſignis Jeſuitæ. Prima eſt, *Romanis ſtante Rep. Proprium id nomen fuiſſe quod Primum.* Altera; *Poſterioris ætatis hominibus contra Proprium fuiſſe, quod Ultimum.* Tertia; Tum proprium hoc nomen, tum cætera, interdum quidem aliunde *pro arbitrio, utplurimum vero a propinquis, deducta fuiſſe*; quæ & Cognomina & Prænomina dicebantur. Sed quarta Obſervatio maxime ad rem noſtram facit, nempe *poſtremis temporibus non certa & ſtata, ut olim Generis & Familiæ vocabula in uſu fuiſſe; quæ & Fratribus communia eſſent; & ad Poſteros tranſirent; ſed omnia mox cum occaſu Reip. mutari ſenſim, ac labi cœpiſſe.* Et quanquam initio antiqui moris aliqua hæſerint, & remanſerint veſtigia in Gentilitiis Nominibus, quæ ab nonnullis Familiis retinebantur; poſtmodum tamen hoc ipſum *per Irruptiones Barbararum Gentium* neglectum fuiſſe;

fuiſſe; Adeo ut nullum tandem Familiæ, nullæ Gentis certum nomen fuerit. Filii etiam a Patribus & Fratribus inter ſe omnibus ſæpe nominibus diſcreparint. Hæc apud Romanos atque etiam apud Gallos, qui Romanis legibus vivebant, Transligerianos, iam inde ab ineunte ſtatu eorum Principatu, quibus Gallis id Proprium cuique nomen, quod poſtremum erat. &c. Hactenus usque Mabillonius.

Saxones vero noſtri antiqui non erant multinomines, ſed unico nomine proprio & ſatis ſignificativo utebantur & appellabantur, usque ad Seculum XII. aut XIII. quando cognominibus ad morem & exemplum reliquarum Gentium uti cœperunt; nec non ſigillis & inſignibus. Uti ex Chartis & Documentis antiquis abunde apparet. Quare falluntur illi, qui Antiquitatem Stemmatis, Inſignium & Cognominum ſuorum ulterius extendunt: Et vetuſtis Familiarum Cognominibus ultra Seculum XIII. gloriantur.

In Gallia uſum Cognominum apud Illuſtres & Nobiles Familias demum ſero cœpiſſe, & paſſim in Chartis publicis fuiſſe introductum, teſtatur MABILLON. c. I. §. 3. dum ſcribit: Tandem ſub finem ſeculi X. ſed maxime ſeculo XI. ineunte Cognominum uſus frequentari cœpit; Eorumque origo proceſſit variis ex cauſis. Quandoque ab arte, ſive ab opificio eorum, quibus imponebantur. Ut *Petrus Piſtor*, *Robertus Coquus*. &c. Aliquando ab Eventu quodam. Nonnunquam a ſcommate ſeu dicte-

dicterio, ſeu faceto dicto &c. Adhæc derivata ſunt Cognomenta a patre; vel expreſſo filii nomine, vel ſuppreſſo in hunc modum: PAULUS *Warnefridi*. Hinc orta ſunt Cognomina vernacule deſinentia in *Son*. Qualia ſunt *Williamſon*, id eſt, Wilhelmi filius. *Philipſon* apud nos, Philippi filius. Quidam a matre id traxerunt.

Denique ut alia prætermittam, Cognomina non raro deſumpta ſunt *a loco, urbe, ac regione*. Sic Nobiles plerique a loco domicilii ſui Cognomentum acceperunt. Unde Familiæ pleræque apud nos condictæ a prædio quodam ruſtico olim, nunc nobili. Quorum omnium exempla videantur ibidem; Et nemo non ex antiquis & modernis Documentis colligere poterit.

Hæc Cognomina vero imponebantur Epiſcopis, Clericis, Monachis & Fœminis: Forſan, quod illorum dignitas, & Tituli eſſent Cognomenti loco ad eos deſignandos; Neque ſcommatica vocabula decerent Sacri Ordinis Miniſtros; Nec dignitatum Secularium nomina, quæ a prædiis deducta erant, iis convenirent. Nam fœminæ conjugatæ non alio paſſim quam mariti ſui titulo gloriabantur. Hactenus Mabillonius. Exempla ſunt in promptu paſſim in Chartis ex Seculo XIII. exſtantibus, ubi Comites & Nobiles a ſedibus ſuis & locis domicilii appellantur, v. g. *Guntherus*, Nobilis Vir, vel Comes de Schwalenberg, *Hermannus*, Nobilis Vir de Lohn, *Wilhelmus Domicellus de Monte*, Comes de Ravensberg, & *Albeidis*

eius

eius Conthoralis in Epitaphio, (ſive Tumulo Monumento Bilfeldienſi Seculi XIV. Infini- ſim, ſi talia exempla omnia recenſere velim. Q- que ex Hiſtoria ſua patria addere poterit, in publicis Monumentis ac Documentis in- niet. Seculo vero decimo tertio vel quarto dem- hæc introducta paſſim fuiſſe in Gallia, & vi- locis, demonſtrat §. VI. ibidem.

Concludit tandem Mabillonius dicto lo- §. IV. his verbis: „ Itaque ex his omnibus, ali- „ que capitibus, & cauſis orta ſunt varia Famili- „ rum Nomina, quæ primo quidem incerta „ variabilia cum fuiſſent, poſtmodum fixa & pro- „ pria eſſe cœperunt. Scommatica, ſeu jocula- toria Nobilium nomina (ignominioſas appella- tiones,) quidam corrupta putant, depravatis prædiorum vocabulis, a quibus illa originem ducebant. At certum eſt permulta, ſaltem pro- miſcui vulgi, atque etiam Nobilium quorundam ab origine *ex Dicteriis* impoſita fuiſſe. Exempla ſunt odioſa; Alias facile eiusmodi Teſtimonia cauſa allegari poſſent, v. gr. Nobilium de Riet- ſel, de Schorlemmer, de Duvel, de Schwartz- & ſimilia.

Ubi tamen neceſſario monendum eſt, Doctiſ- ſimum & ſolertiſſimum alias MABILLONIUM præterire unam Cognominum Originem, maxi- me frequentatam præſertim in Germania noſtra, ubi multæ & pleræque Familiæ Nobilium a Mi- *niſteriis & Officiis publicis olim adminiſtratis* ap-

pellan-

ellatæ & cognominatæ eſſe deprehenduntur, v. g. *Truckſeſſen, Schencken, Droſten, Marſchallen, Bgreven &c.* Imo quidam Doctores & Scriptores iuris publici & privati docent, omnem fere Nobilitatem ex eiusmodi officiis ſive militaribus, ſive eccleſiaſticis eſſe derivandam atque deducendam. Vide BESOLDUM in Theſauro Practico, voce Reichs-Stände.

Veriſſimum quidem & certiſſimum eſt, ante tempora Principum Secularium modernorum & eccleſiaſticorum, fuiſſe primariam & ſecundariam Nobilitatem in Germania & Saxonia noſtra; Vide TACITUM de Moribus Germanorum; item JULIUM CÆSAREM de Bello Gallico, libro VI. Sed hoc non eſt in quæſtione; illud tantum quæritur: *Utrum Cognomina Familiarum Illuſtrium ac Nobilium, quæ hodie ſunt in uſu,* v. g. a prædiis & Regionibus &c, vel aliis adiunctis, *olim fuerint uſitata apud veteres Germanos ante ſeculum XIII. & XIV.* quod omnino negatur. In vetuſtis Chartis & publicis Documentis talia Epitheta, ſive Cognomina & Nomina ab Officiis publicis, vel a Regionibus deducta nusquam comparent; ſed poſterioribus demum ſeculis, quando prædia hereditaria & Feuda Familiis annexa fieri cœperunt, introducta eſſe videntur. Quod demum Plebei ſerius imitati ſunt.

Rectiſſime igitur ſcribit Illuſtris Dominus DE GEMMINGEN, dicto loco apud Beſoldum, voce Reichs-Stände; „ Aliqui originem

Nob-

„Nobilitatis ab Officiis hereditariis Collegio-
„rum, & Monaſteriorum, ſive Eccleſiarum de-
„ducunt; ſed ego compertum habeo, inquit
„Auctor, nobilisſimos quosque & præſtantisſi-
„mos ex vetuſta Nobilitate, ad ea Officia, ſive
„Miniſteria hereditaria eccleſiarum fuiſſe ad-
„miſſos; non vero Ignobiles ad talia munera
„fuiſſe promotos. Nobilitas enim noſtra Ger-
manica & Saxonica non ab Eccleſiaſticis origi-
nem trahit; Verum longe eſt vetuſtior. Officia-
les illi hereditarii ſive miniſteriales, ut quidam
vocant, *non ſunt nobilitati per officium*; ſed jam
erant Nobiles, antequam fierent officiales: Imo
Nobiles Nobiliores, ut ita loquar, ſive præſtan-
tiores, id eſt, antiquisſimæ & nobilisſimæ Fami-
liæ ad talia officia promovebantur, uti etiam ho-
die fit. Exempla ſunt in promptu. Et ſi Nobiles
Familiæ ab Officiis illis & Miniſteriis Eccleſiaſti-
cis pure provenirent; quo devenerunt Stemmata
& Familiæ Nobiles, quæ tempore Julii Cæſaris &
Taciti, nec non Caroli M. in Saxonia noſtra, &
univerſa Germania magno numero vivebant, &
florebant? Vti quoque ex ADAMI BREMENSIS
Hiſtoria Eccleſiaſtica, & Relatione ibidem EGIN-
HARDI de adventu, moribus, & ſuperſtitione
Saxonum apparet.

Illud vero præcipue hic non eſt in quæſtione:
Utrum nobiles Familiæ in Germania & Saxonia,
ac reliquis Regionibus & Provinciis tempore
Julii Cæſaris, Taciti, & Caroli M. fuerint? Illud
enim

enim non eſt dubitandum; quia hoc uno ore teſtantur Auctores prædicti. Sed quæritur: *Utrum Nobiles illæ Familiæ certa quadam bona immobilia ſive prædia, & feuda ſive beneſitia habuerint, unde integra Familia illa Nobiles fuerint denominatæ; vel ſtatum & perpetuum Nomen proprium, vel Cognomen habuerint?* Id quod omnino negandum eſſe videtur, quia in nullo probato ſcriptore authentico & claſsico talia vocabula ſive Cognomina Familiarum, usque ad ſeculum Chriſti XIII. in Germania & Saxonia noſtra quidem deprehenduntur. Multas vero Familias Nobiles ab Officiis ſive Miniſteriis publicis fuiſſe denominatas; quia ex illorum familia quidam tale Officium adminiſtrarit, & cujus nomen vel cognomen toti Familiæ adhæſerit, patet ac manifeſtum eſt ex Cognomentis Familiarum Illuſtrium, & Nobilium eorum, qui ab officiis publicis olim adminiſtratis, *Truchſeſſi, Schenckii, Mareſchalli, Adelſchalci, Gogravii, Vogtei* fuerunt cognominati.

Quinimo *villicos illos majores*, vulgo **Meyers**, tractu temporis & tandem in Nobilium ordinem fuiſſe adlectos, præſertim ſi rei militari operam darent, & ex prædiis avitis & hereditariis fuiſſe cognominatos, probat GOLDASTUS in notis ad Eckehardi caſus S. Galli, Tomo I. Rerum Alemannicar. pag. 115. ubi ſcribit: „Erant autem „*VILLICI ILLI MAIORES* ab initio ex plebe „& vulgo. Poſtea progreſſione facta cum a „Dominis ſuis, non Principibus tantum, ſed vero

„ Baronibus & Nobilibus (nec non Epiſcopis
„ Abbatibus) prædia in beneficium ſive Feud
„ ut JCti loquuntur, accepiſſent, eo
„ etiam Nobilitatem ſibi vendicare cœp
„ Vide GVILLIMANNUM in Antiquit
„ Helveticis *libro 2. cap. 11.* Quo ex fonte,
„ Goldaſtus, infinita Nobilium profluxit
„ tudo. Quidam etiam *ex officio nomen* (ſi
„ *cognomen*) retentarunt; Quorum ingens
„ Alemanno-Helvetios numerus. Eorum
„ nullos, qui tunc in memoria erant, &
„ adhuc ſuperant, partim ſunt extincti, no
„ bor adſcribere. Sunt vero MAIORES,
„ *de Herdliberg, de Glarus, de Hochfelden, de*
„ *deck, de Reidnovv, de Rietheim, de Sicking*
„ *Altſtetten, de Sitten, de Mur, de Knon*
„ *Burgleu, de Eppenberg, Moyer von St. G*
„ & alii numeroſi &c. Hactenus Goldaſtus.

Habemus igitur *Cognomina Familiarum*
& Nobilium *ex prædiis & villis majorum*
rum, vulgo **Meyers** deducta & derivata.
probabile videtur, antiquisſima eſſe *Cogno*
& *Nomina propria, quæ ex agris derivan*
quoque obſervavit CONRINGIUS *Diſſ*
Urbibus Germanicis §. 83. verbis: „ Ex
„ diisque veteris ejus inſtituti nonnulla
„ nicis urbibus vetuſtisſimis indicia. P
„ enim & antiquioribus civibus ab agro
„ Cognomenta, unde primum in urbes co
„ grarunt &c.

Qu

Quod vero non adſcripſerint Cognomina vetuſtis Documentis majores noſtri, ejus ævi ruditati & ſimplicitati tribuendum. Recte VADIANUS apud *Goldaſtum Tomo 3. Rerum Alemannicar. pag. 15.* verbis: „Mirum autem vel „ſimplicitate Barbaræ Gentis, vel ſtudio brevita„tis factum, ut neque in Tabulis, neque in Char„tis Francicis aut Alemannicis, quas quidem vi„dere mihi contigit, nusquam Cognomina vel „Abbatum, vel Advocatorum, vel Teſtium aut „Comitum adſcripta cernantur. Cum hodie „prope omnibus in Tabulis & Syngraphis ita „requirantur, ut ſi deſint, omni prorſus fide & „æſtimatione careant. Nec dubium tamen eſſe „queat, quin illis ſeculis etiam ſerviles & infimo „loco habitæ Familiæ ſuis Cognominibus non „caruerint. Hactenus recte Vadianus *libro I. de Collegiis & Monaſteriis Germaniæ veteribus &c.*

Ex prædiis igitur, ſive agris & villis ruſticorum, vel potius villicorum majorum pleraque Familiarum Illuſtrium, Civicarum & Plebejarum Cognomenta. Imo hodierni noſtri Nobiles ex prædiis ſuis ſive Bonis feudalibus ſeſe diſtinguere amant. Sic vocantur *die Vincken zum Oſtenvvalde, und Kilver, die Droſten zu Viſcheringen, die Heiden zu Hoveſtede.* Et ſimilia Nobilium cognomina. Quorum exemplum Patritii & cives in urbibus & pagis, ſive vicis imitati fuiſſe videntur. Ii enim etiam poſt ſeculum XIII. & XIV. propria cognomenta adoptarunt. Non dubito vero, ruricolas

omnes a ſuis prædiis iam olim fuiſſe appella
ita tamen ut Prænomen, a patribus, vel matri
vel cognatis deductum ſimul gererent & h
rent, v. g. a vitio vel virtute quadam deriv
v. g. *Herman, Adolph, Friderich, Ulrich*, & ſimi

Paulo vero ſerius Hebræis, Græcis & La
vocabulis & nominibus uti cœperunt, vide
DIANUM ibidem pag. 35. & 36. & tand
prævalente ſuperſtitione, vel devotione & ſi
plicitate, meris Sanctorum Nominibus in
mo uſi ſunt. Nec vero eſt, quod Origi
pudeat, vel tædeat Nobiles noſtros & Illu
Familias, nempe quod pleræq; earum ex *Vi*
Majorum ſtemmate & propagine ſint or
Quia antiquisſimi mortalium ruricolæ &
res ovium fuerunt. Mihi hic placet ill
NECÆ l. III. c. 28. de *Benef. Eadem omnib*
cipia, eademque Origo. Nemo altero nobi
cui rectius ingenium, & bonis artibus apti
majora natum. Unus omnium parens m
ſive per ſplendidos, ſive per ſordidos gra
hunc prima cujusque Origo deducitur &c.

Cum qua divina ſententia hanc
lam bene longam claudo & Te val
beo. Dabam Halæ Weſtfalor. 9. Jul.

P. S.

Memorabile eſt Edictum ſive Præcep
Diploma CONRADI II. Imp. apud *Schat*
libro 8. Annalium Paderborn. ad annum 1

ubi in fine hæc verba *de creandis Miniſterialibus* id eſt, Nobilibus habentur. „Et liberi homi-
„nes, id eſt, Nobiles minoris Ordinis) licentiam
„habeant, Prædia ſua eidem Monaſterio con-
„ferre: Nec quivis judex aut Regia Poteſtas,
„(id eſt, Regius Miniſter) ſolitum debitum, aut
„publicum vectigal ab eis deinceps extorqueat:
„Sed *ſeipſos in Proprietatem ipſius Eccleſiæ, ad Jus*
„*Miniſterialium* tradere liceat. *Et de infimo Or-*
„*dine, videlicet de Litis aut de Cenſuariis facere*
„*Miniſteriales*, Abbas *poteſtatem habeat*. Hacte-
„nus Diploma.

Ex quibus patet, Epiſcopos & Abbates primarios Jus atque poteſtatem habuiſſe creandi Nobiles, id eſt, Miniſteriales, etiam ex litis, ſive Manumiſſis & Cenſuariis, id eſt, ſervilis & infimæ conditionis hominibus. Quod in nullo Diplomate me legere memini. Tales Nobiles ſive Miniſteriales prædia ſua Eccleſiis tradita ſive donata, in uſumfructum perpetuum ſive Feudum, & beneficii loco recipiebant. Quod Feudum oblatum dicebatur. Homines, qui ſeipſos in poteſtatem ac proprietatem Eccleſiæ re & corpore, ad Jus Miniſterialium tradebant, *Maalmanni*, & *Mundmanni*, vel etiam *Jamundelingi*, in Diplomatis Bremenſibus appellantur. Quinam vero hi *Jamundelingi*, vel *Mundmanni* fuerint, tradit PAULUS HECHENBERGERUS in Germania media, Diſſertat. 2. §. 13. verbis: Fuere quoque, qui ex intempeſtiva quadam pietate turbati, res

ſuas Eccleſiæ & Monachis donarent. Et vid[illegible] agros, aut domum in beneficii modum ad [illegible] tempus, vel in perpetuum reciperent. Quo[illegible] plurima exempla in Traditionibus Fuldenſ[illegible] occurrunt. Qua quidem liberalitate, quum [illegible] nua penſitatione res ſuas feciſſent obnoxias; [illegible] Statum libertatis ſuæ vehementer conc[illegible] Ejusdem generis erant *Jamundelingi*, qui ſe [illegible] ſuas in potentioris Epiſcopi vel Abbatis Patro[illegible] nium tradebant; ut eo modo ſecuriores & m[illegible] res contra potentiam validiorum eſſent; & [illegible] litiam atque onera Reip. evitarent. Q[illegible] que Collegia & Monaſteria ab oneribus [illegible] neribus militiæ per ſpeciale privilegium [illegible] exempta. Privilegium OTTONIS I. [illegible] Epiſcopi Adaldagi preces monaſteriis [illegible] ſum: *Si vero aliquis ex libertate* voluerit [illegible] MUNDLING, *vel Litus fieri; aut etiam* [illegible] *ad monaſteria ſupra dicta, cum conſenſu* [illegible] *dum ſuorum non prohibeatur* &c. Null[illegible] ſupereſt dubium hosce Clientes ſive fiduc[illegible] JAMUNDELINGOS, veteres Eccleſiar[illegible] noſtros, ſive Miniſteriales tam bello qu[illegible] fuiſſe, qui res ſeculares monaſterioru[illegible] ſiarum adminiſtrabant. Et inde præd[illegible] & beneficia ſive Feuda Remunerationis [illegible] ſidebant; Et ſic in Statum Nobilium & [illegible] Eccleſiaſticorum per eam reception[illegible] motionem evehebantur, iique cogn[illegible] prædiis mutuabantur.

OBS[illegible]

Obſervatio CXXIV.

EIUSDEM,

ſiſtens

Ad Diſſertationem Epiſtolarem de Nominibus & Cognominibus apud Romanos & Germanos,

NOTAS & ADDITAMENTA,

quæ exhibent:

I. Uſum & rationem Nominum & Cognominum apud HEBRÆOS: Et quando Nomina Infantibus impoſuerint?

Ad

Clariſſimum Virum

CAROLUM FRIDERICUM PEZOLDUM.

HUjus Diſſertationis Epiſtolaris Notas & Additamenta Tibi dedico, *Nobiliſſ. Domine Pezolde* ut ea Miſcellaneis Lipſienſibus inſeras. Quæ ſi videam doctis,

 & re-

& rerum antiquarum peritis arridere, ac placere; plura ejusmodi *ad Antiquitates Germanicas* pertinentia, DEO volente, moliar; & publico communicabo. Tu, Lector Benevole, vale; Et ſi quid noviſti rectius iſtis, candidus imperti.

Antiquiſſimos mortalium ad diſcriminandas perſonas ac Familias, certo tempore Nomina peculiaria Infantibus impoſuiſſe, notum eſt ex Hiſtoriis. Apud HEBRÆOS ſtatim poſt Circumciſionem peractam nomen Infanti imponebatur, Geneſ. XXI. v. 3. 4. Sed & apud ROMANOS dies Infantium *Luſtricus* dicebatur, & *Nominalis* ab eodem more. Et apud ATHENIENSES decimo die Sacra fiebant; Et imponebatur nomen infanti, ut nos docent *Aves Ariſtophanis*, & ad eum Scholiaſtes. Et in voce *Amphidromia* Suidas. Nec aliud ea in re ſpectatum arbitror, inquit Grotius, quam quod cum multi ad Circumciſionem, aut Luſtrationem advocarentur, iidem meminiſſe poſſent impoſiti nominis, ſi qua olim Controverſia oriretur. Parentum autem & Avorum nomina Poſteris imponebantur, ut ipſa Nominis recordatione ad imitandas eorum Virtutes accenderentur. Videatur Grotius ad Nov.

Teſta-

Teſtamentum, pag. m. 344. Quod exemplis ex antiqua Hiſtoria petitis probat ibidem.

Octavus vero dies apud Judæos erat *Luſtricus* ſive *Nominalis*: id eſt, nomen Infanti imponebatur in præſentia proximorum, & infans circumcidebatur. Iterum Grotius ad Novum Teſtamentum, dicto loco, p. 351. ad Lucam Evangeliſtam cap. 2. v. 21. ad verba: *Et poſtquam conſummati ſunt dies octo*. Ubi ſcribit: „ Dictum hoc, ut „ ſignificaretur impletum id tempus, quod ex „ Lege Circumciſioni erat præſtitutum. Cujus „ temporis dies ultimus erat a Natali octavus. „ Cui legi ſeſe ſubjicere voluit Chriſtus JESUS „ Salvator & Legislator noſter. Adeo ut non mirandum, continuare hunc morem adhuc Hebræos modernos, qui *octavo* demum *die* Infantes circumcidere, & nomina iis imponere ſolent.

Nomina vero Parentum aut Avorum impoſita fuiſſe infantibus recens natis olim, apud pleraſque Gentes, teſtantur Auctores. Inprimis Ubbo Emmius, in Diſſertatione *de Nominibus Familiarum Nobilium*, & præ reliquis *Celebrium in Friſia*, quæ in Hiſtoria frequenter occurrunt, & uſurpantur. Ubi ita ſcribit: „ Mos quondam multis „ in Gentibus fuit, ut Viri non ſolum Plebei, ſed „ etiam Illuſtribus Familiis nati, non alio Cog„ nomine, quam appoſito nomine parentum ſuo„ rum cenſerentur. Atque ita & nuncupabant ipſi ſe, & ab aliis nuncupabantur. Quod exemplis oſtendit ibidem. In ſpecie de Hebræis.

De Judæis Servius ap. *Spencerum de Legibus Hebraorum pag. 35.* Solebant antiqui diem octavum *pueri natalem* conſtituere; Et eo die ſingulis annis lætum convivium parare. Sicut Judæi octava die circumcidunt.

Hanc nominis impoſitionem individuum circumciſionis comitem fuiſſe, diſcere eſt ex Hiſtoria Johannis Baptiſtæ, cui peracto circumciſionis opere, nomen imponebatur, Luc. I. v. 59. Et factum eſt, ut die octavo venirent, ad circumcidendum puerulum; Et vocarunt eum ex nomine Patris ſui. Et Domino noſtro ac Salvatori nomen JESUS, ad morem gentis procul dubio, ipſo circumciſionis die imponebatur. Eſt autem trita & vulgaris opinio, hunc nomina imponendi morem ab Abrahami usque temporibus ad Judæos citeriores perpetua Traditione propagatum fuiſſe. Ita Venerabilis Beda cogitavit, dicens: *Ab Abrahamo exortum eſt, ut die circumciſionis Nomen parvulis aptaretur. Quia & ipſe, cum Teſtamentum, id eſt, Fœdus Circumciſionis a DEO acciperet, eadem prorſus die cum ſua conjuge, nominis augmentum promeruit.* Bedæ hac in re conſentit Grotius, eo quod Abrahamus ipſe filio ſuo ſub circumciſionis ſuæ tempus nomen dederit.

Quam opinionem tamen refutat *Spencerus* de Legibus Hebræorum p. 36. & putat: *Judæos a Gentibus hunc morem imponendi nomina infantibus, mutuo accepiſſe.* Ego potius putem, inquit, hunc nomina ſub ipſum circumciſionis

tempus

tempus imponendi morem *a veteri Gentium uſu* originem traxiſſe, & inter Judæos ſub Machabæorum forſan tempora primum inoleviſſe. Cum enim infantum luſtratio apud Ethnicos, circumciſioni apud Judæos analoga, perficeretur, ſolenne erat, infantes nomine aliquo inſignire. Inde profectum eſt, ut apud Romanos idem *Dies luſtricus* diceretur & *Nominalis*. Apud Athenienſes etiam decimo poſt partum die, peracta ſolenni luſtratione, nomen ex more infanti concedebatur.

Eſt autem facile creditu, Græcos & Romanos morem illum *a Gentibus antiquioribus accepiſſe*, quibus Sacra alia non pauca debuere. Judæos etiam hac in re, per ſe licita ſatis & honeſta, ad affines Gentium mores ſe conformaſſe, non ſine ratione perſuaſum habeo. Non conſtat enim, e lege aliqua, Abrahamo vel Moſi data, Deum diem octavum nominis impoſitioni aſſignaſſe. Deinde plurimi ex Abrahami poſteris, non die octavo, ſed *ſtatim a partu Nomen accepiſſe* videntur. Præterea non eſt rationi conſentaneum, Ethnicos hac in re Judæorum exempla ſibi ante oculos poſuiſſe, qui mores eorum alios, in liberis ſuis initiandis uſitatos, negligere ſolebant, & aſpernari. Vide Spencerum de Legibus Hebræorum pag. m. 7. pluribus hac de re diſſerentem.

II. Uſum

& rerum antiquarum peritis a[...]dere, ac placere; plura ejusmo[...] *ad Antiquitates Germanicas* pertine[...]tia, DEO volente, moliar; & p[...]blico communicabo. Tu, Lec[...] Benevole, vale; Et ſi quid novi[...] rectius iſtis, candidus imperti.

Antiquisſimos mortalium ad diſcriminand[...] perſonas ac Familias, certo tempore No[...] peculiaria Infantibus impoſuiſſe, notum e[...] Hiſtoriis. Apud HEBRÆOS ſtatim po[...]cumciſionem peractam nomen Infanti imp[...]batur, Geneſ. XXI. v. 3. 4. Sed & apud RO[...]NOS dies Infantium *Luſtricus* dicebatur, & [...]*minalis* ab eodem more. Et apud ATHEN[...]SES decimo die Sacra fiebant; Et imponeb[...] nomen infanti, ut nos docent *Aves Ariſtoph*[...] & ad eum Scholiaſtes. Et in voce *Amphidrom*[...] Suidas. Nec aliud ea in re ſpectatum [...] inquit Grotius, quam quod cum multi ad [...]cumciſionem, aut Luſtrationem advoca[...] iidem meminiſſe poſſent impoſiti nominis [...] olim Controverſia oriretur. Parentum [...] & Avorum nomina Poſteris imponeban[...] ipſa Nominis recordatione ad imitandas [...] Virtutes accenderentur. Videatur Grotius ad No[...]

Teſta-

„*mentum*, prætextati nempe, *poſtea Familia no-*
„*ſtræ in nomen* hæſit. Non aliter dicti SCIPIO-
„NES: Niſi quod Cornelius, qui cognominem
„Patrem luminibus carentem, pro baculo rege-
„bat, Scipio cognominatus, Nomen ex Cogno-
mine poſteris dedit. Et poſtea. „Nec mirum ſi
„ex Cognominibus nata ſint Nomina: Cum &
„contra Cognomina ex propriis ſint tracta No-
„minibus; ut ab Æmilio *Æmilianus*, a Servilio
Servilianus.

Verum objicitur: Meſſala, & Scipio, alter de pietate, de virtute alter, COGNOMINA repererunt. Sed *Scropha* & *Aſina*, quæ viris non mediocribus Cognomenta ſunt, volo, dicas, unde contigerint? Cum contumeliæ, quam honori propiora videantur. Tum ille: *Nec honor, nec injuria ſed caſus fecit hæc Nomina.* Vide Macrobium exemplis hoc explicantem.

Tradit *Andreas Schottus* Jeſuita in Electis Antiquitatum Romanarum, in Præfatione, *Romanos Nominibus ſuis parentes, avosque appoſuiſſe.* Nam fere patre, avo, majoribusque, item rebus geſtis inclareſcere dum ſtudent, acceptam an augere potius gloriam & amplificare conati, urbem in urbis caput, ſummumque Monarchiæ decus tandem provexerunt. Nominibus autem *Gens* cujusque oſtenditur, inquit Schottus: Ut *Familia* Cognomento. His Prænomina antecedunt, quibus *fratres ejusdem Familiæ & Patrueles* diſcernebantur. Vid. Schottus de priſcis Romanorum

De Judæis Servius ap. *Spencerum de Legibus Hebræorum pag. 35.* Solebant antiqui diem octavum *pueri natalem* conſtituere; Et eo die ſingulis annis lætum convivium parare. Sicut Judæi octava die circumcidunt.

Hanc nominis impoſitionem individuum circumciſionis comitem fuiſſe, diſcere eſt ex Hiſtoria Johannis Baptiſtæ, cui peracto circumciſionis opere, nomen imponebatur, Luc. I. v. 59. Et factum eſt, ut die octavo venirent, ad circumcidendum puerulum; Et vocarunt eum ex nomine Patris ſui. Et Domino noſtro ac Salvatori nomen JESUS, ad morem gentis procul dubio, ipſo circumciſionis die imponebatur. Eſt autem trita & vulgaris opinio, hunc nomina imponendi morem ab Abrahami usque temporibus ad Judæos citeriores perpetua Traditione propagatum fuiſſe. Ita Venerabilis Beda cogitavit, dicens: *Ab Abrahamo exortum eſt, ut die circumciſionis Nomen parvulis aptaretur. Quia & ipſe, cum Teſtamentum, id eſt, Fœdus Circumciſionis a* DEO *acciperet, eadem prorſus die cum ſua conjuge, nominis augmentum promeruit.* Bedæ hac in re conſentit Grotius, eo quod Abrahamus ipſe filio ſuo ſub circumciſionis ſuæ tempus nomen dederit.

Quam opinionem tamen refutat *Spencerus* de Legibus Hebræorum p. 36. & putat: *Judæos a Gentibus hunc morem imponendi nomina infantibus, mutuo accepiſſe.* Ego potius putem, inquit, hunc nomina ſub ipſum circumciſionis

tempus

empus imponendi morem *a veteri Gentium uſu* originem traxiſſe, & inter Judæos ſub Machabæorum forſan tempora primum inoleviſſe. Cum enim infantum luſtratio apud Ethnicos, circumciſioni apud Judæos analoga, perficeretur, ſolenne erat, infantes nomine aliquo inſignire. Inde profectum eſt, ut apud Romanos idem *Dies luſtricus* diceretur & *Nominalis*. Apud Athenienſes etiam decimo poſt partum die, peracta ſolenni luſtratione, nomen ex more infanti concedebatur.

Eſt autem facile creditu, Græcos & Romanos morem illum *a Gentibus antiquioribus accepiſſe*, quibus Sacra alia non pauca debuere. Judæos etiam hac in re, per ſe licita ſatis & honeſta, ad affines Gentium mores ſe conformaſſe, non ſine ratione perſuaſum habeo. Non conſtat enim, e lege aliqua, Abrahamo vel Moſi data, Deum diem octavum nominis impoſitioni aſſignaſſe. Deinde plurimi ex Abrahami poſteris, non die octavo, ſed *ſtatim a partu Nomen accepiſſe* videntur. Præterea non eſt rationi conſentaneum, Ethnicos hac in re Judæorum exempla ſibi ante oculos poſuiſſe, qui mores eorum alios, in liberis ſuis initiandis uſitatos, negligere ſolebant, & aſpernari. Vide Spencerum de Legibus Hebræorum pag. m. 7. pluribus hac de re diſſerentem.

II. Uſum

II. Uſum & rationem Nominum & Cognominum apud ROMANOS.

JAm ad ROMANOS, Gentium Dominos, a[illegible] dimus, ut videamus, quis uſus & ratio No[illegible] num ac Cognominum apud eos fuerit? Rom[illegible] vero aut *Octavo*, *aut Nono die* liberos ſuos [illegible] center natos luſtrabant, & Nomina ipſis imp[illegible] nebant. Indeque Deam quandam venera[illegible] tur, quam *Nundinam*, vel potius, NON[illegible] appellabant. Macrobius Libro I. Saturn[illegible] Cap. XVI. Eſt etiam NUNDINA Roman[illegible] Dea, a Nono die naſcentium nuncupata, qu[illegible] *ſtricus* dicitur. Eſt autem *Dies Luſtricus*, quo [illegible] fantes luſtrantur, & Nomen accipiunt. S[illegible] *Maribus Nonus, Octavus eſt Fæminis.*

Ab antiquitate enim remotiſſima ſic fe[illegible] Ethnicorum mores, ut Infantulos ſuos cer[illegible] nia aliqua ſuperſtitioſa Dæmoniis & Idolis [illegible] carent. Chaldæis & Ægyptiis antiquis in[illegible] fuit, liberos ab utero recentes, inuſto ſtig[illegible] vel traductione per flammam, Molocho, v[illegible] nio alicui tutelari devovere. Conferatur S[illegible] CERUS de legibus Hebræorum Rit[illegible] pag. 35.

Nomina ex Cognominibus orta, & vic[illegible] apud Romanos. De quibus MACROBIUS [illegible] bro I. Saturnalium Cap. 6. verbis; *Hoc Co*[illegible]

veret. Tempus autem, quo PERSONALIA COGNOMINA *in Gentilitia* abire cœperint, *ad Cruciatorum*, ſive *Cruce Signatorum ævum* figit; Quippe quo Tribus & Familiæ integræ Nobiles, ac Propinquitates Inſignibus certis, hoc eſt, Teſſeris, ac Typis militaribus in Scutis, & Vexillis depictis, deſignari ac diſtingui inceperint, ac geſtierint. Atque animadverſa ſimul commoditate, quam *Gentilitia Cognomina* lecta, auditave præſtare poſſent, ea Genti ſuæ propria eſſe voluerunt. Quod Plebeis quoque peropportunum acciderit, atque evenerit, ut cum ad *Inſignia Gentis ſuæ*, ſive arma Familiæ aſpirare non valerent, Gentili tamen Cognomine honorarentur. Hactenus Hickeſius.

De uſu & Origine cognominum apud Britannos ſive Scotos conferatur BUCHANANUS libro 7. Rerum Scoticarum pag. 217. verbis: „Sunt, qui tradunt, tum primum cœptum, ut „nobiliores ab agris cognomina ſumerent. Quod equidem falſum puto; Cum ea conſvetudo ne nunc quidem apud priſcos Scotos ſit recepta: totaque tum Scotia priſco ſermone & inſtitutis uteretur. Loco vero cognominis, more Græcorum, Patris nomen proprio ſubjiciebant; Aut ex Eventu aliquo, notave corporis aut animi vocabulum affingebant. Eundemque tum fuiſſe morem Gallis judicant illa Regia Cognomenta *Craſſi*, *Calvi*, *Balbi*. Item multarum in Anglia Nobilium Familiarum Cognomina, eorum maxime,

rum Gentibus & Familiis, in Appendice ad Roſini Antiquitates Romanas. Ceterum nemo quod ſciam, extat, qui de *Cognomentis Germanorum* ex profeſſo peculiarem Tractatum vel Diſſertationem ſcripſerit, niſi forte AVENTINUS, qui in Prolegomenis ad Annales Bojorum huc pertinentia quædam de Nominibus Germanorum vetuſtis congeſſit: Sed de Cognominibus ibidem nihil attigit.

Ut vero deſiderio Lectorum ſatisfaciam, qui plura de *Romanorum Nominibus* ſcire deſiderant, adſcribo hic Catalogum Auctorum ex Schotto, ex quibus plura de his haurire licet. Ita enim ſcribit: „Cæterum de Romanorum Nominibus, „qui veteres ſcripſerint, nunc accipe: Cariſius, „& Diomedes Grammatici. Valerius Maximus, „ſeu Probus Libro X. memorabilium. Dion „Caſſius Libro 47. Appianus Alexandrinus ini- „tio Libycæ. Pauſanias in Achaicis. Parentum- „que memoria docte, ut omnia, Carolus Sigo- „nius: Eumque ſecutus Onuphrius Panvinius; „Et nuper a nobis evulgatus Annalium Com- „mentarius uberrimus Stephani Winandi Pighii. „Vaſtum accedat Inſcriptionum antiquarum O- „pus. Hucusque Schottus Jeſuita. Plura vide in Theſauro Antiquitatum Romanarum Doctiſſimi GRÆVII.

III. Uſum

vanisſime ſimul atque inſcitiſſime opinantur. Quare veteres Scriptores Illuſtres quasque perſonas *uno nomine proprio*, non Familiæ univerſali appellant, nullo tamen vel hujus, vel illius Parentelæ ſive Proſapiæ expreſſo vocabulo. Et ritu in his locis ætate illa priſca per Illuſtres domique Nobiles Familias ſolenniter frequentato; ut qui ſatis haberent, ſi ordinum inter ſe atque honorum Gradibus diſtinguerentur. De *Cognomentis* ſecuri, quæ nulla omnino id temporis fuiſſe, oculatam nobis fidem fecerint, ſuperſtites etiamnum tot veterum Inſtrumentorũ Tabulæ, totq; Regum ac Principum Diplomata, quæ apud nos vel Ultrajecti in Archivis publice aſſervantur. Et quidem ſupra quingentas aut ſexcentas, & quod excurrit, Archetypæ ceræ impreſſis ex primaria Nobilitate Procerum noſtrorum ſigillis, fidei cauſa conſignatæ. In quibus nusquam Tibi Proſapiæ alicujus Nomenclatio occurſura.

Quid? quod neque loco Cognominis, ex Græcarum Gentium conſuetudine Patris vocabulum nomini proprio ſubjectum inibi es reperturus. In cujus vicem *dignitatis*, quam quisque ſuſtineret, *Titulus ſucceſſerat*. E.g. Si quis Eques, ſive Equitum Magiſter, vel arci tutandæ impoſitus, vel a poculis Principi, vel a libellis eſſet; is militis, Mareſchalci, Caſtellani, Pincernæ, Cancellarii, quamvis ſemibarbaris Titulis ornatus, facile ſe tamen ab Idiotiſmi contemptu, belluæque multorum capitum inſolentia tuebatur, & vindicabat.

ſus apparet, Familias & Propinquitates ſive *Ø-mos* per certa quædam Nomina & Cognomina fuiſſe diſtinctas. Quomodo enim ſe invicem diſcernere, & in peculiares Turmas & Cuneos dividere potuiſſent, ſi Nomina & Cognomina non habuiſſent. Non diffiteor tamen, hoc mutatum ſæpe variantibus Reipublicæ & Regnorum atque Imperiorum Fatis & Periodis ſive converſionibus.

Scribit enim HICKESIUS in Introductione ſive Diſſertatione Epiſtolari ad Theſaurum linguarum Septentrional. „Ulterioris & priſci ævi „Anglo Saxones raro Binomines occurrere in „vetuſtis Documentis; niſi forte occaſio poſtu„laverit, ut Cognomina Patronymica ſive Pa„trum Nomina ſibi adſciſcerent. Vel neceſſitas „urſerit, ut ab ejusdem Nominis Perſonis, Cognominum ope diſcernerentur. E contrario Danos, Flandros, Islandos, alioſque Boreales Cognomina frequentius induiſſe. Indeque accidiſſe, ut ſimul ac Dani aliqua duntaxat Angliæ parte potirentur, Cognomina quoque invaleſcerent. CANUTO vero toti Britanniæ imperante, ea non in Aula ſolum, ſed per reliquas etiam Provincias perſonarent. Donec EDUARDUS, qui apud Normannos enutritus, in Normannum pene tranſierat, Regnum capeſſeret, & uti aliorum Rituum abolitionem; Ita & Cognominum uſum promiſcue introduceret: Adeo ut *uninominem eſſe*, opprobrii quiddam fere involveret.

habeo atque explorato. Quorum indubitatæ fidei FROSSARDI quoque adſtipulatur Auctoritas, diſerte teſtantis, morem iſtum ab arce, municipio, vel ſatrapia aliqua Cognomina derivandi, circa annum Chriſti 1078, id eſt, ſeculum XI. a Nobilitate primitus in Gallias introduci cœptum: Conſimilia plane de Scotis ſuis, adſtruente BUCHANANO Rerum Scoticar. libro VII.

Neque his diſſentanea in Britannia ſua CAMBDENUS; aſſerens, priſcos illos Anglo-Saxones noſtros ſimplici Comitis Titulo, omiſſa loci, cui cum auctoritate præerant, adjectione diu, imo per complures ætates, uſos, plus ſibi ſatis Illuſtres viſos fuiſſe. Hucusque egregie JANUS DOUSA de ſuis Hollandis, & reliquis vicinis populis. Ex quibus luculenter apparet: Cognominum uſum diu apud populos Septentrionales fuiſſe incognitum, vel ſaltem minus uſitatum, etiam apud Illuſtres Familias, ſaltem in publicis Documentis &c.

V. Sententiam UBBONIS EMMII de Nominibus & Cognomentis GENTILITIIS VETERUM GERMANORUM.

UBBO EMMIUS, Hiſtoriographus inſignis, iſti Schediaſmate *de Nominibus Familiarum Nobilium,*

xime, qui circa eadem hæc tempora *Guilielmum Normannum* ſecuti, in Anglia ſedes poſuerunt. Apud reliquos etiam Gallos ſero mos, Cognomina ab agris ducendi, receptus videtur, Ut ex FROSSARDI, ſcriptoris minime contemnendi, Hiſtoria intelligi poteſt. Adde CAMBDENUM in Britannia. JANUM DOUSAM Annalium Hollandicorum. Libro V. pag. 210. & 211.

IV. Uſum, & rationem Nominum ac Cognominum apud BATAVOS, FRISIOS, & HOLLANDOS.

RECte taxat JANUS DOUSA in Annalibus Hollandiæ eos, qui ex ignorantia vetuſtatis ſibi perſuadent, uſum Cognominum, qualia hodie apud Familias & Propinquitates reperiuntur, antiquisſimis retro ſeculis obtinuiſſe; libro V, Annalium pag. 207. his verbis: *Illud certum, atque indubitatum, iſtiusmodi vocabulorum, ſive ab Arcibus, ſive loci cujusdam nomine deductorum appellationes ea tempeſtate necdum natas fuiſſe. Nedum ut in illuſtribus Familiis locum aliquem vel uſum tale quippiam habere potuerit. Confictum ſcilicet ab iis, qui vetuſtatis inſcitia omnia ad præſentis ævi rationem, judiciique ſui captum exigenda, atque ponderanda*

vanis-

propriis, ac ſimplicibus vocari voluerunt: Non additis nominibus parentum aut Familiarum. At reliqua Nobilitas, præſertim a quingentis, aut ſexcentis annis, Familiarum nomina libenter uſurpavit, & nominibus ſuis ſubjecit, (*Falſum: Hoc demum factum ſeculo XIII aut XIV*) Factumque hoc eſt non ſolum, ut ſinguli hoc modo accuratius ſignarentur, & ab aliis Homonymis, vel ſimilis nominis diſcernerentur; ſed etiam ut a genere claro gratia aliqua & gloria accederet. Idque impenſius omnino quæſitum temporibus poſtremis, quando crevit ambitio; Et ex genere ſumptus animorum tumor, ac vana gloria. Hactenus egregie Ubbo Emmius in Præfatione ad rerum Friſicarum Hiſtoriam, editam Lugduni Batavorum, in folio, 1616.

Verum fallit, ac fallitur in eo UBBO EMMIUS, quod putet, *Uſum Cognominum Familiarum Illuſtrium jam inde a ſeculo VIII. IX. aut X. traxiſſe originem.* Nam quovis pignore certare auſim, quod Uſus cognominum apud Germanos demum poſt Expeditiones ſacras in Orientem, id eſt, ſeculo XI. ſenſim inter Illuſtres perſonas & Familias; & deinde illorum exemplo, inter plebejos & cives ſit introductus. Sicuti ex antiquis Documentis illorum ſeculorum apparet. *Ubi nuda nomina Propria, ſed nulla Cognomina* reperiuntur. Videantur Traditiones *Fuldenſes*, & Diplomata *Mindenſia* apud Piſtorium. Diplomata & Præcepta *Magdeburgenſia* apud Meibomium;

bilium, & præ reliquis *celebrium in Friſia*, quæ in Hiſtoria frequenter occurrunt, & uſurpantur, erudite hanc materiam *de Nominibus & Cognomentis Gentilitiis* illuſtrat, & eleganter oſtendit, ap. pleraſque Nationes nomina Patronymica, ſive parentum, avorum, vel conſangvineorum, loco Cognomenti Gentilitii, ad diſcernendas perſonas in uſu fuiſſe; verbis: Mos quondam multis in Gentibus fuit, ut viri non ſolum plebei, ſed etiam Illuſtribus Familiis nati, non alio cognomine, quam appoſito nomine parentum ſuorum cenſerentur. Atque ita & nuncupabant ipſi ſe, & ab aliis nuncupabantur.

Quod multis exemplis ab Hebræis, Lidicis, Perſicis, Græcis & Latinis eleganter illuſtrat ibidem, ubi addit: Quin & Latini & Romani quoque aliquid hujus moris tenebant; quanquam nomen Gentis aut Familiæ adjicerent; adderentque vocem (*Filius*) hoc modo: *P. Valerius, P. Filius.* Obſervabant vero & Aſiatici populi, & Græci etiam hoc, ut patris nomini apponerent, vel ejus loco uſurparent non raro nomen Stirpis, vel Familiæ, quod fere ſumebatur ab Illuſtri Stirpis, vel Familiæ auctore. Videantur exempla ibidem.

Deinde *de Germanorum veterum Nominibus & Cognomentis* diſſerit hoc modo: Germanis veteribus pleriſque, a prima fere memoria, aliud placuit. Nam Reges & majores Principes, velut Illuſtres & noti, ex ſe ſuis tantum nominibus

pro-

opriis, ac ſimplicibus vocari voluerunt: Non dictis nominibus parentum aut Familiarum. At liqua Nobilitas, præſertim a quingentis, aut xcentis annis, Familiarum nomina libenter ſurpavit, & nominibus ſuis ſubjecit, (*Falſum: hoc demum factum ſeculo XIII aut XIV*) Factumque hoc eſt non ſolum, ut ſinguli hoc modo accuratius ſignarentur, & ab aliis Homonymis, vel milis nominis diſcernerentur; ſed etiam ut a genere claro gratia aliqua & gloria accederet. ſque impenſius omnino quæſitum temporibus oſtremis, quando crevit ambitio; Et ex genere umptus animorum tumor, ac vana gloria. Hactenus egregie Ubbo Emmius in Præfatione ad rerum Friſicarum Hiſtoriam, editam Lugduni Batavorum, in folio, 1616.

Verum fallit, ac fallitur in eo UBBO EMMIUS, quod putet, *Vſum Cognominum Familiarum Illuſtrium jam inde a ſeculo VIII. IX. aut X. traxiſſe originem.* Nam quovis pignore certare auſim, quod Vſus cognominum apud Germanos demum poſt Expeditiones ſacras in Orientem, id eſt, ſeculo XI. ſenſim inter Illuſtres perſonas & Familias; & deinde illorum exemplo, inter plebejos & cives ſit introductus. Sicuti ex antiquis Documentis illorum ſeculorum apparet. *Vbi nuda nomina Propria, ſed nulla Cognomina* reperiuntur. Videantur Traditiones *Fuldenſes*, & Diplomata *Mindenſia* apud Piſtorium. Diplomata & Præcepta *Magdeburgenſia* apud Meibo-

mium: *Paderbornenſia* in Monumentis & apud Schatenium in Annalibus: Chartularium *Werdinenſe* apud Leibnitzium: Et paſſim vetuſtæ Chartæ & Tabulæ apud veteres & nuperos Scriptores Hiſtoriarum & Annalium, ubi nulla, quod mireris, Cognomenta Familiarum Illuſtrium & plebejarum deprehenduntur. Adeo ut maximopere hallucinentur illi Scriptores, rerum antiquarum prorſus imperiti, qui Cognomina Familiarum Illuſtrium & plebejarum *ab arca Noe & vetuſtisſimis temporibus* non vereantur derivare.

Illud certisſimum videtur, Cognomenta Familiarum Illuſtrium eo demum tempore cœpiſſe in Germania noſtra, quo prædia & bona feudalia ſive fiduciaria cœperunt eſſe *Hereditaria*. Quod factum pedetentim circa annum 1100. & ſequentibus ſeculis, non uno eodemque tempore; ſed paulatim ac tractu & ſucceſſu ſeculorum, apud alias Nationes citius, apud alias tardius. Quomodo demum cognomina ad plebejos pervenerint, erudite ibidem explicat Ubbo Emmius, his verbis: Dimanavitque ſenſim ea conſuetudo a Nobilitate ad ipſos plebejos, præſertim in oppidis & urbibus. Familiarum autem nomina ſumebantur utplurimum, aut a loco, unde familiæ alicujus Auctor originem trahebat; aut ab eventu aliquo memorabili: ſive re quapiam, quæ cognomen vel celebritatem conditori Familiæ dederat: Interdum etiam a poſſeſſione arcis, prædii, villæ, aut ſi quid hujusmodi poſſiderent.

Friſii

Friſii autem majores noſtri ante aliquot ſæ-
cula, id quod Græcos uſurpare ſolitos dixi, hac
in re ſecuti ſunt Nobiles pariter ac Ignobiles.
Nominibus enim ſuis cognominis loco, paren-
tum ſuorum nomina appoſuere; Quemadmo-
dum & populi plerique ſub Septentrione de-
gentes, maxime *Sueci*, aut Suedi; apud quos etiam
Magnates & primaria Nobilitate orti, hac nun-
dum forma gaudent.

Obſervatio CXXV.

M. DAN. FRIDERICI IANI,

Scholæ Torg. Con-R.

de

Mortibus Apoſtatarum.

§. I.

DE mortibus apoſtatarum dum agere in-
cipio, non neceſſarium eſſe duco, vt
in *originem vocis* pluribus verbis inqui-
ram, cum dubio procul ea ἀπὸ τοῦ ἀφιςάναι de-
ducenda ſit. Eſt vero *apoſtata*, vt ego quidem
hoc loco accipio, *veræ & puræ religionis chri-
ſtianæ deſertor, quam antea confeſſus eſt, quique ſe*

ad ſectam, variis ſordibus inquinatam, conſer, quamuis non ignorem, apoſtatae nomen proprie competere illis, qui a Chriſto, quem agnouerunt, deficiunt, & ad gentes, quas infideles vocamus, tranſeunt. Quot vero eiuſmodi hominum genera in eccleſia olim fuerint, docet Magnificus D. ADAMUS RECHENBERGIUS in *Hiero-Lexico reali*, & Venerandus Abbas Mariaevallenſis, D. IOHANNES ANDREAS SCHMIDIUS, in *Lexico Eccleſiaſtico*, qui conſuli poſſunt. Nos vero de mortis genere ſolliciti ſumus, quod apoſtatae habuerunt, & notamus, quod miſere perierint. Sic enim adimpletur, quod DEVS in epiſtola ad Ebraeos per D. Paulum apoſtolum conſignari iuſſit c. X commate XXXVIII: ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται· καὶ ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. Et Syracides cap. XXVII comm. III: ἐὰν μὴ ἐν φόβῳ κυρίου κρατήσῃ κατὰ σπουδὴν, ἐν τάχει καταστραφήσεται αὐτοῦ ὁ οἶκος. vt alia loca taceamus. Quare ad propoſitum veniam, & in hac exponemus obſeruatione *de mortibus*, ſi non omnium, tamen *inſignium apoſtatarum*.

§. II.

Primum igitur nobis occurrit *VALENS ACIDALIUS*, qui medendi arte magnam ſibi famam comparauerat, & arte critica eruditis innoteſcebat. In libris enim viginti Diuinationum & interpretationum Plautinarum, vt reliqua ingenii documenta taceamus, induſtriam

ſuam

rum comprobauerat, qui etiam Francofurti Iaevu in lucem publicam prodierunt. Illud ingenii eſt, de quo DAVIDES SCULTETUS in der Schaubühne der gelehrten Juden exiſtimat, quod ex nimiis vigiliis in adornandis hiſce diuinationibus febrim ardentiſſimam ſibi contraxerit, eaque mortuus ſit. Enimuero alia fuit mortis ratio. Lutheranus erat, cum in Sileſia illud munus non impetraret, quod cupiebat, deſerebat veram Chriſti doctrinam, & Pontificiam ex emergendi ſtudio amplectebatur. Poſtquam vero proceſſioni publicae, vt vocant, intererat, fiebat ex iuſto Dei iudicio, vt in rabiem ageretur, inque ea miſere periret. videantur *noua litterar. Germ.* clo Iace viii p. 479.

§. III.

URIEL ACOSTA, celeberrimo loco in Luſitania natus, chriſtianos parentes nactus erat, poſtquam maiores ſec. XVI Iudaiſmum in ea regione eiurauerant. Tantum vero aberat, vt in chriſtiana religione permaneret, vt potius Amſtelodami ſe circumcidi paſſus ſit, & loco *Gabrielis* nominis, quo primis Chriſtianorum ſacris initiatus erat, illud *Vrielis* in ritibus circumciſionis ſibi magis praeoptauerit. In hoc iudaiſmo peruerſus & errabundus homo varie ſe geſſit, vt ſaepius fuerit a Synagoga proſcriptus & exterminatus; cuius rei hiſtoriam e vita, quam ipſe deſcripſit, & ex collatione amica

veritatis chriſtianae religionis cum erudito Iudaeo PHILIPPVS A LIMBORCH recenſet, & in compendio exhibet doctiſsimus PETRVS ADOLPH. BOYSEN, in diſſertat. de *Apoſtaſiae merito & falſo ſuſpectis, ſect. X.* Quod vero ad vitae finem attinet, is fuit miſerrimus, dum ipſe ſe Amſtelodami in domo ſua ſclopeto interemit. Quo autem anno ille apoſtata interierit, non liquido conſtat; exiſtimant tamen auctores *Bibliothecae Vniverſalis Tom. VII,* mortem accidiſſe Iↄ cxlvii. conſuli etiam poteſt Dn. KETTNERVS *de religione prudentium pag. 75.*

§. IV.

STEPHANVS AGRICOLA, apoſtata, cum in mari Adriatico Italiam verſus nauigare vellet, de naue ipſe ſe praecipitauit, & vita eius cum gemitu fugit indignata ſub umbras, IO. GERHARDVS *in Loc. Theolog. Tom. V. pag. 1313.*

§. V.

D. MAVRITIVS CRAVSIVS, Halae Sax. ſequitur, qui ALBERTI ARCHIEPISCOPI conſiliarius fuit. Is enim cIↄ Iↄ xxvii agnouerat puram doctrinam, eamque contra diſſentientes tuebatur. Et quamquam Albertus legem promulgauerat, *vt nemo S. Coena ſub vtraque ſpecie vteretur, niſi velit in capitis ſupplicium incurrere;* is tamen Chriſti mandatum pluris faciebat, & ea ſub vtraque ſpecie vtebatur. Enimvero quum videret, ſe antiquum locum gratiae & honoris

eſſe

amiſſurum, exemplo aliorum purpurato-
n, cedebat tempori, deficiebat a coeleſti ve-
te, abnegabat Chriſti verbum, Lutherum, qui
am apoſtolicam fidem e tenebris Papiſtarum
lebat, variis conuitiis proſcindebat, & in gra-
m Epiſcopi S. Coena ſub vna ſpecie vtebatur.
a in re morem *Ecebolii* ſequebatur, cuius SO-
ATES *lib. III. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. XI.* memi-
, qui ſe ſemper ad religionem ſui magiſtratus
commodabat, Tempore CONSTANTINI
m ſtrenuus chriſtianae religionis adſertor;
LIANI aetate paganae adſecla; defuncto
rei chriſtianae iterum operabatur. Quod vero
tinet ad Crauſium, is ad ſuos amicos ſcripſiſſe
tur, *quod quamuis Chriſtus ei regnum coeleſte*
ferret; tamen nollet cum Luthero ſentire. O in-
ſtum chriſtianae rei aeſtimatorem! Poſtquam
ro cognoſcebat, quod multi inter illuſtriſſimos
incipes magis ex amore in coeleſtem verita-
m ditiones ſuas reliquerint, quam a pura Eu-
ngelii doctrina deſciſcere voluerint, dolebat,
uod dicto ſuo Epiſcopo magis audiens fuerit,
uam Chriſto. Quid? quod cum animo per-
enderet, quantos dolores apoſtaſia menti ſuae
tulerit, nullum tranquillum ſpiritum duxit, in
mmum furorem atque amentiam incidens.
ic verum eſt, quod antiquus quidam eccleſiae
ter dicebat: *deſperare eſt ad infernum deſcen-*
re. Chriſtum enim cum Patre ſuo coeleſti
loquentem ſic ſibi proponebat: *mi pater, noli*
eſſe

eſſe propitius huic Mauritio Crauſio, nec ei remitti peccatum blaſphemiae & abnegationis, quod non confeſſus eſt meum Euangelium coram epiſcopo. Ego negaui Chriſtum, ideo iam ſtat coram Patre, & accuſat me. Hiſce deſperabundis cogitationibus magis magisque inhaerens nullum admiſit ſolatium, ſed ipſe ſibi cruentas manus intulit. Relege B. LVTHERVM in *comment.* aureo in *epiſtolam S. Pauli ad Galat. cap. III pag. 315.* & *Tom. IV oper. lat. f. 63.* Ejuſmodi infelicem vitae exitum etiam *SIMONEM MAIVM, VALENTINIANVM GENTILEM, PEREGRINVM, THEOBALDVM TAMMERVM, ARIVM* inprimis, & *CERINTHVM* habuiſſe omnibus notum eſt, qui haereticorum hiſtoriam vel leuiter perſpectam habent. Aut quid commemorem *ROBERTVM BOLTONVM*, de quo HOORNBECKIVS in ſumma controuerſiar. religion. pag. 738. haec habet: *tempore Reginae Eliſabethae in Anglia pullulauit ſecta, quae* BROWNISTARVM *dicta, inchoata a Roberto quodam Boltono, qui primus ſegreges ab eccleſia Anglicana, ob diſcrimen regiminis diſciplinaeque, egit coetus. At poſtea errorum conuictus & temerarii ſchiſmatis publice in primario Londini templo fecit palinodiam; neque ita adhuc tranquillus animo, ſed variis agitatus conſcientiae inquietatis morſibus, poſtremum deſperatione, vitam ſibi infelici ſuſpendio ademit.*

§. VI.

§. VI.

CASPARVS FRANCVS, cum anno
ↀLXXXIV Ingolſtadii in eo eſſet, vt moreretur,
mnes ad ſe aditu prohibuit, cauſſam interpo-
ens, ſe multa egiſſe & ſcripſiſſe contra conſcien-
am. *Omnes diſcedite*, inquiebat, *iam collocatus*
m ante rubram portam iudicii, & breui fiet, vt
ut condemner, id quod metuo, aut particeps red-
ar aeternae ſalutis, de qua deſpero. In his etiam
ogitationibus omni deſperatione plenis mor-
uus eſt, quod omnes ſciunt, qui eius aeui hiſto-
iam intelligunt, & ad pleniorem eius rei cogni-
ionem videri poteſt M. ELIAS HASENMVL-
LERVS in *hiſtoria Ieſuitici ordinis cap. XI.* Quod
gitur Ieſuita MARTINVS BRESLERVS lib. II
le conſcient. cap. XIII confitetur: *conſcientiam*
hominis Romano-Catholici nunquam poſſe eſſe ſe-
enam, illud etiam hic infeliciſſimus homo exper-
us eſt.

§. VII.

NICOLAVS GRAMMIVS, e Suecia
ortus, tantis animi facultatibus exornatus fuit,
vt ſuauitate oris ac vocis huic nemo anteferre-
tur, pauci pares putarentur. At vero varius fuit
in vita, variasque lites in munere excitavit, quod
ptimum Transbergae Norvvegorum, vt rite ordi-
reque vocatus verbi diuini praeco, deinde Lon-
lini fraude & aſtutia ſubreptus geſſit; quo au-
em loco non diu commoratus eſt. Cum vero
itia fluctuantis animi virtutibus emendare pro-
niſerit, amicorum precibus aliud munus ſacrum

in-

in Selandia conſecutus eſt; in quo autem gerendo tam impie verſabatur, vt ob varia facinora ciuitate eiectus ſit. Poſtea hinc & inde vagabatur, donec in Suecia Sacerdos caſtrenſis fieret, cui non multum temporis praefuit. Tandem Ecclesiae doctrinam Lutherano-Euangelicam abnegauit, additis multis execrationibus in ſuam priſtinam religionem, & Coloniae Agrippinae ſe Ieſuitis adſociauit. Breui autem poſt iterum variis vitiis ſe contaminauit, propter quae eiectus eſt e ſocietate, & demum ipſe ſe, vt fama eſt, patibulo affixit. De hoc apoſtata Grammio duae extant epiſtolae clarorum virorum in Relation. innoc. S. Rev. D. VALENT. ERNEST. LOESCHERI; A. clↄ Iↄcc VII *pag. 364.*

§. VIII.

D. *HELFRICVS VLRICVS HVNNIVS*, qui filius erat celeberrimi Theologi D. AEGIDII HVNNII, & frater D. NICOLAI HVNNII, ad caſtra Pontificiorum tranſibat, & A. clↄ Iↄc XXXI argumenta luci publicae exponebat, quibus commotus religionem Lutherano-Euangelicam deſeruerit, & ſe ad Pontificios contulerit: quae autem ita fuere comparata, vt ea pridem magni nominis Theologus D. IO. HIMMELIVS ſolide excuſſerit. Scopus autem eius apoſtaſiae eo compriſmis tendebat, vt in coetu pontificio magnum ſibi nomen conciliaret, ampliſſimamque dignitatem conſequeretur. Conferatur D. JOAN. FRI-

tus: quin immo haud porro Latomum, vt hominem, intuemini, ſed vt ipſum diabolum, & , ſi aperirentur vobis oculi, manus pedesque meos tetris vnguibus deformes & formidabiles eſſe deprehenderetis. Quae verba cum amici ſecum reputarent, magnis terroribus vexabantur, ita vt ex eorum numero quidam Theologiae Doctor, eum conſolatione erigere voluerit, *nullum crimen eſſe tam graue, cuius veniam a miſericorde Deo non impetraret*; cui autem ille: *ſibi non ignotas eſſe plurimas ex ſacris litteris depromtas ſententias, quae praeclarae admodum ſint & conſolationis pleniſſimae, ſed deeſſe ſibi fidem & fiduciam in Deum. Et ne vobis dubium ſit, certa eſſe, quae de mea damnatione locutus ſum, videbitis, quod lecto iam affixus moriar. Sim autem vobis exemplo; eaque de cauſſa vos arceſſi iuſſi, vt per me moniti reſipiſcatis, & in perſequendis fidelibus finem faciatis.* Quo facto inter exſecrationes & inauditos mugitus animam efflauit, & tanta oris deformitas ac totius corporis foetor animaduertebatur, vt amici terrore pleni ex aſpectu exanimarentur. Vid. JOBUS FINCELIUS de *miraculis ſui temporis*. it. WOLFIUS in *memorabil. p. 667.* & MICH. NEANDER Menſchen-Spiegel Part. 2. quaeſt. XXIII.

§. XI.

ADAMUS NEUSERUS, Sueuus gente erat, parentes chriſtianos nactus, qui puriori Lutheranorum doctrinae ſtuduerant, a qua vero filius deſciuerat, & Caluini praecepta ſequebatur, vt eo magis ſacrum munus apud Heidelbergenſes im-

umque ſanctorum merita: At vero haec
reiiciebat, aſſerens, *ſe propterea nunc*
quod in haec omnia credidiſſet. Alius
mabat: *crede in Chriſtum,* cui hic Jo
eum credidi, ſed turpiter eum abnegavi &
Jeſus nunc mihi factus eſt iudex ad
Quo facto ad Petrum Hiſpanum dicebat
me, aut porrige mihi cultrum, vt ipſe me
Adſtant Diaboli, qui me circumcingunt
eiusque ſanctiſſimum verbum abnegavi.
cogitationibus cum ita verſaretur, ſol
ctus eſſet, deſperabundus diſceſſit.

§. X.

JACOBUS LATOMUS, Iuris Do
eruditiſſimus, tempore B. Lutheri vi
deſtinato conſilio ſciens volensque a
noſtra ad pontificiam deficiebat. Do
nera eum ad apoſtaſiam alliciebant, vt
religioni non duxerit, contra Lutherum
aliis nequitiae ſatellitibus varias calumni
mere, & coeleſtem veritatem acerbis
dere. Louanii vero in deſperationem
& cum illis cogitationibus immoraretur
batur vocibus: *Grave eſt peccatum*
deus, ſciensque in verbo Dei perſequendi
mendo aliis meam locavi operam. Qu
Spiritum S. peccavi, nec vlla vel in hac
aeternum peccati mei condonatio mihi ſpe
ſed diaboli & corpore & anima aeter
mancipium, adeoque iam in regnum

amplexus ſit, ipſe JOANNI WOLFIO exponit, qui in *lection. memorab. Tom. II. pag. 971.* totam rem memoriae prodidit. Epiſtolae vero, quas FRIDERICVS III. Elect. ob apoſtaſiam huius ſcelerati viri ſcribendas curauit, integrae legi poſſunt in *Monumentis virorum illuſtrium ſelectis Part. I. quae Francof. ad Maen. cIↃ IↃ ccI prodierunt.* Quod vero ad vitae exitum attinet, is fuit miſerrimus, & omni deſperatione plenus, quem non ſine animi horrore legimus. Vt res compendii fiat, WENCESLAUM BUDOVITZIUM, Baronem Boiemum proferemus, qui, vt nihil diſſimulet, in *circulo Horologii Lunaris & Solaris pag. 234.* de eo ita ingenue tradit: *Ex libidinibus contracto morbo & ſcatens vermibus, cum homines prae foetore illum accedere recuſarent, maledixit Deo, & omnibus religionibus, ob quod a Turcis* SAETAN OGLI, i. e. *filius Satanae, nominatus eſt, referentibus mihi, CNopli poſt eius obitum degenti, ipſis Turcis, qui nullius hominis tam horrendum exitum cum furore & mugitu audierint.* Idem quoque refert STEPHANUS GERLACHIUS, eo tempore Legationum Imperialium Sacerdos in Diario Turcico.

§. XII.

L. VALENTINUS PACAEUS, qui alias vocabatur *HARTUNG*, fuit primus, qui Querfurti doctrinam Euangelicam publice populum docebat, notante ZACH. SCHNEIDERO in *Chron. Lipſienſi.* Deinde Lipſiam vocabatur, vbi Theologiae Licentiatus creatus in eadem Academia munus Profeſſoris & miniſtri verbi diuini ad

petraret. Impetrauit etiam id, ad quod eum libido animi impulerat. Sed cum breui poſt ſe Electori FRIDERICO III. & ſacrorum antiſtitibus opponeret, fiebat, vt loco moueretur, & aliud multo inferius ſubire munus cogeretur. Hanc contumeliam, quam ipſe interpretabatur, vt contra Theologos Heidelbergenſes vindicaret, ad Socinianorum ſectam tranſiit: quo facto in ignominiam chriſtiani nominis tandem Turca factus eſt, quippe benigniorem fortunam & vitam omnibus rebus adfluentem ſibi pollicebatur, &, circumciſione ſuſcepta, Muhammetiſmo nomen ſuum publice profeſſus eſt. Memorabile autem eſt, quod ipſe de apoſtaſia ſua ſenſit, dum ad D. STEPHANUM GERLACHIUM, Profeſſorem & Procancellarium Academiae Tubingenſis haec verba protulit: *nullus hoc noſtro tempore factus eſt Arianus, qui non ante fuerit Caluiniſta, Seruetus, Blandrata, Alciatus, Franciſcus Dauidis, Gentilis Gibraldus, Syluanus & alii. Igitur qui timet ſibi, ne incidat in Arianiſmum, caueat Caluinianiſmum*, vti doctiſſimus biographus Würtenbergenſium LUDOUICUS MELCHIOR FISCHLINUS annotauit. Qui vero plura de hoc Neuſero cognoſcere vult, adeat antiquitates Palatinas, & librum gallice ſcriptum, *Reflex. ſur le Mahommed*, quem doctiſſimus LA CROZEY edidit, & ALTINGIUM in *hiſtor. Eccleſ. Palatin.* Quomodo vero Conſtantinopolim peruenerit, & qua ratione factum ſit, vt deſerta religione Chriſtiana Mahumetaniſmum am-

HAMMERUM in Hiſtoriſchen Blumen-Garten lib. VI. MELISSANTES in den curieuſen und gel. hiſtorico hoc ei epitaphium non immerito poſuit:

Pacaeus glaubte nichts, er lebte à la mode,
Er war ein Mammeluck, und blieb es auch im Tode.

§. XIII.

JO. JACOBUS RABUS, *D. LUDOUICI RABI*, viri de eccleſia Vlmenſi optime meriti, filius peſſimae notae, qui ſua ſorte, quamuis lautiſſima, Straubingae, non contentus erat, ſed lautiorem affectans, ſequebatur FERDINANDUM, Ducem Bauariae, qui ei munus ſacrum ſplendidius & lautius a fratre ſuo curauerat. Nobilis autem SCHRENKIUS, Ieſuita, cuius verba GRUSIUS, Ieſuitarum Rector Landsbergae, protulerat, teſtabatur de eo, *quod omnia Venere, Baccho & alea conſumſiſſet, tantosque fecerit ſumtus, quibus ſoluendis collegium canonicum vix par fuiſſet*: Quare Coloniam abiit, ac pollicitus eſt, ſe meliorem vitam acturum. Sed brevi poſt Ieſuitae certiores facti ſunt, quod vino epulisque plenus cum duce ſe in caſtra contulerit, &, brevi temporis ſpatio interiecto, a militibus occiſus ſit, miſereque ſine ſacra coena animam efflaverit. LUTZIUS Ieſuita deinde retulit, quod ſacerdotes Straubingae magno gaudio elati fuerint, cum audiuerint, quod tam teterrimo homine ſint priuati. Videatur M. ELIAE HA-

aedem S. Nicolai conſequebatur. In eo munere ita ſe gerebat, vt pura Euangelii do… auditorum animos ad ſe adliceret, & ad… noſtrae religionis, Pontificiis praeſertim, … ſe opponeret. Sed breui poſt variarum d… ſionum auctor in religione noſtra euange… rat, ita, vt D. PFEFFINGERUS, ſumm… tempore Sacrorum antiſtes, ſcriptum miniſtri… cleſiae Lipſienſis propter huius diſſenſione… proponeret, quod venerandi Auctor… ſchuldigen Nachrichten 1715.. pag. … ſcripto recenſent. Cum igitur cl… *Dapifer Waldburgenſis*, Cardinalis & … Auguſtae Vindelicorum academiam no… ſtitueret, fiebat, vt veram doctrinam, … crum, munus & conſcientiam deſereret… ſtra Pontificiorum tranſiret, a quibus ſ… rem dignitatis gradum, opes & diuitias, … turum ſperabat. Poſtquam vero Dilli… ficiſcebatur Lauingam cum vxore ſua, & … rat, vt domum reuerteretur, Deus eum … poenae genere adfecit, vt eſſet poſteris … tum, deſertores veritatis antea cognitae … ſcelere ſuo reportare mercedem, dum … via eum adgreſſus eſt. Quo facto, cu… lum petiit, & illatis ictibus exanimatus … cecidit. Vxor vero eius idem malum … batur, quae multis quoque vulneribus … iuxta maritum in via iacebat, miles aute… ga ſalutem petiit; conſule MATTH…

eſſe religionem chriſtianam a Conſtantino Magno, nec aliud eſſe, quam fabulas, quaecunque narrantur, & ſcripta ſunt de martyriis veterum chriſtianorum. Novum Teſtamentum, & eorum patrum ſcripta, qui tribus poſt Chriſtum ſeculis floruerunt, iubente Conſtantino fuiſſe conficta; iudaicam religionem totum antea orbem terrarum occupaſſe.

§. XV.

FRANCISCVS SPIERA, doctiſſimus Iuriſperitus, erroneam Pontificiorum viam agnoſcebat, & ductu Spiritus S. veritatem noſtrae Lutheranae doctrinae amplectebatur, ſummaque animi conſtantia docebat, Chriſto mediatore noſtram iuſtitiam & ſalutem comparari, neque humanis operibus eſſe confidendum. IO. SLEIDANVS lib. XXI de ſtatu relig. & reip. p. 649. haec de eo tradit: *Eſt in agro Patauino, Venetorum ditionis oppidum, Citadella. Hic erat ciuis quidam, homo forenſis & cauſidicus valde exercitatus*, FRANCISCVS SPIERA. *Is incredibili quodam ardore coepit complecti puriorem doctrinam: & quum indies magis atque magis proficeret, non domi tantum apud amicos, quid ſentiret de ſingulis dogmatis, verum etiam paſſim apud omnes explicabat. Minis autem legati cuiusdam pontificii, qui Venetiis eo tempore commorabatur, a veritate agnita ſe deterreri patiebatur.* Poſtquam vero religionem noſtram Lutheranam publice abnegauerat, gratia Dei & donis Spiritus

SENMULLERI *hiſtoria Ieſuitici ordinis* ..., quam in germanicam linguam transt... MELCH. LEPORINUS cIↃ IↃXCVI.

§. XIV.

IO. PETRUS SPECHTIUS, Augu... habuerat quidem parentes, Pontificiorum ... addictos, ſed ipſe, prouectiori aetate, Luth... religioni ſe addixit, eoque tempore doctiſſ... viris ſcientiam comprobauit. At vero ... poſt ad Pontificios rediit, & Carmelitarum fa... liae adhaeſit, quorum placita nec ſuo a... cuerunt, ita, vt ſe ad Socinianos, & alios ... tandem, cum religionem creberrime im... ad Iudaeos Amſtelodamenſes cIↃ IↃC X... conferret, eorumque ſacris initiatus ... MOSIS GERMANICI per orbem circu... rit. Cum vero Iudaei ſuſpicarentur, ... rum ſuam religionem eſſe deſerturum, & ... mo haberet, ad Socini ſectatores tranſire, ... mus, quod veneno a Iudaeis necatus ſit, ... mam inter varios animi dolores exſpi... Quantam curam D. PHILIPP. JACOB. ... NERUS adhibuerit, vt hunc hominem ... doctrinae tramite ad rectam viam reuocare... telligimus ex eius *conſiliis Germanicis P...* *pag. 535. & P. IV. p. 613.* Quam impie ... antiquitate religionis chriſtianae ſenſerit, ... WACHTERI recenſet doctiſſimus CR... in *vindiciis adverſus Harduinum pag. 62.* ... numero dixit apoſtata miſerrimus: *adi...*

proceſſit, vt religionem Lutheranam, *centonem variarum haereſium* dixerit, de quo apoſtata videri poteſt CHRISTOPHORVS HARTKNOCHIVS in *hiſtor. Eccleſ. Pruſſic. lib. II. cap. II.* & M. A. PANTKIVS in Eccleſiaſt. oder Mittags-Predigern zu S. Eliſabeth in Breßlau, pag. 4. & FLACIVS ILLYRICVS *in Clave Scriptur. Part. II. pag. 725.* de quo plura dicentur in peculiari ſchediaſmate *de domeſticis Philippi Melanchthonis.* Erat enim Philippi hoſpitio vſus, qui quoque ſua commendatione id effecerat, vt in Academia Regiomontana munus Profeſſoris Theologiae conſequeretur. Hanc autem ſtationem breui poſt deſerebat, & Pontificiorum caſtra ſequebatur, cauſſam interponens, in religione Lutherano-Euangelica *non ſolum omnia eſſe incerta, ſed multas etiam dari rixas & contentiones, quas ipſi Theologi inter ſe vix poſſent componere.* Ad has vero calumnias ipſe MELANCHTHON Vitembergae cIↄ IↄLVIII reſpondit, & craſſum hunc errorem dilucidiſſime demonſtrauit, qui videri poteſt. Plura, quae de hoc apoſtata eſſent dicenda, miſſa facimus, & vitae finem intuebimur. In quo dum verſamur, diffiteri non poſſumus, quod inter varios conſcientiae morſus, omnis veri euangelici ſolatii expers, cum pontificii ſuis fabulis Sanctorum omnium moeſtam animam erigere non potuerint, foediſſima morte magis & magis, nec phryſi, vt ARNOLDVS autumat in *hiſtor. haeret.*

Sancti ſe priuatum illico ſentiebat, & cogitationum ſuarum deſperationem in conſilium adhibebat. Exclamabat ſubinde: *deteſtandus vitae meae exitus mihi a iuſto Dei iudicio adſignatus eſt, vt mea apoſtaſia omnibus hominibus innoteſcat, quo inde ſibi exemplum capiant.* VERGERIVS & GRIBALDVS conſolabantur eum, ſed fruſtra; eoſque ipſe monebat, *vt a ſuo propoſito deſiſterent, cum nihil proficerent.* Tandem cum Citadellam veniret, breui poſt in ſumma mentis deſperatione miſerrima morte extinctus eſt. Huius apoſtatae non immemor fuit clariſſimus olim Vlmenſium ſacer praeco D. LVDOVICVS RABVS in ſuo *Martyr. lib. V. cap. XXXI*, qui eius vitam vberius expoſuit, itidemque AMMERBACHIVS in *Spira deſperante.*

§. XVI.

FRIDERICVS STAPHYLVS, Oſnabrugenſis, non praetereundus eſt, qui apoſtaſia magnos motus in coetu noſtro eo tempore excitauit. Vera euangelicae doctrinae praecepta habuerat a B. Luthero, quem vero, Apoſtata factus, ſugillauit, proſcidit, & omnibus contumeliis onerauit: neque pepercit aliis, qui priſtinae ſuae fidei participes erant. Virulenta haec ſcripta, quae hoc loco commemorare inſtituti ratio & breuitas non permittit, in mediocre corpus collecta ſunt, & Ingolſtadii cIɔ Iɔcxxiii prodierunt. Eo etiam audaciae, impietatis & impudentiae pro-

eceſſit, vt religionem Lutheranam, *centonem variarum haereſium* dixerit, de quo apoſtata videri poteſt CHRISTOPHORVS HARTNOCHIVS in *hiſtor. Eccleſ. Pruſſic. lib. II. p. II.* & M. A. PANTKIVS in Ecclesiaſt. oder Mittags-Predigern zu S. Eliſabeth in Breßlau, ag. 4. & FLACIVS ILLYRICVS *in Clave ſcriptur. Part. II. pag.* 725. de quo plura dicenar in peculiari ſchediaſmate *de domeſticis Philippi Melanchthonis.* Erat enim Philippi hoſpitio ſus, qui quoque ſua commendatione id effegrat, vt in Academia Regiomontana munus Profeſſoris Theologiae conſequeretur. Hanc autem ſtationem breui poſt deſerebat, & Pontificiorum caſtra ſequebatur, cauſſam interponens, n religione Lutherano-Euangelica *non ſolum omnia eſſe incerta, ſed multas etiam dari rixas & contentiones, quas ipſi Theologi inter ſe vix poſſent componere.* Ad has vero calumnias ipſe MELANCHTHON Vitembergae clɔ Iɔlviii reſpondit, & craſſum hunc errorem dilucidiſſime demonſtrauit, qui videri poteſt. Plura, quae de hoc apoſtata eſſent dicenda, miſſa facimus, & vitae finem intuebimur. In quo dum verſamur, diffiteri non poſſumus, quod inter varios conſcientiae morſus, omnis veri euangelici ſolatii expers, cum pontificii ſuis fabulis Sanctorum omnium moeſtam animam erigere non potuerint, foediſſima morte magis & magis, nec phtyſi, vt ARNOLDVS autumat in *hiſtor. haeret.*

extin-

extinctus ſit. Ecquis vero animo poteſt c-
prehendere, talem verae fidei deſertorem
cida morte functurum, qui ad vitae vſque fi-
veram religionem aſpernatus eſt, eamque de
duſtria abnegauit, & calumniis perpetuis
ſcidit; contra falſam doctrinam Pontificis
omni animi niſu adſeruit. Miſere itaque &
tinuis eiulatibus periiſſe hiſtoriae teſtantur.
quam exſpirauerat, in funere populus
uit, vt *proximae arbori affigeretur, aut*
mandaretur, ne diabolus eum e ſepulchro
feros auferret, notante Cl. D. CONR. SCH
SEBVRGIO in *catal. haeret. lib. VI. p.*

§. XVII.

IO. STOESSELIVS, Profeſſor in
demia Ienenſi, & Sacrorum antiſtes eiuſdem
famae, quam ſibi antea pura Euangelii do
pepererat, maculam, nunquam ſatis ex
dam, adſperſit. Eo autem fine a nobis in
merum deſertorum refertur, quod, licet a v
fide in totum non defecerit, aliorum ex
per analogiam tamen a pleriſque & princip
doctrinae noſtrae capitibus recedebat, & a
reticos deficiebat. Errores VICTOR. STRIG
tuebatur, & librum deteſtandum, *Apolog*
ctum, oppoſitam Sophiſtis & friuolis quo
vrſorum in Comitatu Mansfeldenſi Ien. ch
evulgabat, & in eo calamum ſtringebat co
ſuos aduerſarios, quod eum nominauerint

ſtatim

ſtam, haereticum, adiaphoriſtam perplexum quadruplatorem, anathema; contra vero eos ſat catharos, nouatianos, blaſphemos, zelo, & quae plura ſunt obtrectationum nomina. de re videri poteſt EMMERLINGIVS in *pylaeo hiſtor. ſacr. de ſtatu Eccleſ. Mansfeldenſi.* vero vitae finem intuemur, diffiteri non poſſumus, quod in animo ſuo aculeos ſatis ſpiſſos ſenit, cum ſubinde exclamauerit: *ego ſum diaboli n anima & corpore.* Epitaphium vltimi horis cauſſa conficiebatur:

Sit dominus mundi benedictus, qui Benedicti
Feſto Stoeſſelium ſuſtulit e medio.
Vna Stoeſſelius cum coniuge conditur vrna,
Spira alter ſitus eſt hic, ſine lux, ſine crux.

annum miſerrimae illius mortis M. VALENINVS APELVS, Scholae Freyberg. Rector, hoc rſu complexus eſt:

StoeſſeLIVs DVbItat MIſer atqVe Ita
ſentIit obItqVe,
Senfftenberga tegens oſſa repoſta tenet.

EVMERVS in *vita Profeſſ. Ienenſ. pag. 61.* & ILHERR. im Wege zur Seligkeit. *Part. I. p. II.* Hunc autem excuſare videtur OSWALVS CRELLIVS Senfftenbergae cIↃ IↃLXXVI in teris ad M. GEORGIVM LISTENIVM, cononatorem aulicum Dreſdenſem, quum infit: *ſi in confeſſionis ſupra poſitae cogitatione, quam*

quam ipſi ante obitum ſaepius in memoriam vocaui, expirauit, quin fine felici vitam clauſ[illegible] nihil dubito. Contrarium affirmare nec volo, poſſum, ſed ſi in dubium illius migrare vocaui, ipſum iudicio relinquere, quam auſu temerario re incerta quid ſpargere aut pronunciare. Unſchuldige Nachr. 1712. p. 617.

§. XVIII.

CASPARVS VHLENBERGIVS, Veſtphalia ortus, inſignis apoſtata, qui Luther[illegible] aliosque proteſtantes Theologos acerrime [illegible] duxit. Is enim eſt genius apoſtatarum, qui in pontificia religione emergant, Lutheranos ingenti ſtudio oppugnant, eliduunt: Pontificem contra Romanum diuino cultu adficiunt, cuius nutu & arbitrio res chriſtianae regerentur. [illegible] horum ſane numero etiam hic male feriat[illegible] mo fuit. Hoc dilucidiſſime apparet e *T[illegible] de rebus geſtis Lutheri, &c.* qui Colon. [illegible] editi ſunt. Sed ſub vitae exitum aperieba[illegible] conſcientiae liber, reuolvebatur miſera vi[illegible] ties & memoria ſaluificae religionis Lu[illegible] euangelicae eius oculis exhibebatur. S[illegible] riebatur, uti ſolent apoſtatae, qui Chriſtum [ſal]vatorem non vera fide amplexi ſunt, nec i[n] hora mortis decretoria, ad veram Chriſti[a]nam refugiunt, ſed miſero Pontificiorum [illegible] rum auxilio confidunt. Chriſtus eſt ſol[us] verus & vnicus propitiator. Videatur D[illegible]

HIDER. MEYERI diſp. *de apoſtaſia a Luthe-ranismo ad Papiſmum aeternum exitioſa*, ſect. XIV.

TANTVM.

Obſervatio CXXVI.

IOAN. LAVRENTII MOSHEIM,

Lubecenſis,

ſiſtens

Partem primam Cogitationum de ſtudio litterario.

§. I.

QVod commune ſcientiarum ferme fatum eſſe ſolet, multos earum cultores famam, paucos ſapientiam ſequi, id *Hiſtoriae*, quam *Litterariam* vocant, noſtro ſeculo contigiſſe, manifeſtum eſt. Omnes *Hiſtoriam litterariam* apud nos, quanta potuerunt voce, laudarunt hactenus: omnes ad eam diligentius excutiendam miro verborum ambitu hortati ſunt:

ſunt: niſi quis ea animum probe imbutum [illegible] beat, truncum aut ſtipitem potius, quam [illegible] minis eruditum appellari poſſe, omnes [illegible] tiunt. Et quos non motus hae voces in [illegible] doctorum excitarunt? Ut infamiæ notam [illegible] gerent, miſta ſenum juvenumque agmina [illegible] concurſu ad divinae hujus ſcientiarū [illegible] cra convolarunt, ut Myſtarum litterariorum [illegible] merum inire velle, idem ferme ſit, ac arenam [illegible] numerare. Chiliades dicam, an myriades [illegible] ptorum hujus farinae ita ab aliquo [illegible] noſtra exercuerunt prela, ut tabernas libra[illegible] ſpicienti confeſtim magna ſe eorum ſeries [illegible] rat, quae majuſculo charactere, velut ſig[illegible] lutare, fronti impreſſum gerunt: DISQVI[illegible] SCHEDIASMA, DISSERTATIO HISTO[illegible] LITTERARIA. Tros Rutulusve huc [illegible] duſtrie operas contulerunt, ut jam de [illegible] dam diſciplina, formoſæ matris filia for[illegible] cogitandum ſit, *HISTORIA* nimirum *HI*[illegible] *RIÆ LITTERARIÆ.*

§. II. Et non potuiſſet ſane rei doctæ [illegible] conſuli, ſi, quod plurimi adfirmant, ex [illegible] jus diſciplinæ tota ejus ſalus ſuſpenſa eſſet; [illegible] immo corona aut civica, aut muralis, aut [illegible] vis, litteraria OB CIVES SERVATOS, [illegible] vocantur, Polyhiſtoribus publice ex [illegible] cernenda foret. At dudum eſt, ut verum [illegible] ex quo magna pars iſtorum laborum [illegible] modum ſuſpecta viſa eſt & ſterilis: dudum [illegible]

nuunt: multi, ſi rem recte conſideres, *ad ſolas elegantiores litteras* eam adſtringunt. Et quid multis? prout

Poſcuntur vario multum diverſa palato,

talis & notio vocabulo huic ſubditur. Quin & magna pars jejunam tantum eorum notitiam requirit, quae hac in ſcientia, ex eo tempore, quo diligentius eam excoli cœpiſſe ajunt, geſta ſint. Hæc ipſis eſt illa ſcientiarum regina *Hiſtoria litteraria.* Hi ut ex ſuis protrahantur latebris, adcurate finienda omnino erit hæc diſciplina, nimirum quod, meo quidem judicio, ſit, *enarratio fatorum, quæ ſcientiis eruditis obtigere.* Juſto forſan brevior hæc finitio videbitur: at omnia, quæ quidem huc referri poterunt, eam complecti, ex dicendis patebit. Nec quisquam, ut puto, cordatior erit, cui iſta non ſufficiat. Si quis ſecundum quatuor genera procedere velit, aut cum *NICOLAO RICHTERO* b) *habitum mentis Philologicum* hic ponat, multo prolixior, fateor, eſſe poterit. Verebar tamen, ne argutiis hujusmodi prudentioribus ſtomachum moverem: quapropter hac finitione ſuccincta noſtra uti placuit.

b) *NICOLAI RICHTERI*, Gedan. *de Hiſtoria litteraria* Diſſert. Roſtochii 1696. in 4to prodiit, &, ſi recte recordor, ſectioni primæ *Syſtematis litterarii Dn. D. Caroli Arndii* adjuncta eſt.

qui cum *SENECA* didicerim: a) *Eos non dominos noſtros, ſed duces eſſe: Patere bus veritatem: nondum eam occupatam eſſe.* vero hæ cogitationes publici ſaporis futuræ vel exinde dubito, cum iſte ſæculi genius ſit, odiſſe. At vero

Quid refert, dictis ignoſcat Mutius, an

Succenſeant, quibus volupe eſt, tricarum rumque cauſam agere; Et glandibus qui fruges reſpuunt. Iraſcantur, qui ſentiunt. Per me id ſemper licebit. nime ſum, qui prudentiorum cenſuras queam. Cogitationes ſunt, quas prætoria ſententia. Et omnia noſtra judicio ſubjecta ſunto. Sicubi erravero, mihi ſomnia finxero, ſapientum erit, admonere: noſtrum, confeſtim ſtilum delere errores.

§. IV. Ante omnia diſpiciendum *ſit Hiſtoria litteraria?* ut eo facilius de ejus & requiſitis Candidati litterarii ferre queamus. Ludunt hocce vocabulo nes indocti; cumque iſtud ambiguum purpureum hunc pannum, qui late ſplen gis ſuis adſuunt, pravasque merces ſpecio titulo venditant. Sunt, quibus *univer tionis compages* hoc nomine venit: ſcriptorum & *librorum notitiam* hac

a) Epiſt. ad Lucilium XXXIII.

unt: multi, ſi rem recte conſideres, *ad ſolas legantiores litteras* eam adſtringunt. Et quid multis? prout

Poſcuntur vario multum diverſa palato,

alis & notio vocabulo huic ſubditur. Quin & magna pars jejunam tantum eorum notitiam requirit, quae hac in ſcientia, ex eo tempore, quo diligentius eam excoli coepiſſe ajunt, geſta ſint. Hæc ipſis eſt illa ſcientiarum regina *Hiſtoria litteraria.* Hi ut ex ſuis protrahantur latebris, accurate finienda omnino erit hæc diſciplina, nimirum quod, meo quidem judicio, ſit, *enarratio fatorum, quæ ſcientiis eruditis obtigere.* Juſto forſan brevior hæc finitio videbitur: at omnia, quæ quidem huc referri poterunt, eam complecti, ex dicendis patebit. Nec quisquam, ut puto, cordatior erit, cui iſta non ſufficiat. Si quis ſecundum quatuor genera procedere velit, aut cum NICOLAO RICHTERO b) *habitum mentis Philologicum* hic ponat, multo prolixior, fateor, eſſe poterit. Verebar tamen, ne argutiis hujusmodi prudentioribus ſtomachum moverem: quapropter hac finitione ſuccincta noſtra mi placuit.

b) *NICOLAI RICHTERI*, Gedan. *de Hiſtoria litteraria* Diſſert. Roſtochii 1696. in 4to prodiit, &, ſi recte recordor, ſectioni primæ *Syſtematis litterarii Dn. D. Caroli Arndii* adjuncta eſt.

§. V. Vir Illuſtris, IO. ALB. FABRICIVS triplicem *Hiſtoriam litterariam* eſſe ait, LIN-GVARVM, SCIENTIARVM, & SCRIPTO-RVM; quem alii longo numero ſequuntur. Optime ſane, ſi latiſſimo ſignificatu vocabulum accipiatur. Credo tamen, Virum Summum, quem fautorem devenerari non ultimam felicitatis meæ partem reputo, non indignaturum, ſi modeſte hic ab eo diſſentiam; imprimis cum ex aliorum tantum mente loqui videatur. Non ſemel animadverti, nugivendulos hac diviſione, veluti poſt carecta, latere, ſuæque ignorantiæ hanc ceu velum obtendere; & hac ratione rem inſtituendam eſſe exiſtimo. Nam ad *Hiſtoriam LINGVARVM*, eam *Hiſtoriæ litterariæ* partem eſſe omnino nego. ... certe laus, ſi quæ ex tam futili labore ... poteſt, Criticis relinquenda erit. Num ... Hiſtorici eſt, apices fugientes inſectari, ... dimetiri, voces minutis ambagibus diſſecare, originem verborū & radices deperditas apud Æthiopes, Sauromatas, Garamantas, & quos ... inveſtigare? Minime. At videant iſti, qui ... progreſſum, fataque linguæ cujusdam ... volunt, an quidquam ſine miſeris hiſce ſubtilitatibus proficere poſſint? Videant, qui ... litterarum inter pia deſideria referunt ...

c) In Præf. ad novam editionem Hiſt. Litter. Lambeciani 2. a. b.

inde eruditorum & ſcientiarum nexus eſt, ut Hiſtoria ſcientiarum abſque eruditis, qui obſtetrices manus eis adcommodarunt, nullo modo dextre explanari queat: Hiſtoria vero doctorum, niſi conjuncta ſit cum iſtis eruditionis partibus, quibus hi mentem conſecrarunt, incondita farrago ſit, cui mens ægra craſſo ſub aëre natorum pretium quoddam affinxit.

§. VIII. Omnibus itaque rite expenſis, ſic judico: *Objectum Hiſtoriæ litterariæ ſolæ ſunt ſcientiæ, earumque fata,* quæ habuerunt. Hæ vero cum ſuos habeant auctores, fautores, propagatores, noſſe plurimum intereſt, quinam iſti fuerint, quem fatorum ordinem ſenſerint, quo animi habitu polluerint, aliaque. Iſta enim, ut ita dicam, Præcognita magna ſæpenumero myſteria ſagacibus pandunt, unde de ipſa eorum doctrina, ejusque cauſis, veritate aut falſitate judicium ferre poſſunt; hinc Biographiæ requiruntur. At iidem eruditi plurimam partem æternas ſedes jam petierunt, ſuaque inventa libris poſt ſe relictis crediderunt. Ex quo ultro ſequitur, opus eſſe, ut, quinam fœtus iſti ingenii eorum ſint, noſcamus, quo in loco apud meliores habiti fuerint, & reliqua. Poſſet ex his forte triplex *Hiſtoriæ litterariæ* diviſio exſurgere, quod nimirum ſit, *ſcientiarum ſtricte ſic dictarum, doctorum, & librorum.* Verum, ſi rem bene putaveris, poſteriores duæ *non ſunt partes Hiſtoriæ litterariæ,* ſed *inſtrumenta tantum* illius, aut, ſi mavis, materiam quandam præbent,

que commatis alia indagarunt? Non credo. Quid itaque egerunt? *Linguarum incrementa & decrementa*, quæ in hac vel illa gente expertæ ſunt, rudi penicillo delinearunt, ſicque adeo non linguas conſiderarunt, quatenus linguæ ſunt, & vocibus conſtant, ſed ut ſcientias a gentibus excultas. Si ulterius progrediuntur, extemplo eas ad Grammaticorum caſtra dilabi, proque certis incertas ſpargere fabellas cernas. Hac vero ratione ſi quis *Hiſtoriam linguarum* litterariæ partem eſſe contendat, non litigabo, cum eandem, quam nos, tueatur ſententiam; licet & hic absque Philologica ſcientia nil ſolidi exſtrui poſſe omnino mihi perſuadeam. Noſtra interea ſalva, immo tricis otioſorum hominum detegendis longe aptiſſima erit finitio, quæ, remotis diſcuſſionibus Philologicis, *ſolas ſcientias* Hiſtoriæ litterariæ *objectum* eſſe ſtatuit.

§. VII. At quid fiet de *Hiſtoria DOCTORUM*? Hæccine etiam a finibus *Hiſtoriæ litterariæ* arcenda erit? Non hæc mea mens eſt. Id volo, *Hiſtoriam doctorum* non diſtincte conſiderandam eſſe, ceu *litterariæ* partem, ne vel hinc occaſio ſuppeditetur iſtis, qui omne ſtudium in Biographiis evolvendis collocarunt, & centum ore DEOS eruditos tonant, Marios, Mutios, Syllasque, deliria ſua ſplendido *Hiſtoriæ litterariæ* nomine veſtiendi. Non certe cœlo delapſæ, nec ex Jovis cerebro, ſed hominum ex ingenio prognatæ ſunt ſcientiæ, & per ipſos educatæ. Tam arctus proinde

le eruditorum & ſcientiarum nexus eſt, ut Hiſtoria ſcientiarum abſque eruditis, qui obſtetrices manus eis adcommodarunt, nullo modo rite explanari queat: Hiſtoria vero doctorum, ſi conjuncta ſit cum iſtis eruditionis partibus, quibus hi mentem conſecrarunt, incondita farrago ſit, cui mens ægra craſſo ſub aëre natorum pretium quoddam affinxit.

§. VIII. Omnibus itaque rite expenſis, ſic judico: *Objectum Hiſtoriæ litterariæ ſolæ ſunt ſcientiæ, earumque fata*, quæ habuerunt. Hæ vero cum ſuos habeant auctores, fautores, propagatores, noſſe plurimum intereſt, quinam iſti fuerint, quem fatorum ordinem ſenſerint, quo animi habitu polluerint, aliaque. Iſta enim, ut ita dicam, incognita magna ſæpenumero myſteria ſagacibus pandunt, unde de ipſa eorum doctrina, ejusque cauſis, veritate aut falſitate judicium ferre poſſunt; hinc Biographiæ requiruntur. At iidem eruditi plurimam partem æternas ſedes jam petierunt, ſuaque inventa libris poſt ſe relictis crediderunt. Ex quo ultro ſequitur, opus eſſe, ut, quinam foetus iſti ingenii eorum ſint, noſcamus, quo in loco apud meliores habiti fuerint, & reliqua. Poſſet ex his forte triplex *Hiſtoriæ litterariæ* diviſio exſurgere, quod nimirum ſit, *ſcientiarum* ſtricte ſic dictarum, *doctorum*, & *librorum*. Verum, ſi rem bene putaveris, poſteriores duæ *non ſunt partes Hiſtoriæ litterariæ*, ſed *inſtrumenta tantum* illius, aut, ſi mavis, materiam quandam præbent,

ex qua iſtius corpus aliqua ex parte formari poſſit; licet poſtmodum corporis perfecti omnino partes eſſentiales ſint. Ut hodiernis Panſophis via occludatur, phaleras ſuas rudi populo venditandi, diſtinctio hæc quam maxime fugienda eſt. *Hiſtoria doctorum & librorum*, in ſe ſpectata, *quartinis ſunt pretii tenuisque uſus*, ut omnia illa, quæ ſola memoria reguntur. Poteſt quis optime in iis verſatus, & tamen gnaviter indoctus eſſe. Neque is *Hiſtoriam litterariam* callere dicendus eſt, cujus mentem immenſa moles narrationum de ſcriptis & ſcriptoribus premit. Næ is, credo, deliraret, qui ſic concluderet: Bavius aut Mævius mercaturam earum rerum exercet, quæ ædibus condendis inſerviunt. Vel, Cajus arte lateres coquendi valet. Ergo hi homines facultate magnifica palatia & regales domus ex præſcripto Scamozziano aptiſſime exſtruendi inſtructi ſunt? Ac vero pari ratione is Hiſtoriæ litterariæ peritus dici poteſt, cui immenſum indicem doctorum ab Adamo usque texere, & ſexcentos ſcriptores de quovis argumento effundere in proclivi eſt.

§. IX. Magnam proinde, noſtra ſententia, inter *Hiſtoriam litterariam, librariam*, & *eruditam*, differentiam eſſe maxime evidens eſt, ut uberius ex eis, quæ, cum a generalioribus ad ſpecialiora ventum fuerit, in medium adferemus, patebit. Fuiſſe & non aliam ſaniorum mentem, qui ad litterarum fata explicanda animos calamosque converteere juſſerunt, omni ſine negotio com-

comprobari poſſet. Quam vero noſtra ætate huic tenebras offuderint, immo plane eam perverterint, quis tam rerum omnium ignarus eſt, ut neſciat? Proximum quodvis ſcriptum, quod a litteris famam mutuo accepit, conſulatur, & extemplo id quod diximus adparebit. Sane ſi ipſis Viris clariſſimis, qui in conſcribendis *Introductionibus litterariis* otium conſumſerunt, diſcrimen hoc obſervare placuiſſet, longe alia, puto, facies iſtorum ſcriptorum futura fuiſſet. At dediſſe eos aliquid genio ſeculi, cui nuces caſſæ ſæpe deliciæ ſunt, dediſſe aliquid hominibus nugatoribus, quos pro Junone nubes crebro delectat, exiſtimo, cum rite poſitis principiis in ipſo laboris tractu nimiopere a meta præfixa deflectant. Non deſunt, qui oleum & operam eos perdidiſſe, nos ſcriptis hiſce facile carere potuiſſe, fumos in iſtis fuiſſe venditos, in gratiam fratrum ignorantiæ, nimis rigide decernunt. Non horum ſubſcribo judicio: id tamen non diffiteor, me, quæ mea ſemper eſt ſtupiditas, non theſauros iſtos, quos nonnulli in quibusdam deperdunt, ſed ſæpius carbones repperiſſe, nec, ſerio licet in rem iſtam cogitarem, quæ ratio vera, quis uſus *Hiſtoriæ litterariæ?* ex potioribus mente aſſequi potuiſſe. Neque id nego, eſſe quædam ex eorum numero, quæ, quo ſub ſidere parentes eorum nati fuerint, ſolummodo me docuerint, aliis vero in ſuperficiariæ eruditionis avia ruendi viam monſtrarint.

§. X. Quot enim, ſodes, ex eo tempore, quo nominata iſta ſcripta publice comparuerunt, quot, inquam, libri nauci, gerræ Siculæ, chartæ cacatæ, quot centones ex trivio miſere conſuti, quot labores, magis quam inſulſi, ingeniorum Arcadicorum aut Boeoticorum noſtram Germaniam ferme inundarunt, quorum tamen nemo non ſe primi ordinis Polyhiſtorem eſſe, aliosque, quos non humiles hæ myricæ juvant, longo intervallo poſt ſe relinquere ſvaviter ſomniat. Vidimus, & adhuc videmus, Craſſos & Brutos eo proceſſiſſe dementiæ, ut, excluſo monſtro informi, cui omne rationis lumen ademtum, ſeſe heroas iſtos eſſe, quibus cum litteræ intermorituræ ſint, ſeſe hic omne punctum tuliſſe, proterua fronte dicant. At vel Jovem lapidem jurarem, ipſos ne quidem noſſe, quænam ſit illa Helena, cui placere ſic geſtiunt. Nec ego hactenus ſatis acumen eorum capio. Si quid tamen divinare licet, diverſum plane non tantum a nobis, ſed omnibus prudentioribus ſentiunt. Difficillimum eſt, difficiles finire nugas: at quid vetat tamen periculum facere, quod pace tantorum virorum fiat, num, *quid ipſis Hiſtoria litteraria ſit*, ſi non omni, aliqua ſaltim ex parte, tradere poſſimus. Sit itaque hæc, licet non forte ad Scharffii aut Stierii præcepta conformata, plana tamen & perſpicua finitio: *Hiſtoria litteraria eſt habitus mentis Moroſophicus, memoriam doctorum, ſemidoctorum & indoctorum, rubraque librorum utilium & inutilium,*

r, recentioris potiſſimum ævi, ex Biographis diobo-ribus, aut triobolaribus, quin & ex Diariis erudi-rum hauſtam continens, plerumque in homines, re-s gravioribus ineptos, & judicio deſtitutos, ca-ens, ut fucum imperitioribus faciant, & ſpecioſo tulo curtam ingenii ſupellectilem tegant.

§. XI. Num acu rem tetigerim neſcio: Id io, res ita hodie comparatas eſſe, ut, non mul-um nos a vero aberraſſe, & ſtrabo & luſcus faci-e viderit. Socratica iſta ſapientia, qua ſine o-nem eruditionem lumine caſſam eſſe docent, liquot chiliadibus nominum propriorum & criptorum omnis abſolvitur. Si medioeris quæ-lam notitia fatorum, quibus docti & indocti ob-noxii fuerant, ex vulgaribus βιογράφοις accedat, ah! quam non fruſtra is in Parnaſſo bicipiti ſo-mniavit? Hinc Demetrios atque Tigellos vi-eas, quos Horatius inter diſcipulorum cathe-dras plorare juberet, id primum curare, ut, ne-glectis omnibus, volumina, quibus funebria pro-grammata, aut nænias conſarcinatas habemus, e-volvant. Hiſce ſi litterariam quandam introdu-ctionem, eruditorumque Diaria, forte & Morho-fianum Polyhiſtorem, junxerint, ſe vertice ſide-ra ferire, planeque Apollineo ſpiritu inflatos eſ-ſe gaudent. Actum eſt, ipſorum ſi judicio res aga-tur, actum eſt de ceteris, qui ſua intereſſe putant, ut ſolidioribus mentem alant, aut ſaltim ſubceſi-vorum horarum iſta eſſe reputant. Id chartis im-pallefcere dicunt, Adamum, Wittenium, aliosque

que

que hujus farinæ, in ſuccum & ſanguinem vertere. Sic elegantiis omnibus innutriti, ne illi, quæ ſapientia turgent, rumpantur, in vulgus prodeunt, mercesque venales exponunt, multo ſcilicet ſudore partas. Et quoties iſti Polyhiſtores, ſic enim vocari malunt, colloquiis eruditis ſe immiſcent, proh! quam dicaculi ſunt? Data vel leviſſima occaſione, inprimis ſi beata ipſis memoria contigerit, linguarum frena felici auſpicio laxant, novaque & vetera quam liberaliter e penu ſua depromunt. Hic quadrata rotundis miſceri, *Salmaſios*, *Gruteros*, *Grævios*, *Buchneros*, *Boſios*, *Baruffaldos*, *Mabillonios*, *Voſſios*, & quos non? in ſcenam prodire audias. Ne vero ſe altum tantum ſapere videantur, juvat & omnino ſui ſimilium meminiſſe. Hinc adſociari integras catervas, & quid catervas? legiones obſcurorum virorum, quibus forſan concio quædam funebris, aut aliud quippiam in *Diario Witteniano* aut *Prætorii Homiletica Bibliotheca* locum dedit, ſummis illis viris cernas. Quot verba, tot fere nomina. Et quo magis iſta auribus inſueta ſunt, eo majus recitatione illorum decus ſibi accedere credunt. Quid enim? Num ii non eruditiſſimi reputandi ſunt, viri grandiſoni, qui *Azpilcuetas*, *Caſtricomios*, *Galindos de S. Romano*, *Ludovicos de Gongora & Argoye*, *Ariſtizavalios*, *Valenzuelas*, *Velasquezios*, quos alii ne fando quidem inaudiverunt, ad unguem recenſere poſſunt. Stupet profecto indoctum vulgus, velut ad Orphei chelyn, garrulos hos

hos auſcultans, quibus tot ingenioſe & eleganter dictis, ſi Diis placet, grave ſynciput eſt, ſeque ipſis Germanos Phœbi fratres ſuſpicere putat. Et ſolent ita quidem miſera hæc levis gloriæ mancipia tales plerumque auditores quærere, quibus Ranam pro Diana venditare nullius artis eſt. Cardinalem *PERRONIUM*, ut famam ſibi acquireret, mille ſubtilitates, de fluxu & refluxu maris, abſtractis & concretis ſexui ſequiori narraſſe ferunt. Non aliter hi noſtri Polyhiſtores: mutatis perſonis eadem fabula luditur.

§. XII. At vero, num ſolam nominum rationem habent? Cave, id credas. Longe alia reſtant, multo auguſtiora, multo elegantiora, quibus ſyrmate velut acupicto ſuperbiunt. Viros & fata eorum in genere canere, illorum tantum eſt, qui nondum ad ſacra Eleuſinia almæ hujus ſcientiæ penetrarunt. Alii ſunt, quos altius progreſſos omnium Venerum parentes dicere fas eſt. Habet & *Hiſtoria litteraria ſuos adeptos*, quos Viros adcuratos vocare moris eſt. Hi majori cum induſtria *vitarum ſcriptores*, *Perſonalia*, ut vocant, *Libros in ANA*, & hujuſmodi, pervolutarunt. Quin & improbo labore Præfationes librorum quorundam, Indicesque perveſtigarunt, aurum ſæpius ex ſtercore collecturi. Subnata ſunt ipſis indefeſſa induſtria ſpiſſa volumina, *Adverſaria litteraria*, auro contra cariora. Hæc omnis eruditionis promtuaria! Hi theſauri, quos

vel

BEEKIUS an BUSBEQUIUS? HENRIC ERNSTIUS an vero ERNESTIUS? N VOSSIUS, *Gerhardus Johannes*, aut *Joh. Gerhardus* dictus fuerit? Num vox E KIMCHI, Synonyma ſit nominis Ger *Mæller?* Num BERNH. RUTILII *vitæ* *veterum*, Lugduni Gallorum, aut Batavo excuſæ ſint? Num Juris aut Theologiæ Pro TRAZIGERUS fuerit? Num a pictore SCIOPPII facies adumbrata fuerit? plura referre vitilitigia. Hinc rixæ, hi hinc contentiones, bella, Grammaticali to jucundiora. Difficile eſt iſta intue ram non ſcribere. Quis enim tam pa

- - - tam ferreus, ut teneat ſe?

cum lepidiſſimos viros de lepidiſſimis modo lepidiſſimo tam cruenta inter ſe committere videt. Credit, ſe quis hic cernere: mox vero alter exſurgit, qui cœciorem proclamat, monopolium adcurationis litterariæ ſibi ſoli compe ſuaſus. Fur es: ait Pedio. Negat alte hinc dira vibrant fulmina? Quot ſp convitia? quot anathemata?

O literatores! ſervum pecus! Ut mihi
Bilem, ſæpe jocum veſtri movere tum

§. XIV. Et ferenda eſſet iſta veſania, jejuna iſta ſcientia, aut tacite explodend ſoli ſaperent, nec extra muros Iliacos

hæc protraherentur. At bone DEVS! quam difficile bile ipſis jecur tumet, ſi vel leviſſimus error iſtis in minutiis a meritiſſimis viris committatur. Si *Henricum* pro *Johanne*, *Danielem* pro *Detblevo* dixeris, ſi in patria, aut natali die obſcuri hominis erraveris, ſi numerum minus recte poſueris, proh DEVM atque hominum fidem! quantos peccatilla hæc clamores cient? Proximum eſt, ut doctiſſimis viris ἀβλεψίας, ſtupiditatis, ignorantiæ dica ab animalculis iſtis gloriæ ſcribatur. Itane quenquam imperitum eſſe? Hoccine credibile eſt, aut memorabile, tanta vecordia innata cuiquam ut ſiet? Sic fremunt homines diobolares, vix curto centuſſe redimendi, quaſi omnes Valerii Catonis diras in eos conjicere vellent, quibus tantum laboris ſterili avenæ & infelici lolio impendere non placuit. Herculem κοπροφόρον generoſo conatu imitantes lapſus magnorum virorum magna adſiduitate Voluſianis ſuis annalibus concredunt, unde nobiliſſimum tandem opus *de lapſibus magnorum virorum litterariis*, Allatiano de lapſibus in dicendo geminum, conſcribi poſſit. Et memini, nuperum quendam ſcriptorem id dediſſe conſilii, ut integer *de Anabaptiſmo litterario* Tractatus conſignaretur; ut & hoc modo commodis Doctorum ſubveniretur. Quid vero, ſi hoc non eſt, Ariſtarchi ad dignitatem adſpirare?

§. XV. Nolumus plura. Judicent, qui poſſint, num hoc illud non ſit, quod plurima pars

Hiſtoriam litterariam vocat. Nihilo tamen minus ad hanc metam pleroſque ſtudiis addictorum properare, adhuc hodie cernimus. Nolumus quidem contra ſæculi guſtum diſputare: Decipiantur, qui decipi volunt. Suum cuique caput: ſuus pileus. Id novimus, multa placuiſſe ENNIO & PACUVIO, quæ CICERONI & HORTENSIO displicebant: & parvum Julum paſſibus minus æquis patrem Æneam ſequutum eſſe. Juvenes parum cautos ea, quæ facilitate blandiuntur, leveſque curas requirunt, ſectari, nil miramur. Et quid non ſectentur, cum antecedentium gregem ſequi, omnes ferme ſibi gloriæ ducant? Quid non ſectentur, cum novus ferme indies exſurgat muſcarum captator, ſplendidus talium ineptiarum panegyriſtes? Id dolemus, quæ vere regno JESU Chriſti & ſaluti publicæ rei inſervire poſſunt, interim plane negligi, aut ſupine admodum coli. Sed hæc in genere *de ſtudio litterario* dicta ſunto: Secuturis harum *Cogitationum* partibus ad magis ſpecialia deſcendemus, ut, quæ vera noſtra mens ſit hac in parte, quam clariſſime conſtet.

Obſer-

Obſervatio CXXVII.

M. IO. CHRISTIANI HEBENSTREIT,

ſiſtens

Tractationem alteram, eamque Archæologicam, de Convivio Iudæorum funebri, ad illuſtr. Ezech. XXIV, 17.

§. I.

SCripſeram in *horum Miſcellaneorum Tomo II. Obſerv. LI. pag. 720. ſeqq.* aliquid de phraſi Ezechielitica cap. XXIV, 17. לחם אנשים ſed data opera me tunc intra philologiæ terminos continebam, de ipſo ritu multos egiſſe non ignarus. Nunc autem cum non ingratum fore lectori exiſtimem, de ipſa re in hiſce Miſcellaneis aliquid velut in compendio legi, hanc opellam qualemcunque eo libentius ſuſcepi, quod nonnulla in promtu erant, ab aliis non addita. Agemus ergo de Judaicorum conviviorum lugubrium *Synonymia, II. Antiquitate, III. Ritibus quibusdam.*

§. II. Ad Synonymiam quod attinet, ea *biblica* eſt, vel *rabbinica*. Inter biblicas ap-lationes, quibus convivium Judæorum lugubre venit, antecellit τὸ לחם אנשים quod Deus ipſe inſignit Ezech. XXIV, 17. de quo tamen ter ſupra l. c. adducta nihil addere libet. Di... enim ibi eſt de rationibus denominandi ex... verſorum mente diverſis, nec non, quid de iis... deatur, expoſitum.

§. III. Legitur & מרזח Jer. XVI, 5. ubi Deus vetat, Prophetam בוא בית מרזח ... *mum epuli feralis*. Habet quidem hæc interpre-tatio diſſentientes non paucos, qui collato ... parallelo Amos VI, 7. de מִרְזַח סְרוּחִים ... *luxuriantium*, & Targumica verſione Num. XXV, 2. (ubi populus dicitur comediſſe ... *conviviis* Moabitarum,) contendunt, ... *lætis potius epulis quàm lugubribus accipi*... *eſſe*, adeoque huc non facere; inque rem ... allegant τὰς ὀ, qui τὸν θίασον h. l. ... *læta in honorem Bacchi convivia & ſo*... ſignificantem; proinde Jeremiam a lætis ... ſuorum conventibus potius, quam triſti... hiberi. Verum hæc non crediderim ... Nam 1.) de lætis conviviis potius infra ... agitur, Prophetæ non frequentandis; ... aſſerere auſim, unum idemque eodem ... fuiſſe interdictum. Eſſet enim battolo... crarum literarum puritate ac gravitate ... indigna. 2) In Amoſo quid cauſæ eſt, quo...

DEUS

EUS comminari intelligatur, Judæis patriâ
im extorribus, luxurioſarum epularum fera-
im pœnam in exilio fore luendam, quas tanto
pe cum deliciarum apparatu & opum profu-
ne inſtitutas fuiſſe conſtat, ut ad incitas fere
digerentur familiæ, ſibi male invicem æmulæ
d. REIZIUM, *notis ad Goodwini Moſen* p. 560.
rte nihil aliud DEVS apud Amoſum dicit,
am apud Ezechielem cap. XXIV, 17. & Jere-
iam XVI, 7. nempe in exilio, fuga & ſtrage
belitica neminem fore, quem miſeria Judæo-
m moveat, neminem, qui lugubria convivia
ſolatium cæſos deflentium adornet. Hinc
SALOMO BEN-MELECH hæc duo loca, quoad ſignificationem τῦ מרזח pro parallelis habet, Scribit enim in Michlal Jophi ad Jer. XVI, 5. מרזח בירושו בית אבל וכן וסר מרזח סרוחים id eſt, מרזח *ſignificat domum luctus, & ita accipitur quoque in illo Amoſi VI, 7.* וסר &c.

§. IV. Quod autem ad Jonathanis locum attinet, cum in hebræo phraſis allegata non ſit, ſed ſaltim παραφράσεως ergo ex interpretis calamo emanarit, non dubito, quin convivia Moabititarum fœmellarum, ad quæ temeraria Iſraëlitarum juventus cœco impetu ruebat, ingenioſe ab effectu & conſequente ſic appellaverit. Erant enim convivia vere מרזחין i. e. *lugubria ac feralia*, paulo poſt ſupplicio principum & repentina nece vulgi expianda.

§. V. Quanquam vero Verſio τῶν ό, incerta cæteroquin & non raro incongrua, nos parum movere debebat; tamen eorum θίασος non omnino ab eo, quod eſt *ferale & lugubre*, abit. Celebrabantur enim οἱ θίασοι ſ. bacchanalia *magno cum ululatu*, a βαχεῖν, *ululare*, juxta EUSTATHIUM, apud BUDÆUM Lex. h. v. carmine *incondito*, ſubtriſti, inſanis furoribus, a quibus vulnera ac funera, indivulſa ebrietatis mala, non procul aberant, atque τὰς θιάσας ſæpius ferales reddebant. vid. OVID. *Metam. III*, *710. ſqq.* Hinc βάκχης τρόπον dicitur in triſtes & taciturnos, vid. BUDÆUM Lex. h. v. & ERASMUM in adagiis p. m. 675.

§. VI. Quemadmodum itaque ex jam dictis patet, loca parallela ſupra adducta non impedire, quo minus τὸ מרזח *convivium lugubre* ſignificet: ita ipſi ſane Talmudici מריזחא per אבל *lugentem* exponentes, ex מר & זח componi aſſerunt, quod lugens amaritudine completus ſit, & mens ejus receſſerit, ut docet BUXTORF. Lex. Chaldæo-Talmud. h. v. Atque ſic nihil obſtare videtur, quin מרזח inter epuli lugubris Synonyma referri debeat.

§. VII. Alio nomine, cujus mentionem facit Hoſeas, nempe τῦ לחם אונים appellatur, cap. IX, 4. id quod ad hanc tractationem pertinere videri poſſit, ſi conſideremus, quinam Judæis אונים dicantur. Docet hoc R. MAJEMONIDES Comment. ad Maaſer Scheni c. 5. §. 12.

12. האונן נקרא האדם שימות לו אחד מן הקרובים שהוא חייב להתאבל עליהו יום הקבורה i. e. אונן ſeu *lugens vocatur homo, cujus ex neceſſariis aliquis obiit, quem tenetur lugere die ſepulturæ.* Cumque אונן ſaltim die ſepulturæ quis vocari ſoleat, (quod & R. Salomo ad Levit. X, 19. affirmat, אין אונן אלא ליום קבורה *non eſt quis* אונן, ſeu *lugens, niſi die ſepultura,*) τὸ לחם אונים nihil aliud fuiſſe, quam convivium lugubre, ab aliis in gratiam lugentium apparatum, videtur. De ſuo enim eo die edere illis integrum non erat, ut pluribus oſtenſum ſupra *Tomo II. Miſcell. Lipſ. Obſ. LI. p. 722. ſeq.*

§. VIII. Ne tamen quid diſſimulem, non deſunt, quæ diverſum ſentiendi neceſſitatem imponere poſſint. Siquidem Rabbini non conſentiunt in ſignificatione τῶ אונן, quod hoc nominis lugenti ſaltim die ſepulturæ competat; ſed alii ad omnes dies ante ſepulturam extendunt, alii ad omnem cordis mœrorem, qui raro cum die ſepulturæ deſinit, referunt, ap. BUXTORF. *Lex. Chaldæo-Talm. h. v.* Unde rueret conſequens, לחם אונים nihil poſſe aliud eſſe, quam convivium funebre ab aliis apparatum; imo vero poſſet denotare *cibum ab ipſis lugentibus & funera tractantibus coctum*, qui omnino immundus erat, & qui de eo comederent, immundos reddebat, ut Propheta l. c. ait. Hoc vero de ordinario illo epulo funebri, de quo nobis hic

ſermo eſt, aſſeri nequit, uti vel ex eo patet, qui etiam ſummo ſacerdoti, cui fieri immundo nequaquam fas erat Levit. XXI, apparabatur, ut infra §. XXIII. videbimus. Nihil ergo certi de hoc Synonymo definiri poſſe exiſtimem.

§. IX. Rectius huc ſpectat תנחומים כוס poculum conſolationis Jerem. XVI, 7. per Synecdochen partis, pro integro convivio, cujus potiores partes vini generoſi uſus paulo liberalior expleſſe videtur, cor quippe hominum maerore colluctantium exhilarantis, ex Salomonis conſilio, dandam eſſe ſiceram triſtibus mentis, ut moeroris obliviſcantur, Prov. XXXI, 6. 7. Quorſum & illud Tobiæ dictum arbitror, quo filium pie erudiebat, ἔκχεον τὲς ἄρτες ἐπὶ τὸν τάφον τῶν δικαίων. Jubet nempe, non parce, ſed largiter lugentibus miniſtrare epulas. Nec dubium eſt, quin per ἔκχεειν, ad liberaliter miniſtrandum id, de quo τὸ ἐκχεῖν commodiſſime dici poteſt, ſcilicet ad תנחומים כוס magis quam ad alteram partem τῶν ἄρτων ſeu convivii cohortetur, cap. IV, 17. Nam de cibo dicit ἐκχεῖν admodum catachreſtice & per nimiam tropi duritiem dixeris.

§. X. Sequuntur nomina convivii lugubris Rabbinica; in quibus celebre & frequens eſt הבראה, de quo tamen præter ſupra Tom. II. Obſerv. LI, p. 723. allata, nihil monere opus eſt, niſi quod obſervari poſſit, eandem vocem ex parte biblicam eſſe, cujus radix 2. Sam. III, 35. ...

a eadem materia habetur. Veniebat enim populus ad redeuntem a funere Abneris Davidem, להברות את ad cibandum eum, & convivio lugubri excipiendum. Sic nempe ſcribitur in hodiernis codicibus noſtris, atque ſic ſe legere in exemplaribus correctis omnibus aſſerit R. Salomo Ben-Melech in Michlal Jophi h. l. Obſervat quidem ex traditione Sapientum, ſcriptum olim fuiſſe להברות lectum autem להברות atque hunc ſubeſſe ſenſum docet, quod cives exoraverint Regem, initio ſaltim paululum degustare, hoc enim eſſe להברות ex 2. Sam. XIII, 6. ובלסוף להכרותו poſtmodum liberalius etiam convivium apparaturi, שיאכילוהו הרב אחר בן כאשר יחל לאכול מעט ſe cibaturos eum, aſſerebant, poſtea largius, poſtquam incepiſſet paululum edere: verum hæc, quæ ſine fundamento ſolido nobis obtruditur, lectionis diverſitas non eſt tanta, ut obſtare poſſit, quo minus הבראה nominibus convivii lugubris biblicis ex parte accenſere poſſimus.

§. XI. Eſt tandem vox mere Talmudica, צוורניתא, formæ plur. emph. quam de hoc epularum genere intelligi vult Gloſſator in tract. Schabbath. cap. 19. §. 131. f. 131. a. ed. Berolin. Scribitur tamen in gloſſa paulo aliter, quam in textu, צוארניתא atque explicatur, quod ſint מטעמים שמאכילין את האבל fercula, quibus amici cibare ſoleant lugentes; & ibidem ab Obſervatore alio צורניתא, & exponitur לשון צירות

צידה ומזונות ex ſignificatione venationis, ferarum ex venatu captarum, aut etiam cibi alimentorum.

§. XII. De antiquitate atque origine epularum funebrium ſi quid ſecundo loco dicendum, difficile ſane fuerit, ultra conjecturas progredi. Quemadmodum tamen ap. Græcos Romanosque σύνδειπνα, parentalia ac ſilicernia vetuſtiſſimi uſus fuere, uti rerum illarum indagatores dudum prolixe & ſolide oſtenderunt: ſic dubium non eſt, quin & Judæi cærimoniam illam ſuam inde ab antiquiſſimis temporibus ad hunc usque diem derivaverint. Certe, ſi audiendi ſunt, qui illud Deut. XXVI, 14. לא נתתי ממנו למת non dedi de iis, decimis Deo offerendis, mortuo, de conviviis funebribus explicandum cenſent, quos POLUS in Synopſi Crit. h. l. allegat, ex ipſa Ægypto ritum hunc, ut multa alia, attuliſſe neceſſe eſt. Nondum enim terram promiſſam ingreſſi, fere adhuc in Ægypti, veteris hoſpitii, quod vix ante quadraginta annos deſeruerant, limine ſtabant, cum hanc illis confeſſionis formulam Moſes præſcribens, ritus apparandorum lugentibus conviviorum, velut notiſſimi ac receptiſſimi mentionem faceret. Et fere non video, quid repugnet, quo minus illorum ſententiæ tuto accedi poſſit. Quanquam enim Chaldæus de apparatu funerum, præcipue de veſtimentis in uſum defuncti confectus interpretatur, לא יהבית מניה תכריכין לנפש דמית

non dedi ex illo veſtimènta homini mortuo, & Talmudici locum ita circumſcribunt: לא לקחתי ממנו ארון ותכריכים למת ולא נתתיו לאוננים אחרים *non miniſtravi de eo loculum & veſtimenta mortuo, nec dedi illud lugentibus aliis*, in Maaſer Scheni cap. 5. §. 12: tamen partim non video, quid loculo & veſtimentis mortuorum cum eſculentis Domino e decimis anni tertii (juxta verſ. antec. 12, dabis Levitæ & advenæ, & pupillo & viduæ, *ut comedant intra portas tuas & ſaturentur*) offerendis ſit commercii; partim ipſi Doctores Talmudici in ſua explicatione non obſcura veſtigia epularum feralium oſtendunt, easdemque ſine dubio agnoſcunt. Atque huc ultima illorum verba l. c. facere crederem ולא נתתיו לאוננים אחרים *nec dedi illas*, de illis decimis, *lugentibus aliis*; id quod ad miſſitationem ferculorum poſt cognatorum exequias apprime quadrare palam eſt.

§. XIII. Neque nos ab hac opinione magnopere dimovent, quæ ſedulus rituum Ægyptiacorum indagator, SPENCERUS affert, confeſſionis ſupra commemoratæ originem ad gentis, quam Iſraëlitæ nuper admodum deſeruerant, religionem revocans. Intelligi nempe vult per המת Oſiridem & Iſidem, κατ' ἐξοχὴν *mortuos* Ægyptiis dictos, quorum funus mœſti celebraverint, & quibus fructuum primitias conſecraverint. Quaſi, ex illius mente, primitiarum Oblator Iſraelita profiteatur, ſe toto animo ab idolo-

idololatria illa Ægyptiorum abhorrere, nec quicquam cum ea familiare habere, ſed Deo ſuo, qui ſe ex iſta vana gente eduxerit, ſacros eſſe agri ſui proventus jubere, *de legibus Hebræorum ritualibus* p. 462. ed. Cantabr. In quo tamen, an felicius, quam in multis aliis, judicaverit, peritiores videant. Noſtræ cauſæ tantum abeſt, ut erudita Spenceri conjectura derogare poſſit, ut potius partim *non de primitiis, ſed de decimis* in textu agatur, partim de hypotheſi ejus, an per חַמָּה Oſiridem intelligi oporteat, merito dubitetur. Funus ſane ejus celebraſſe Ægyptios conſtat, *mortuum* appellaſſe longe incertiſſimum. Nec difficultate hac elabi poſſe videberis, ſi vel maxime dicas, ab Iſraëlitis in contumeliam ſic appellatum, quemadmodum & de aliis Deaſtris contemtim loqui ſolebant; quia & hujus aſſerti probatio jure deſideraretur.

§. XIV. Itaque ſi non demonſtratum atque evictum, ſaltim non improbabile eſt, *misſtationem illam ciborum* jamjam in Ægypto inter DEI populum viguiſſe, quanquam non ut conſuetudinem ab Ægyptiis adſcitam, cujusmodi in illa gente uſu veniſſe, quod ſciam, in rerum illarum ſcriptoribus non deprehenditur; ſed fortaſſe velut inter ipſos Iſraëlitas, quacunque denique occaſione natam. In deſerto enim, inter perpetua itinera, tot turbas, immenſas calamitates, incertas ſedes, &, quod præcipuum eſt, eſculentorum penuriam, de novo epularum genere

cogi-

cogitatum fuiſſe, vix credibile eſt. Quicquid tandem utrinque diſputari poſſit; extra omnem ſane controverſiam poſitum eſt, vetuſtiſſimis Regum temporibus ritum epularum funebrium ſtrenue viguiſſe, conf. 2. Sam. III, 35. Jer. XVI, 7. Ezech. XXIV, 17.

§. XV. Sin, qua occaſione & unde originem traxerit funebre convivium, quid videatur, addendum, non tam ad certam expreſſamque DEI legem, quam conſuetudinem potius, & Rabbinorum placita recurrendum erit. Ipſi equidem Judæorum ſeniores duo lugentium genera conſtituunt, quibus alius eſt אונן מדאורייתא *lugens vi legis*, per totum nempe tempus, quo defunctus nondum ſepultus eſt, usque ad finem diei ſepulturæ; & alius אונן, מדרבנן *lugens juxta conſtitutionem Seniorum* vid. RAMBAM ad tr. Talmudicum Demai, c. 2. apud SURENHUSIUM Tom. I. p. 78, & eundem ad Maaſer Scheni, cap. 5, §. 12: de convivio tamen lugentium nihil divinæ legis ſive ſcriptæ ſive oralis (qualem Judæi agnoſcunt,) invenias.

§. XVI. Fatetur hoc ipſe ABARBENEL, cum expreſſis verbis aſſerit, a Sapientibus, ut plures lugentium ritus, ſic & epulas funebres fuiſſe conſtitutas, additis cujusque rationibus, lectu non injucundis. Habentur verba ejus in Comment. ad Ezech. XXIV, 16. 17. וראוי לתת לב בדברים האלו למה אסרו אותם חזל׳ באבלים וכו׳ i. e. *Libet paulo penitius conſiderare*

rare res illas (quas DEVS Ezachieli viduo l. c. interdixit) *cur nempe eas SAPIENTES NOSTRI p. m. lugentibus prohibuerint? Ratio nempe mea judicio eſt, - - quod, ſicut non approbandum, ſi quis defunctum immodice lugeat, & ultra menſuram decori - - ſic etiam homo non debeat absque ſenſu eſſe, ut non doleat mortem cognatorum ſuorum, qui tamen os de osſibus ſuis, & caro de carne ſua ſunt. Atque hac de cauſa* ſtatuerunt Sapientes noſtri b. m. *ut* (lugens) *ſeptem dies ſe domi ſua occludat, ad indicandum, quod anni noſtri ſint ſeptuaginta, quibus vita hominis terminari ſoleat. Porro* (ſtatuerunt Sapientes noſtri) *ut* (lugens) *plangat ac ploret, ſicut mærore affectus ob ſeparationem illorum* (neceſſariorum, qui morte a ſe avulſi ſunt.) *Item, ne exeat domo ſua, nec abeat ad obeundum negotia ſua, atque ſic obliviſcatur defuncti ſui, interdixerunt lugenti calceos ſeu ſandalia. Ac ne loquatur, & luctum ſuum prolixa confabulatione expellat, præceperunt, ut obvelet labia ſua, ne ſcilicet ſermones miſceat. Et denique, ne poſt ſepulturam mortui opus habeat lugens abire ad comparandum cibum pro victu ſuo* præceperunt, (Sapientes noſtri) *ne edat prima vice de ſuo, ſed de victu amicorum ſuorum.* Ex quibus patet, epuli feralis originem ſimpliciter ad arbitrium Rabbinorum referri.

§. XVII. Cauſſam ergo, quæ Judæorum Magiſtros ad ſanciendam ciborum miſſitationem commoverit, (nam & iſta ad originem ſpectat.)

ABAR-

BARBENEL loco allegato reddit, *ne lu-ns opus habeat ad comparandum cibum*, ſive, ne omi funeris neceſſariam curam negligeret, ad-que impietatis in defunctum reus fieret, ſive, in publicum prodiens mœrorem æquo citius animo expelleret, adeoque levitatis notam currerect; ſive, (id quod proxime ad rei natu-m & ad auctorum intentionem accedere vi-etur,) ut ex communitate convictus cum aliis gentes erigerentur, unde *poculum conſolationis* r. XVI, 7. Habet enim amicorum benevolentia, eralitas ac converſatio hocce commodi, ut flictis non parum ſolatii afferat, & facilius fe-tur dolor, ſi blando convictorum colloquio minuatur. Atque ſic originem convivii fu-oris tantum abeſt, ut longius peti oporteat, potius ex ipſa lugentium natura ac propen-ne enatum videatur; quod amicitiæ genus ſtquam ab uno vel altero fuit præſtitum, fa-le, ut in ejusmodi rebus fieri amat, in perpe-am conſuetudinem firmamque legem abire uit.

§. XVIII. Quod tertio ad *epuli feralis ritum celebrandi rationem* attinet, diſpiciendum im-mis eſt, quibusnam illud apparari conſueve-? Sunt illi, ex Rabbinorum decreto, אבלים e, qui lugent defunctos, ſanguinis nexu ſe-oxime tangentes, parentes, liberos, conſobri-os & uxores. Sic enim RAMBAM ad Maaſer cheni c. 5. §. 12. lugendos recenſet: והקרובים שהאדם

שאדם חייב להתאבל עליהם הם אביו אמו ובניו ובנותיו ואחיו ואחיותיו ואשתו *Propinqui, quos quis lugere tenetur, ſunt: pater & mater, filii & filiæ, fratres & ſorores, & uxor ſua.* Et de BARTENORA ad Moed Katon cap. III, §. 7. initio: אלו שבעה מתים שחייב להתאבל עליהם ועל שאר קרובים שאינו חייב להתאבל *Illi ſeptem mortui* (nempe pater, mater, filius, filia, frater, ſoror, uxor, quos paulo ante nominarat,) *ſunt, quos lugere tenetur, reliquos cognatos non tenetur lugere.* Unde conſtare arbitrer, nemini allatos fuiſſe cibos, niſi qui unius ex jam recenſitis jacturam feciſſet.

§. XIX. Si porro quæratur, cui id humanitatis officium incubuerit, ut lugentibus de cibo ferali proſpiceret? Ad quemlibet pertinuiſſe videtur, cui, quacunque de cauſa, amoris & amicitiæ neceſſitudo cum mœrentibus intercedebat, quive liberalitatis laude in civitate eminere cupiebat; neque ad certas perſonas illam pietatem fuiſſe adſtrictam, Rabbinorum monumenta docent. Hinc in genere שולחים *mittentes*, quicunque illa benignitate fungi voluerint, nominat Abarbenel ad Ezech. XXIV, 17. it. אוהבים *amicos*, qui dolentibus cupiant, ibid. Sic KIMCHIUS ad eundem locum שכנים *vicinos* epularum autores facit. Judæi in ſua germanica bibliorum verſione, Das Brod von ander Leut / panem *ab aliis quibuscunque* miſſum, vertunt. David ex Abneris funere revertens,

gus-

iverſi populi liberalem in apparato convivio ani-
um experiebatur, 2. Sam. III, 35. Et in Talmude
oc ipſum non obſcure docetur, cum in Moed
aton cap. 3, 7. affirmatur, ſi funus in diem
ſtum incidat curandum, אין מברין אלא
קרובין של מ non niſi cognatos mortui ci-
um lugentibus præbere; ſine dubio, quia cum
titia die feſto debita non bene conveniat, re-
is funebribus & triſtibus occupari; unde recte
olligas, extra feſtos dies etiam alios quoscun-
ue, qui non eſſent קרובי של מת munus
luc obiiſſe. Sic DE BARTENORA, Comm.
. l. tum *propinquorum*, tum *aliorum amicorum*
x lugentis calamitate dolorem ſentientium
entionem facit, qui cum eo accumbentes ci-
um funebrem capiant, verbis infra §. XXII. ci-
ndis; it. ad Sanhedrin c. 2, §. 1. קרובין ואוה
בין מאבילין אות cognati & amici cibant
um (ſummum ſacerdotem, ſuos lugentem.)

§. XX. Præterea obſervandum, illam cibatio-
em non niſi *unica* factam *vice* fuiſſe, die nem-
e, quo funus elatum eſſet, nec amplius repe-
itam. Sic enim paulo ſupra §. XVI, ex ABAR-
ENELE audiebatur, שלא יאכל פעם
ראשונה משל *lugentem* ſaltim *prima* (poſt
xequias) *vice de ſuo non ediſſe*; & DE BAR-
ENORA ad Moed Katon l. c. מברין סעודה
ראשונה שאבל אסור לאכול משל *cibant*,
empe *primo* ſaltim *cibo*, *quem lugenti prohibitum*
ſ, *capere de ſuo*.

§. XXI. De loco, ubi præbebantur ci[...] tandum, non ſolum in ædibus, ſed & in[...] interdum ac locis publicis id factum legi[...] mus enim ex DE BARTENORA ad Mo[...] ton cap. 3, 7. לחברותו ברחובה של [...] [...] אין מברין אלא קרוביו בתוך ביתו *fuiſſe in uſu, ut apparerent ei* (lu[...] *cibum in plateis urbis; die tamen feſto* [...] *propinquos appoſuiſſe*, & quidem tantu[...] *gentis*; arbitror, ne videntes ad triſtiti[...] lorem & commiſerationem commo[...] quod feſto die indignum credebatur, [...] quid conjicere licet, ex hoc pateſcit, q[...] velit illud Tobiæ cap. IV, 17. filium mo[...] ἔκχεον τὰς ἄρτυς σε ἐπὶ τὸν τάφον τῶν [...] *effunde*, i. e. largiter offer *cibos tuos ad ſep*[...] *juſtorum*, quia nempe mos videtur eo temp[...] tinuiſſe, ut cibi funebres, non ſemper domi[...] in plateis aliisque locis publicis, ſic etiam [...] *pulchra* oblati, a lugentibus caperent[...] *parentalibus* certe *paganorum* illum ob[...] morem, atque in chriſtianis veteribus [...] probatum fuiſſe, tum aliunde, tum ex M[...] DN. D. RECHENBERGII *Hierolexic*[...] *a*. conſtat.

§. XXII. Quodſi autem contingeret[...] mi veſcerentur, eum accumbendi mo[...] vabant, ut ſtratis ſeu tricliniis humi q[...] id eſt, depreſſis & neutiquam elevatis c[...] videlicet ad indicandam triſtitiam, qu[...]

ns inflicto vulnere laborarent; quæ calami-
s non videretur illis permittere, ut commo-
ius diſcumberent, ſtratis nempe erectis innixi.
feſto die cibi ferales comedendi eſſent, ſole-
nt, (ut nempe ſuus feſto honos exhiberetur,
uo lætiores eſſe decebat,) erectis ſtratis uti. Lu-
ulentum eſt hanc in rem talmudicum teſtimo-
ium in Moed Katon l. c. ואין מברין אלא על
מטה זקו *nec* die feſto *cibum prabent, niſi*
per ſtrato erecto; ergo diebus non-feſtis com-
ederint ſuper ſtratis declinatis neceſſe eſt. Id
uod DE BARTENORA *Comm. h. l.* confir-
at: ואפילו בתוך ביתו אין מברין אותו על
מטות כפויות וכ i.e. *Caeterum domi non ap-*
onebant lugenti *cibos ſuper ſtratis in domum*
iverſis, quemadmodum in reliquis anni diebus
כל קרוביו ומי שלבו גם ב *omnes cognati*
alii amici ex lugentis calamitate dolorem ſen-
ientes cum illo edere ſolent ſuper ſtrato humi
iverſo; verum die feſto non niſi ſuper ſtratis
ectis comedunt.

§. XXIII. Peculiare tamen erat, quo ſummus
ſacerdos atque Rex hac in cauſa gauderent, pri-
ilegium. Ille enim epulis feralibus in funere
uorum accipiendus, dignitatis ſuæ memor *in-*
lla ſediſſe, qui autem cibos attulerint, humi
iſcubuiſſe legitur *in Sanhedrin* cap. 2. §. 1:
כשמברין אותו (כהן גדול) כל העם מסובי
על הארץ והוא מיסב על הספס *Quando*
um (ſacerdotem ſummum) *epulo ferali acci-*

 piunt,

piunt, omnes reliqui ſedent humi, ipſe autem ſedet in ſella. Explicatur ספסל in Toſephet jom tobh per כסא קטן *thronum parvum*, quo utitur ſummus ſacerdos in ſplendoris ac dignitatis ſuæ ſignum, ut DE BARTENORA h. l. monet: הן מצירין ומתאבלין בצערו והוא מיסב בכבוד על הספסל id eſt, amici & propinqui ſummi ſacerdotis *dolent & lugent in afflictione ejus, ipſe autem ſedet in ſplendore, ac dignitate in ſella.*

§. XXIV. De Rege ſic traditur loco cit. §. 3. כשמברין אותו (המלך) כל העם סמוכין על הארץ והוא מיסב על הדרגש *quando regem cibant, omnis populus humi accumbit, ipſe vero ſedet ſuper ſedili.* Eſt autem דרגש explicante Talmude in Nedarim cap. 7. §. 5. ex R. MEIRE, idem quod מטה *lectus*; DE BARTENORA autem h. l. planius, דרגש מטה קטנה שנותנין אותה לפני מטה גדולה וממנה עולין למטה הגדולה i. e. דרגש, eſt *lectus parvus, quem ponunt juxta lectum majorem, ut ex eo adſcendatur in lectum majorem.* Sita ergo Regis eminentia in eo erat, ut reliquis humi hærentibus, ipſe pane funebri veſcens, in lectulo ſederet.

§. XXV. Tandem & circa vaſa, quibus afferri ſolebant fercula, caute & curioſe verſabantur, quæ nunquam pretioſiora, quam *viminea* eſſe oportebat. Sic docetur in Moed Katon c. 3. §. 7. אין מוליכין לבית האבל לא בטבלא ולא באסקוטלא

באסקוטלא ולא בקנון אלא בסלי *Non* … *unt* cibum *in domum luctus neque in tabula,* … *e in ſcutella, neque in vaſe conflatorio* (aut … *ndibulo,* aut quomodocunque tandem קנון … dere libebit, vid. BUXTORF. *Lex. Chaldæo-* … *mud. h. v. pag.* 2071.) *ſed in caniſtris.* Ra… … em reddit DE BARTENORA, ne pauperes, … pretioſiora vaſa non haberent, quibus cibos … ſmitterent, pudore ſuffunderentur (aut … tan a miſſitatione plane abſterrerentur.) … am verba ejus, ſed cum prolixiora ſint, … m latine: *Non afferunt cibum in domum* … *us, neque in tabula; eſt enim ſplendidum at-* … *magnificum nimis: neque in* אסקוטלא, … *pe in ſpecie menſæ parvæ argenteæ, aut aureæ,* … *vitreæ ſeu cryſtallinæ.* Audivi etiam (qui … derent) קערה של כסף *ſcutellam argen-* … שכן בלעז׳ קורין לקערה סקודילא״ … *enim in lingua peregrina,* (latina nempe) … raicum קערה *appellant ſcutellam: Sed in* … *ſtris, quæ e viminibus ſalignis contexta ſunt;* … *pudeat pauperes venire ad apponendum lu-* … *ti cibum, quibus nec tabula nec ſcutella eſt.*

§. XXVI. Sunt hæc, quæ *circa veterum Ju-* … *æorum convivia funebria* notatu digniora vide… antur. De recentiorum ritibus multa addere … ihil attinet, cum plurium commentationes de … s extent, & deſiderantibus vel ab uno B. GEI… RO ſatisfieri poſſit, qui in elegantiſſimo *de* … *ctu Hebræorum* libello hinc inde hodiernas

 gentis

gentis cærimonias, ex Majemonidis tractatu Efel ſeu de luctu, ſufficienter explanavit. Solent illi, ne plane nihil addam, plerumque *ova & legumina* mittere, quorum rotunditate monere lugentes volunt, ne immodice ſuorum obitum fleant, cum mors, rotundi corporis inſtar, ſit inſtabilis, ſeque ſubinde huc illuc devolvat, jam hunc jam illum vivis eripiat, jam pauperum tabernas, jam regum turres, triſti funere fœdet. Quo argumento ab inevitabili mortis neceſſitate petito lugentium lacrymas cohibere, & ſuorum quemque fatorum admonere intendunt. Salutare ſane monitum, quod utinam a cæca gente noſtrum quisque, qui perſpicaciores credi volumus, diſceret, ac diligenter cum Pſalte apud animum ſuum recoleret:

Edoce me, Domine, finem meum, & menſuram dierum meorum, quanta ſit, ut intelligam, quod ceſſaturus ſim, Pſ. XXXV, 5.

Obſer-

Obſervatio CXXVIII.

L. JO. CONRADI Schwartz,

[Elo]qv. & Græcæ Ling. in Illuſt. Caſim. Coburg. Prof. Publ. Ord. & Alumn. Ducal. Inſpectoris,

de eo,

Quomodo Paulus dicatur [n]on redactus ſub ullius poteſtatem.

Ad illuſtrandum locum 1. Corinth. VI. verſ. 12.

§. I.

QUi doctrinæ nomen honeſtum ſibi exiſtimarunt, vetera ſemper cum novis coniunxere, propterea quod infinita eſt [re]rum copia, quæ uno ſæculo tanquam e tenebris [er]quiri & in luce poni non potuerunt, nec forſſe poſthac, in tanta rerum humanarum viciſſi[tu]dine, explicabuntur. Sed, ſi verum quærimus, [S]ientia divina ſemper vetera unice præoptavit, [n]ihil enim hic veritatis ſe commendat gratia, ni[ſi ei]dem antiquitatis laude floreat. Non excurſ-

ram in ampliſſima theologiæ ſpatia, ubi antiquiſſimam rationem mundi Deique naturam contemplamur: tantum ſcripta Pauli contuemur. Sed qvum etiam hoc argumentum latius pateat, intra carceres anguſtiores, quoad licet, decurramus.

§. II. Pars altera *verſus XII. capitis VI. epiſtolæ prioris ad Corinthios* diligentiorem mereri videtur obtutum. Πάντα, inquit divinus ſcriptor, μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐκ ἐγὼ ἐξουσιασθήσομαι ὑπό τινος. DESID. ERASMUS reddidit: *Omnium mihi poteſtas eſt, at ego non redigar ſub ullius poteſtatem.* His PAULI verbis, in proclivi eſt, affingere ſententiam aliquam a conſequenti oratione diſiunctam, hoc eſt, novam, ineptam, alienam. Ipſam, quæ menti Autoris obverſata eſt, rem & ſpeciem invenire quantum ſit negotium, interpretum oſtendit hæſitatio. Sic enim, ne mentiar, dicendum eſt. Sed qvum poſitionem & locum verborum Pauli contueor, omni pene culpa eos libero. Eſt enim verſus noſter inter proximos inferiores & ſuperiores ſic interjectus, ut vix appareat, quomodo cum utrisque cohæreat. Nam qvum paulo ante Paulus vehementiſſime in Corinthios invectus eſſet, *quod cauſas ſuas ad ethnicos deferrent, a Chriſtiana religione alienos:* mox *de officio erga corpus* diſſerit; medium utriusque rei verſum noſtrum interponit. Non eſt igitur mirum, ſi ſententia, quam vulgo huius loci eſſe ſuſpicantur, vix ſibi ipſa ſit conſentanea. Quid enim

im ſibi vult Paulus, ſi hoc dicit, *omnia ſibi li-*
ere, ſed ſe non ſubactum iri abs quoquam? PAU-
LUS, inquam, qvum ſe ipſe omnibus in ſervitu-
em daret, & ut ἔσχατος & ἐπιθανάτιος dare de-
eret 1. Cor. IV, 9. quî ſe neminis ſervum fore
jactitat, & gloriatur de re in ſolius Dei manu po-
ta & Dei voluntati adverſiſſima?

§. III. Has difficultates ut explicemus, ali-
uas circumſpiciemus faces, quæ præluceant no-
is verum exquirentibus.

§. IV. Primum igitur ſcire licet, verſum hunc
II. viam munire diſputationi, quam divinus au-
or ad initia capitis X. producit. Verſatur au-
em diſputatio illa in duabus quæſtionibus, quæ
uſpicioſiſſimis illis temporibus *de coniugio & con-*
ictu in curiis incidere ſolebant.

§. V. Deinde velim lectores mei recorden-
ur, eximiam ad ſcripta Pauli perluſtranda utili-
atem afferre ſeptuaginta Interpretes.

§. VI. Hi porro interdum verbo ἐξουσιάζειν
am ſubjiciunt vim ac poteſtatem, ut ſit idem,
uod *impellere ad uſum alicuius rei, permovere*
nimum ad uſum alicuius rei, Sic enim illi in
Eccleſiaſt. c. V, 18. Καίγε πᾶς ἄνθρωπος, ᾧ ἔδωκεν
υτῷ ὁ Θεὸς πλοῦτον καὶ ὑπάρχοντα. καὶ ἐξουσίασεν
υτῷ φαγεῖν ἀπ᾽ αὐτοῦ, καὶ λαβεῖν τὸ μέρος αὐτοῦ
ᾳ τοῦ εὐφρανθῆναι ἐν μόχθῳ αὐτοῦ, τοῦτο δόμα Θεοῦ
ι. *Si quem Deus divitiis & fortunis ornarit,*
eque ab ipſo earum uſu retraxerit; ut laboris ſui
ructum percipiat, nae hoc ei divinitus accidit. I-

dem capite VI. eiusdem libri, Ἀνὴρ, inquiunt, ᾧ δώσει αὐτῷ ὁ Θεὸς πλᾶτον καὶ ὑπάρχοντα, καὶ δόξαν, καὶ ἐκ ἔςιν ὑςερῶν τῇ ψυχῇ αὐτᾶ ἀπὸ πάντων, ὧν ἐπιθυμήσει, καὶ ἐκ ἐξεσιάζει αὐτῷ ὁ Θεὸς τᾶ φαγεῖν ἀπ' αὐτᾶ, ὅτι ἀνὴρ ξένος φάγεται αὐτὸν, τᾶτο ματαιότης καὶ ἀῤῥωςία πονηρά ἐςιν. *Si quem Deus divitiis, facultatibus & ſplendore auxit ita, ut omnium rerum optabilium circumfluat & abundet copia, neque tamen eundem liberavit ad facultatem iis fruendi, quod ab hoſpite ea occupantur, vana res eſt & ingenii acerbiſſima imbecillitas.*

§. VII. Neque vero alteram illam ac frequentiorem ſignificationem verbi ἐξεσιάζειν prorſus repudiarunt LXX. interpretes noſtri. Quid? quod eam iis locis poſuerunt, unde ſingularis quædam vis eius in omnium incurreret oculos. Sic enim illi in libri citati cap. VIII, 3. Πᾶν ὃ ἐὰν θελήσῃ, ποιήσει καθὼς βασιλεὺς ἐξεσιάζων, καὶ τίς ἐρεῖ αὐτῷ τί ποιεῖς· *Faciet quidlibet, ut rex liberrimae poteſtatis, nec ab homine reprehendendae.* Mox verſu 9. Καὶ ἔδωκα τὴν καρδίαν μὲ εἰς πᾶν τὸ ποίημα, ὃ πεποίηται ὑπὸ τὸν ἥλιον, τὰ ὅσα ἐξεσιάσατο ὁ ἄνθρωπος ἐν ἀνθρώπῳ τᾶ κακῶσαι αὐτόν. &c. *Conieci oculos in eam, quam homo in hominem ſibi arrogat, vexandi licentiam &c.*

§. VIII. Jam ſive prior ſive poſterior præoptatur ſignificatio: facile conficiam, quod mihi eſt propoſitum, ſi prius a lectoribus poſtulavero concedi, quod ultro dant, & facile dare poſſunt, *verba neutra & paſſiva cum prepoſitione* ὑπὸ *conjungi.*

Dein-

Deinde, *multa verba paſſiva Græcorum in primis perſonis reperiri*, quæ aliis linguis nequaquam ſint uſitatæ. Dicunt enim, exempli cauſa, πεπίστευμαι ὀικονομίαν, qvum Latini tantum dicant, *administratio credita eſt mibi*. Sic LUCIANUS de Macrob. p. 466. tom. II. Δίδωμί σοι τοὺς ἱστορημένους εἰς μακρὸν γῆρας ἀφικέσθαι ἐν ὑγιαινούσῃ τῇ ψυχῇ καὶ ὁλοκλήρῳ τῷ σώματι. *Eos tibi do, quos ad longam ſenectutem ſana mente & integris corporis viribus perveniſſe memoria proditum eſt.* Et paulo poſt: Καὶ γένη δὲ ὅλα μακρόβια ἱστορεῖται διὰ τὴν δίαιταν. *Quin etiam tota hominum genera propter victus rationem diu vixiſſe memorantur.* In quo exemplo Latini cum Græcis conveniunt. Latini quoque ſæpe primas perſonas probant paſſivæ vocis in quibusdam verbis, quas repudiat & fugit lingua Germanica. Non enim dicimus, ich werde befohlen dieſes zu thun: qvum latini libenter dicant *iubeor hoc facere*. Neqve dicimus, ich werde in der Sache von Caio geholffen: qvum latini ſoleant dicere *ego adiuvor a Caio ea in re.*

§. IX. Illud autem meo mihi aſſumo iure, ut *terminationes conjugationis mediæ cum terminationibus paſſivæ vel usquequaque vel ſaltem ſæpiſſime ſtatuam congruere*; quamvis forte alii diſſenſionem ſuam proteſtentur, quos uſus & experientia fefellit eorum, qui diligentius lectitant ſcriptores græcos.

§. X. Præterea linguæ Græcæ ratio favet ſigniſi-

gnificationi, quam ego propono. Neque enim ullam cauſam video, cur, qvum activum ἐξουσιάζειν ſignificet *poteſtatem dare*, paſſivum ſignificare debeat *in manum & poteſtatem dari*. Annon ſatius eſt, ut quemadmodum a κελεύω, *iubeo*, ſit κελεύομαι *iubeor*, a πιστεύω, *credo*, πιστεύομαι *ſatis magna fide & dexteritate ad rem quandam peragendam præditus iudicor*; ſic ab ἐξουσιάζω derivemus ἐξουσιάζομαι *poteſtate augeor & exornor*. Verba quidem paſſiva ideo dicuntur paſſiva, quia recipiunt aliquid: uti activa, quia conferunt & indunt aliquid in res perſonasve alias. Quomodo igitur, qvum activum ἐξουσιάζειν ſignificet *poteſtatem & facultatem conferre alicui*, pasſivum ſignificare posſit *poteſtate & facultate privari*, *in ſervitutem dedi*. Saltem ſi hæc poteſtas verbo pasſivo ἐξουσιάζομαι ſubjiciatur usquam: nemo tamen, opinor, fuerit, qui meam hanc ſignificationem impugnet. Qvum præſertim, ut ſupra iam monui, & difficultatibus implicet Paulum vulgata opinio, & grammaticis non nimium probetur, ut modo oſtendimus.

§. XI. Deniqve hanc mihi figo legem, ut nullam probem interpretationem, quæ non alibi ab ipſo Paulo diſertis conſtabiliatur effatis, aut ſaltem cum præceptis eius palmariis congruat.

§. XII. Quodſi igitur prior ſignificatio verbi ἐξουσιάζειν ius & locum ſuum obtineat: tum hæc exiſtet ſententia: *Omnia mihi quidem facere licet, quae ad εἰδωλόθυτα pertinent & coniugium:*

ſed

*ſed ad ipſum utriusque huius rei uſum non ego per-
pellar unquam abs quoquam.*

§. XIII. Sin a poſteriore diſcedendum ne la-
tum quidem unguem putes: tum ratio noſtræ
interpretationi non conſtabit minus. Hoc enim
volet Paulus: *Quod ad coniugium & εἰδωλόθυτα
ſpectat, meam quidem libertatem nihil usquam cir-
cumſcribit, verumtamen haudquaquam ego illa utar
libertate, ne ſi quidem cohortetur quispiam.*

§. XIV. Protinus iam demonſtrabo, hoc
idem PAULUM alibi diſerte profiteri. Quum
igitur 1. Cor. IX. copioſisſime diſputaſſet *de præ-
ſtantia & innocentia libertatis ſuæ*, verſu XV.
concludit: Ἐγὼ δὲ ὐδενὶ ἐχρησάμην τύτων. Et
v. XIX. Ἐλεύθερος ὢν ἐκ πάντων, πᾶσιν ἐμαυτὸν
ἐδύλωσα, ἵνα τὺς πλείονας κερδήσω, & reliqua.

§. XV. Etiam apud profanos ſcriptores in-
terdum occurrunt loca quædam, in quibus id,
quod quis facere poteſt, ſecernitur ab eo, quod
facit. Nam CICERO in re ſimili I. Tuſcul.
Quæſt. c. 35. *Metellus ille honoratus quatuor
filiis, at quinquaginta Priamus, e quibus decem
& ſeptem iuſta uxore nati. In utroque eandem ha-
buit fortuna poteſtatem, ſed uſa in altero eſt.*

Obſer-

Obſervatio CXXIX.

IOAN. MATTHÆI BARTHII,

Ratisbonenſis,

proponens

Nova Phoſphori ſolidi Phænomena, explicata, & ad intelligenda meteora quædam applicata.

NOn *Phoſphori naturam, aut novam inde theoriam lucis, nuper in Gallia ab Eruditis requiſitam, ſed quædam ſaltim Tibi ſiſto, B. L. experimenta, partim ab amicis exhibita, partim proprio Marte a me tentata. Primum eorum a paucis quidem aliis jam annotatum eſt, attamen a multis haud imitari hactenus potuit. Sequentium aliquot* in Epiſtola de Luce Barometrorum *tetigi, ſed data opera non pertractavi. Reliqua, quantum novi, a nemine hucdum litteris ſunt tradita. Singula nunc ita*

exponam, ut a verborum ambagibus, &
ſtariorum terminis, quantum fieri potuit,
ſinuiſſe videar.

Experimentum I. *Phoſphori ſolidi fru-*
ılum, in mediocri campana incluſum, ſi
re craſſiore per aliquot antliæ ſuctus pri-
tur, obſcurari incipit.

Experim. II. *Campana penitius evacua-*
, lux omnis disparet, ipſaque tandem
ſſa aliquantum diffluit.

Experim. III. *Interim tamen ex exhala-*
nibus, quibus hæc undiquaque fumigat,
nſtanter fulgur, interjectis tamen moris,
orumpit, ad convexa campanæ adſcendit,
latatur, & mox iterum evaneſcit.

Experim. IV. *Colligantur etiam in ſum-*
itate exhalationes aliquæ, quæ intromiſſo
rſum aëre, una cum maſſa priſtinum ſplen-
rem recuperante, & ipſæ lucent, atque in
nam alteramque luculam collectæ ſurſum
orſumque, veluti ignes fatui, moventur ali-
tantisper ac agitantur.

Experim. V. *Fruſtum in lagenula vitrea*
n aqua, qua circumdantur vel ſuccuſſum,
etiam intra manus fotum, effluvia emit-
quæ, ſupra aquam emerſa, albicantis in-
ſtar

ſtar nubeculæ, ab uno latere lagenulæ ad alterum digrediuntur, atque tunc diſparent.

Experim. VI. *Vehementius & diutius circumagitata lagenula, ipſa aqua, & in hac phoſphorus, fiunt omnino lucida.*

Experim. VII. *Quodſi in ampulla, e firmiore vitro parata, & aqua ad dimidium repleta, ſuper prunis aliquot fruſtula caleſiunt, commoventurque inter ſeſe ac comminuſcentur, ipſa vero ampulla ſubito invertitur, ut aqua ad oppilatum orificium decidat, ecce fundus ſtellantis cœli faciem, interjectis hinc inde fulgurationibus & quaſi fulminibus, exhibebit ſpectaculo jucundiſſimo.*

Experim. VIII. *Oleo cariophyllorum ſolutus phoſphorus, & ſic in lagenula aliquandiu ſollicitæque incluſus, ſi forte ſubito aperietur, fulgur ejaculabit eximium.*

Experim. IX. *Attritu accenſus, illæſo calceorum corio, pedes aliquando uſtulat.*

* * *

Reſolutio I. *Radiantes lucis particulæ, ſubtracto aëre incumbente, citius a ſuperficie maſſæ phoſphoreſcentis aufugiunt, ac ab aliarum interius latentium ſufficienti copia*

exci-

excipiuntur. Ipſæ enim ſubſequentes, uti ex interioribus poris tardius emergunt; ita ſemel ad extrema delatæ, prius itidem ſingulatim evolant, quam in ſuperficie conjungi queant.

Reſolutio II. *Vere autem lucis materiam, ſive igniculos, a reliqua terreſtri & viſcoſa maſſa, majori copia recedere, evincit ipſa fruſti colliquatio, quæ nihil aliud, quam partium continentium, ab erumpentibus contentis commotio eſt atque collapſus.*

Reſol. Experim. III. & IV. *Imo quid aliud ſunt exhalationes illæ fulgurantes, quam fruſtuli, jam reſolvendi, leviores minutiæ, quæ, nunc tot turgent igniculis, ut ſub ipſum aſcenſum colliſæ accendantur, nunc in campanæ fornice collectæ tam diu quieſcunt, donec per intromiſſi aëris impulſum concitatis latentibus adhuc igniculis radiant. Horum vero in convexis vitri ita nitentium effluviorum pars ab eodem aëre per foramen antliæ tortuoſe & ſpiraliter irrumpente facile corripitur, & in tenuem luculam conflata hinc inde in tremulo aliquamdiu aëre, ceu ignis fatuus, motatur. Tandem cur ipſa quoque Phoſphori maſſa, inferius deliteſcens,*

T. VI. Obſ. CXXIX. & XXX. H ad

ad aëris reditum lucem pedetentim recuperet, ex Reſolut. I. *colligi poteſt. Auræ nimirum denſioris ambitu emergentes igniculi iterum in ſuperficie maſſæ paulo diutius continentur, ut tot alii ſubinde, quot ad excitandum lucis ſenſum requiruntur, ſuccedant & conjungantur, perinde ac in lampadis conſervatione, craſſiori quidem modo, evenit.*

Reſol.V. *Nec ex dictis jam cognitu difficile eſt Phænomenon V. Exhalationes enim, earumque fulgor, heic gradu ſaltim, & modo producendi, a prioribus differunt. Caloris quippe, aut circumactionis ope, particulæ Phoſphori exteriores ac ſubtiliores commoventur ac ſeparantur, tum aqua leviores aſcendunt, ſuper qua jam libere pallidum lumen, ab ætheris incluſi motu, exerunt, donec ab una vitri regione ad alteram alliſæ iterum dispereant, eo, quod materia ætherea ſeu lucida, niſu ſuo ruptis tenuibus halitibus, & aquæ ſubjectæ immerſis, in auras abit.*

Reſol. VI. *Sicuti autem major fit Phoſphori reſolutio, partiumque æthereaum concitatio per vitri ſuccusſionem & circumrotationem vehementiorem ac diuturniorem: ita diffuſior quoque fortiorque irradiatio ne*

&

per ipſam aquam circumvolutam accidit.

Reſol. VII. *Prunarum calori expoſitus concuſſusque phoſphorus non tam in vapores ente reſolvitur, quam dividitur. Subtilio-es igitur citiusque liquatæ portiunculæ um fundo vitri ſparſim adhærent, delapſa qua, inſtar aſterismorum lucent. Aliorum terea, majorum imprimis & compactio-um adhuc fruſtulorum igniculi, ab exterius ccedentibus magis jam concitati, quo plus iſcidioris materiæ ipſis reſiſtit, hoc majori ndem niſu, & uno quaſi impetu prorum-unt, craſſioribus quoque particulis quibus-am una exploſis, unde fulgurum fulminum-ue imago.*

Reſol. VIII. *Phænomeni penultimi cauſæ idem ſunt collecta circa vitri collum reſo-uti phoſphori effluvia, horumque igniculi, epente admiſſo aëris illapſu ad vehementio-em motum, & inde ortam eruptionem, com-ulſi.*

Reſol. ultima. *Attritu accenſus Phoſpho-us, quod pedem læſerit, illæſo calceo, ab hu-us minori reſiſtentia, poriſque laxioribus, & nis ipſius ſubtilitate ac celerrima penetra-ione, multum pendet, quamvis ſalia quoque*

magis ſibi accommodata idem ignis ex [...] & carne aſſumere, iisque ad vehementius [...] urendum cuſpidari apte atq; intendi p[...] Sicuti ad ipſam flammæ conceptionem [...] phorus noſter non in omnibus corp[...] æque facile affricando adigitur, ſed [...] demum, & ex quibus ſubito ſpicula ſ[...] poteſt, rebus allitus, promte accendi[...]

Conſectarium I. *Patet ex ha[...] tis primo: ignes fatuos nihil aliud e[...] naturales phoſphoros, ſeu pingues, [...] putrefactis ortæ, viſcoſæ exhalat[...] continendum ætherem ſeu ſubtiliſſ[...] culos aptiſſimæ, in aëre inferiore, [...] noctu, inprimis circa lacus, cloaca[...] craſſiore denſioreq; ſolum conſiſtentes [...] in eodem leniter flante fluctuantes, [...] a temere inſequentibus, aut vehe[...] voce diras ſuperſtitioſe imprecantib[...] nibus, una cum propulſo aëre, rece[...] guntur; ita a meticuloſis, vel profun[...] preces ſuſpiriis, cum aura quodam[...] trahuntur, vel fugiendo, ob ſuccede[...] terga aërem, tanquam perſequenti[...] propius admittuntur. Conf.* Experim[...] IV. Reſolutio.

Con[...]

Conſectarium II. *Tertium vero Phænomenon docet, ſubtiliores ejusmodi exhalationes, igniculis pluribus imprægnatas, etiam in aëre ſubtiliori, qualis eſt altior, facile motu aut attritu mutuo poſſe incendi & phantaſiæ quorundam, nunc ut dracones volantes, nunc ut capræ ſaltantes, nunc alia rurſus ſub forma apparere, aut ſi viſcida materia prævaleat ætheræ, ceu ſtellulas decidere.*

Conſect. III. *Porro ſicuti* Experim. VII. *vidimus calore artificialem Phoſphorum, ceu ſtellulas plurimas varie diſpergi; ita nec mirum, ſi in torrida Æthiopia campi, luculis erraticis mire diſtributis, ſtellis quaſi conſiti nocte videantur.*

Conſect. IV. *Idem* Experimentum *cum antecedenti V. Phænomenon præterito anno 17 Martii viſum, aliaque ſimilia, non parum declarat. Nam ubi calor remiſſior, & exhalationum reſolutio tardior, ibi arcus ille inſtar albicantis nubeculæ apparuit, ex quo hinc inde igniculi, magis concentrati ac concitati, una cum craſſiori, quam offenderunt, materia explodebantur, per modum pyrobolorum. Ubi vero nimium caloris a nubibus*

interdiu exceptum eſt, denſiſſimaque latitarunt effluvia, ibi hæc plane in fulmina degenerarunt.

Conſect. V. *Ex ultimo denique Experimento elucet, eundem interdum ignem, & lambentem, & urentem, ſimul eſſe poſſe, pro ratione ſcilicet texturæ corporum, nec non ſalium ſpiculorumque, quæ ex ipſis objectis ſæpe corripit, quibusque ad comburenda hæc rite demum attemperatur.*

Atque hæc quomodocunque indicaſſe ſufficiant. Plura addere, ſingulaque profundius rimari, limites Obſervationis haud patiuntur.

Obſer-

Obſervatio CXXX. (*)

M. GODOFREDI BALTH. SCHARFFII,

Eccleſiæ privilegiatæ Ducatus Svidnizenſis ad SS. Trinitatis Ædem Senioris,

de

vero Auctore Conſolationis Ciceronianae.

§. 1.

ILlorum ex Scriptoribus profanis & gentilibus, quorum opera ad noſtram usqve aetatem conſervata, multi ſunt & diſertiſſimi Auctores, qui omni ſtudio ac animi contentione *de Luctu minuendo* diſſeruerunt. Eminent autem, ac prae reliquis doctorum hominum manibus teruntur PLUTARCHI, CICERONIS, SENECÆ, & BOETHII *Conſolationes*; ad quorum mentem modumqve etiam ſe compoſuerunt, qui ex Chriſtianis idem argumentum, non tamen niſi ex

H 4 ſolis

(*) Siſtit hæc Obſervatio Specimen Curarum Juvenilium *meritiſſimi Dn. Senioris*, quibus jam olim, cum Vratislaviæ ſtudiis operam daret, indulſit.

ſolis humanae Sapientiae fontibus, deducere allaborarunt. Horum larga imprimis ſeges eſt; nominis tamen celebritate, & ſermonis etiam elegantia, doctrinaeqve ubertate reliquos magno intervallo poſt ſe relinqvunt: PETRARCHA, CARDANUS, LIPSIUS, GUTHERIUS. Neqve ego partam illis laudem invideo, aut imminuere auſim: elegantia, docta, ingenioſe excogitata ſunt plurima, & animum ſuaviter afficiunt; ſed valida ſatis dolori vel mediocriter leniendo remedia non afferre, nec aculeos in pectus ipſum infigere omnino fatendum eſt. CARDANUM quidem prae reliquis commendavit CONRINGIUS, at vero hic etiam NAVDAEUM puto audiendum eſſe, qui illum *in bonis optimum, in malis peſſimum* ſaepe una in eademqve pagina deprehendit. Plura in omnibus mihi videor jure quodam deſiderare poſſe, & haud diſſimilia jam olim in CICERONE, quem maxime alias in deliciis habebat, taxavit B. AUGUSTINUS in ſuarum Confeſſionum libro, atqve noſtrorum Patrum memoria obſervavit LUTHERUS. Faciat, quisquis velit, periculum, & attentius paulo Tullii legat Tuſculanas, quam ne ipſe ſibi perſvadeat, quod aliis tanto cum apparatu perſvadere contendit, haud difficili negotio perſpiciet. Nec meliora afferunt SENECA, quem LIPSIUS perperam cum Apoſtolis componit, & PLUTARCHUS, quem ſi arbitrium concederetur, unum ex omnibus, qui unquam vixere, ſcriptoribus ſo-

lum

ſibi retinendum cenſet VALLA. Imo vero
nqve cum doctrinae copia, exemplorumqve
gumentorum gravitate, tum verborum ele-
ſia etiam CICERO ſuperat. Is ipſe tamen
l minus, ſi pertinax animus & inveteratus
or ſit, operam omnem perdit, & aegre ani-
m, vel ad tempus modo, a moerore ac lachry-
revocare poteſt. Quae & ſimilia ſi in ex-
andis Auctoribus claſſicis ſtudioſius obſerva-
tur, & collata S. Codicis virtus & perfectio
n his gentilis Philoſophiae naevis & defecti-
accurate proponeretur, nae magnam noſtra
entus ex earum Lectione utilitatem caperet.

§. 2.

Quicquid ejus rei ſit; elegantiſſime expoſuit,
rudite digesſit ea omnia, quae illi, qui hanc
renam deſcenderunt, afferre ſolent, *Conſolati-*
, ſ. Libri de Luctu minuendo, qui nomen *M. T.*
ceronis mentitur, Auctor, quisquis ſit, vir certe
ctisſimus atqve diſertisſimus. Talem enim
ortebat eſſe, qui viris eruditis fucum facere, &
perſona Ciceronis orbem univerſum fallere
imprudens debebat. Operae itaqve preti-
erit, totius tam comiter effictae fabulae ſeri-
paulo altius repetere, & ſuccincte ediſſerere,
qve quid mihi poſt tot aliorum criticorum ju-
cia publice lata videatur, modeſte proloqui.

§. 3.

Equidem Tullium, cum Tulliae, filiae deſide-
ratiſſimae, in partu obitum A. U. C. 708. intole-

 ran-

rantius ferret, ut animum longo moerore depreſſum colligeret, & miſerias ſuas allevaret, commentationem *de Luctu minuendo* inſtituiſſe, ipſe paſſim, imprimis L. epiſt. ad Attic. ed. Waech. p. 99. L. 2. de Divin. & in Tuſcul. prodidit, idemqve PLINIUS, AUGUSTINUS, LACTANTIUS, atqve fragmenta ex illis opera C. SIGONII, & FR. PATRICII excerpta teſtantur. Conferri merentur SEB. CORRADUS in Quaeſtura Cic. p. 293. ſqq. BEN. HERBESTUS in vita Cic. p. 107. CHRISTOPH. PREUS Pannon. Hiſtoria, V. & Plut. Cic. p. 96. FR. FABRICIUS in Hiſt. Cic. ad Ann. 62. n. 18. p. ed. Helmſt. 329. & C. SAGITTARIUS in Hiſtoria vitae & mortis Tulliae Cic. F. Jen. 1679. ed. Cum vero fatorum temporumqve injuria multae praeſtantiſſimaeqve veterum lucubrationes perierint, adeo ut minor fortaſſe pars eorum, illaqve ſatis lacerata, manca & interpolata ad nos pervenerit: hanc etiam *Conſolationem* excuſſis fruſtra per Europam univerſam Bibliothecarum forulis inter deperditas a renaſcentis ante aliquot ſecula Eruditionis Statoribus Criticisqve diligentiſſimis numerari exiſtimatum eſt: Donec inopinato & per Italiam Galliamqve ſparſo rumore ſub exitum Sec. XVIti opus tot votis expetitum, & quod omnium oculis hactenus ſe ſubtraxiſſet, caſu quodam repertum diceretur. Omnes enim in hac commentatione nervos Oratorum Principem intendiſſe facili negotio conjicere poterant,

qui

argumenti præſtantiam expendebant, inqve ... ejus, quibus ne ipſe quidem illud diffite- ... accuratius inſtiebantur.

§. 4.

... compotes itaqve voti ſui videbantur Critici, ... e ſua, quam conceperant longe ampliſſimam, ... mphare, cum ſine conſule & praefatione Ve- ... lis primum typis exſcripta ſub initium Anni ... (*) in forma 8. paginarum in lucem pro- ... et. Quod ideo feciſſe ſe editor FRANC. ... NELLUS in Epiſt. ad Sigonium p. 143. ait: *... unicuiqve liberum judicium relinqueretur cen- ... ſendi de eo, quicquid viſum fuiſſet.* Ingenti ... tim applauſu, ut ſolent eſſe homines rerum no- ... rum cupidi, libellus paſſim a Viris doctiſſimis ... ſpiebatur, qui de tanto theſauro, quem poſtea ... res tamen non niſi carbones eſſe mente ani- ... qve praeceperunt, ſibi impenſius gratulaban- tur,

(*) Sunt qui 1581. ed. ſcribunt, quam vero ed. non vidi; illudqve vix Epiſtolae *Riccoboni*, *Vianelli*, & *Sigonii*, itemqve typographi conceduht, quae *modo* & *nuper* editam di- cunt: Scriptae vero Anno 1583. ſunt. Non tamen diſſimulo, Janum Gvilielmum obi- iſſe 1580. vid. HANCKIUM de Script. Rom. P. I. c. 69. p. 244. qui vero ſuam aſſertio- nem poſt Riccoboni demum cenſuram ſcripſit, quae conciliare nequeo, niſi ali- quot annis citius prodiiſſe ſtatuam.

tur, & libro, quo tam aegre caruerant, noviter reperto, in ſinu gaudebant. Teſtantur illud Epiſtolae Virorum Clarisſimorum, in quibus ejus mentio fit, neqve disſimulare poteſt in limine judicii ſui RICCOBONUS p. 116. probatque SIGONIUS Apol. p. 144. & JAN. GVILIELMUS l. mox laudando p. 8. Ut de repetitis crebro editionibus nihil dicam. Plena curioſis ingeniis Gallia avide imprimis expectabat, adeo ut circa medium anni citati Pariſiis per CLAUD. MINOEM (de quo v. KöNIG. in Bibl. V. & N. f. 541. & J. de la CAILLE, Hiſtoire de L'Imprimerie L. 2. p. 171.) repetitis typis publicaretur, qui ex ejus Lectione incredibili perfuſus gaudio notis quibusdam inſtruere ſe velle in Dedic. ad Jac. Fajum Speſaeum indicat, & dubius quidem haerere videtur; ita tamen ut in partem illorum, qui genuinum Patris foetum, cujus nomen gerit, pronunciant, valde propendeat. Neqve hoc tanto bono ſoli Itali Gallique frui volebant, ideoqve, ne turpis avaritiae notam incurrerent, cum Germanis etiam communicabant, qui licet mendoſe ſatis, properans enim canis coecos parit catulos, Argentinae ſub finem anni dicti praelo ſubjecerunt in 8. Cum vero illo etiam tempore Germania Eruditorum Virorum copia abundaret, ut in plurium manus pervenire poſſet altera eaqve accuratior & multo nitidior curata eſt editio apud Haeredes ANDR. WECHELII, Typographos nobilisſimos Franco-

furti

nti 1584. in 8. Quae editio non modo ob chartae typorumqve munditiem, ſed maxime tum ob addita fragmenta, eorumqve duplicem expoſitionem, RICCOBONI judicium, & SIGONII Orationes Apologeticas aliaqve plura, quae alibi fruſtra quaeſiveris, reliquis palmam praeripit. Ut hoc obiter addam: Anno ſequenti Erphordiae etiam recuſa eſt, ſed ſola absqve his appendicibus, & multis mendis deformata. Alteras editiones lubens praetereo, utpote non niſi ex recenſitis enatas.

§. 5.

Illa Libri ſunt hujus quaſi *incunabula*, nunc quae ſucceſſu temporis expertus ſit *fata*, videamus. Editorem, qui obſtetricias manus commodavit, prece an pretio ad id conductum? diximus FRANC. VIANELLUM, qui qualis quantusqve ſit, me invenire nondum potuiſſe fateor. Sunt qui Collegio Veneto Decemvirum ab Epiſtolis fuiſſe referunt; *ignobilem librarium* acerrimus Criticus JAN. GVILIELMUS vocat in adſert. c. hunc L. p. 115. Venetum omnino fuiſſe literae ejus a Sigonio productae confirmant. CL. FABRICIUS in Biblioth. Lat. p. 15. & KÖNIGIUS f. 842. aliiqve falſo CAROLUM appellant, ipſumqve totius fabulae architectum & auctorem exiſtimant. Siquidem de eo ſecundum lis omnis confecta eſt, cuinam partus hic tribui debeat; licet Ciceroni omnium minime aſſeri debere certum exploratumqve ſit.

§. 6.

§. 6.

Enimvero ipſi Ciceroni abjudicarunt ab initio ſtatim non obaeſae naris Critici. Primus, qui fucum ſubeſſe publice prodidit, ANTONIUS eſt RICCOBONUS, Orator & Profeſſor Patavinus multo doctisſimus, & ex aemulatione gloriae Sigonio iniquior, qui in edito ad Mercurialem judicio p. 116. „*tantum abeſt*, inquit, *ut exiſtimem* „*eam Ciceronis eſſe, ut nec Ciceroni quidem congru-* „*enter, tum rerum tum verborum habita ratione* „*effictam arbitrer.* (*) Vix autem ediderat hoc judicium, cum acriter ipſi ſe opponeret Vir omnis antiquitatis peritisſimus, auctoritatis tum temporis inter eruditos ſummae, lectionis plane diffuſisſimae, & latini ſermonis ſtudioſisſimus C. SIGONIUS, qui duabus Orationibus Libri hujus auctoritatem aſſerere anniſus eſt, in quarum priori argumenta congerit, quibus Tullio vindicat; in altera vero objectiones adverſariorum omni induſtria diluere conatur. FABRICIUS tribus id factum eſſe dicit, ſed nunquam tertiam videre contigit, etſi ſtudioſe in illam inquiſiverim. Tam feliciter autem Sigonius in hanc arenam conſcendit, ut Riccobonum in plurimis maſcule retuderit, quod nec GVILIELMUS p. 93. &

(*) Riccobonus tamen antea auditoribus commendaverat publice, & in impetrandis, ut divulgaretur, privilegiis fidelem operam praeſtiterat. *vid. Judic. Riccob. p. 116*

io2. diffitetur. Cum vero inſolens adeo Sigonio haud fuerit partam multis lucubrationibus gloriam alteri alicui concedere, quemadmodum *Libro de Senatu Rom.* factum eſſe novimus, id. THUANUS L. de vita ſua f. 10. vel quod gloriae ſtudium vinceret amor amicorum, vel potius, quod, cum inter inſidias lateret, tutius aliorum ſententias poſſet expiſcari: qui ſtrenuus ejus defenſor eſſe malebat, paſſim totius hiſtoriae primus verusqve Auctor audiebat. Equidem ab impacto hoc crimine purgare ſe videtur in Epiſt. ad Vianellum p. 144. his praecipue verbis: *Eleganter admodum feceris, ſi totam hujuſce rei hiſtoriam comiter hominibus expoſueris*, conf. Orat. 2. p. 184. Neque a Riccobono, quod aſſerunt, qui ipſum non inſpexerunt, res eo modo in diſceptationem adducta eſt, ut ſuppoſiti a Sigonio libri maculam ipſi affricaret; cui ſufficit tum a rebus, quas Cicero in ſua conſolatione ſe tractaſſe ait, hic non comparentibus, & quas minus apte inſeruiſſe Auctor libelli videtur, tum a verbis Phraſibusqve, Cicerone & aetate Ciceronis minus dignis, argumenta depromere, quibus germanum Tullii opus hoc non eſſe demonſtret. Quamobrem auxiliares quaſi copias inſtruxit, pugnamqve reſtauravit JANUS GVILIELMUS, Lubecenſis, Vir elegantis ingenii, Criticus plenus & terſiſſimae latinitatis, qui ſcripta ad PETR. DELBRENIUM aſſertione adverſus SIGONIUM *genuinam M. Tullii, aut ſatis di-*

dignam M. Tullio eam, quae illius nomine venditur, conſolationem, eaqve Lutetiae 1594. edita in 8. fortiſſime eam impugnavit, primusqve vel Sigonium Auctorem eſſe, vel auctorem adjuvaſſe editoremq; copiis ſuis inſtruxiſſe publice & data opera affirmavit, p. 113. & 117. Tanta cum laude totam iſte litem diremit, ut LIPSIO, qui etiam contra Sigonium decertavit, hoc in argumento palmam praeripuerit, nec vel Sigonium ipſum aliquid repoſuiſſe, vel Sigonii cauſam quenquam tuendam ſuſcepiſſe recorder. Imo potius me non fugit, extare, qui illum prae moerore ob detectam fraudem obiiſſe referunt; etſi idoneis teſtibus illud probari ſatis nequeat.

§. 7.

Jam ultro conſtare puto, quae, ſi eam quaeras, nobis ſit ſententia. Clarius tamen mentem meam ediſſeram. *Ciceronis ſcilicet nullo modo videri*, ut fuſiſſime doctiſſimeqve a Viris ſummis demonſtratum eſt. Improba ſubjectione jam olim CORNIFICII opus ad Herennium Tullio (v. ANGEL. DECEMBRIUM in raro Politiae Litt. opere L. 1. P. 10. p. 62.) & ignavi declamatoris *Oratio contra Saluſtium* Divino Oratori tributa eſt. Nec minor nequitia, cujuscunqve fuerit, circa hunc partum ſuppoſitum elucet, ſi eo quidem animo conceptus eſt. Ut alia omittam, formulae ex noſtris ſacris petitae, ipſi verborum ambitus, expreſſa imitationis vis, receptae Lectionis in inſerendis fragmentis veſtigia, & varia ſermonis

dehoneſtamenta eam manifeſte loqvuntur. ..q; RICCOBONUS & GVILIELMUS tantum, ..cuncta accuratius, ut in omnia inquirerent, ..dvebant, fraudem ſubeſſe intellexerunt. HOF-..ANNUS etiam JCtus furtum deprehendit, ..m forte in illum incideret, & obiter quaſi tan-..et teſte MORHOFIO, P. 1. Polyh. L. 1. c. 9. p. .. Quod ſi vero ex me ſcire velis, verene an ..fidentius paulo tribui Sigonio ſoleat? poſteri-..affirmare non dubito. Omnes ſane ab illo tem-..ore Critici, qui quaſi uno ore Sigonium ſceleris ..oſtulant, ſuſpicionibus nituntur, rationes ſoli-..s in medium nullas adferunt. Ipſe GVILIEL-..US in hac ſententia valde inconſtans eſt; & ..uaeſo te, quis ita argumentari velit: *Hic vel il-..tuetur ac defendit Curtii aut Livii ἀυθεντίαν ..ntra Harduinum, ergo ejus Libri Auctor eſt.* Po-..it Sigonius, etſi Vir doctiſſimus, falli, ut aliis, ..hac ſimiliqve paſſu ſaepe contigit, quem dein-..erat enim propoſitae ſententiae tenax) *puduit ..rum fateri*, quod non obſcure alicubi prodit .. „*Acceſſerunt amicorum adhortationes, ut ..atrocinium* (verba ipſius repeto ex ded. p. 6.) *..labantis cauſae ſuſciperet*; quae, dum aliquo ..ud ſe loco eſſe permittebat, facile ipſum com-..overunt, ut conquiſitis cum pulviſculo unde-..nqve rationibus pro *Conſolatione* hac dimica-... Studioſe enim, haud tamen ſerio & ex ani-..o, per utramqve orationem diſceptare videtur, ..uod aliquoties Gvilielmus etiam obſervavit. ..

Addo nec in compoſitione verborum, nec in numero periodorum ſtylum Sigonii hunc ipſum libellum repraeſentare, ut eos negligentes Sigonii opera legiſſe contendam, qui magnam ſimilitudinem utriusqve crepant. Quod ſi conjecturis indulgere liceat, ego ſcriptum hoc Sigonii temporibus paulo antiquius dixero, & a Viro quodam fortaſſis ſub finem Seculi XV. inter primos literarum reſtauratores, Ciceronis valde ſtudioſo, animi ſtyliqve exercendi cauſa conſcriptum dixerim; utpote quo mos nimis ſervilis Ciceronem ſolum imitandi, qui hic paſſim elucet, vigebat, & doctiſſimis etiam hominibus ſermo adhuc lutulentus fluere deprehendebatur. Majori etiam circumſpectione in fragmentis innectendis & dictione genioqve Auctoris exprimendo uſus eſſet, qui orbem obtruſa mentita hac prole fallere apud animum conſtituiſſet. Adeoqve primis editoribus & defenſoribus neſcientibus fucum eſſe factum, non autem illos data opera fefelliſſe exiſtimaverim. Qui VIANELLO tribuunt, illi manus, ut ita dicam, obſtetricius cum utero materno confundere mihi videntur.

§. 8.

Quamvis tandem dubius obſcurusqve verus *Conſolationis Ciceronianae* Auctor maneat, totaqve res variarum ſuſpicionum nube involvatur, virum tamen ſapientiae veterum peritiſſimum, ingenio praeſtantem, & ſedulum Ciceronis imitatorem eſſe cenſeo, qua laude minus ſincero animo ipſum de-

defraudare conantur, qui impugnandi eum ſibi munus ſumpſerunt. Eleganter enim & maximam partem latino atqve ad Ciceronis imitationem adſtricto ſermone gentilem animum ſimulans omnia & ſingula, quae rationi obvia ſunt, ad demulcendum animum argumenta ediſſerit, idoneisqve, etſi non illis, quae Cicero ſe adhibuiſſe refert, exemplis atqve ſententiis veterum ſcriptorum illuſtrat; ut omnino, ſi nomen ſuum indicaſſet, magnam Auctori famam conciliare potuiſſet. Nimis autem acerba judicia Virorum, ſtudio diſceptandi cauſam ſuam abreptorum, fere manibus ſtudioſorum excuſſerunt commentationem, quae non ſine fructu & delectatione legi poſſet. Quam in rem verbis JOH. AURATI, Poëtae Pariſini, ſuo tempore celeberrimi, totam hanc diſſertationem obſignabo:

Sit, quem quisq; volet, magni Ciceronis imago,
Nec Cicero, vivo nec Cicerone fuit.
Quisquis at ille fuit, belle declamat & apte,
De miſeris hominum caſibus atq; malis:
Qualis & eſt Senecae, quae controverſia fertur,
Nomine quamqve pari Quintilianus habet.
Tu tamen hinc gratos, Lector bone, collige fructus,
Quid ſit homo ſpeculo dum docet ille ſuo.
Quid refert vetus an nova ſit medicina ſalubris,
Æger ab hac medica dum relevetur ope?

Obſervatio CXXXI.

M. JOH. CHRIST. KOCH,

De

Uſu Crucis apud Gentiles.

§. I.

CRucis venerabilis ſignum jam ante Meſſiæ adventum inter Judæos non adeo peregrinum fuiſſe, plurimi eruditorum ex loco Ezech. IX. 4. (a) & Jacobi benedictione, nepo-

(a) Obſervarunt tamen Philologi ac Theologi accuratiores, literam ה neqve Crucis figuram habuiſſe, neqve ſignum frontibus Iſraëlitarum inſcribendum ה fuiſſ, evid. B. DANNH. *Disquiſ. Sacr. Diſſ. VIII. p. 32. ſq.* DN. D. CHRIST. HENR. RITMEIER *Diſſert. pecul. in h. l.* Helmſt. 1711. CAMPEG. VITRINGA *Obſerv.* S. L. II. cap. IX. Sed licet BARONIO, BERNH. de MONTFAVCON Palæogr. Græc. L. II. cap. 3. RICHARD. SIMONIo Hiſt. Critic. Vet. Teſt.

nepotibus, *manibus in formam Crucis expanſis*, impertita, aliisve circumſtantiis (b) conjiciunt. Idem Chriſtianis Eccleſiæ primitivæ in magno fuiſſe pretio extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, vid. GRETSERVM & LIPSIVM de *cruce*, & quæ ex hiſce Autoribus attulit MATTH. ZIMMERM. *Diſſert. Hiſt. Theol. ad Tertull. Fiunt, non naſcuntur Chriſtiani* §. CCXV. p. m. 409. An autem *in cimmeriis Ethniciſmi tenebris ſigni hujus ſalutaris uſus obtinuerit, ita quidem, ut Chriſtus crucifixus eodem obcœcatis iſtis hominibus oblatus & præfiguratus fuerit?* eſt quod pernegamus. Liceat hæcce paulo uberius perſequi, & VSVM CRVCIS INTER ETHNICOS, cum ſententia quorundam affirmativa commemo-

Teſt. L. I. cap. XIII. p. 82. 83. contrariam largiamur ſententiam; non tamen video, quid Pontificiorum idololatrico Crucis cultui exinde præſidii accedere poſſit?

(b) e. g. Facibus noviluniorum crucis in modum vibratis; uva Cananæa ad formam literæ X, portata; figura crucis, quam exhibebat agnus Paſchalis, cum ad ignem aſſaretur; lectis Judæorum in forma crucis texi ſolitis, &c. vid. DASSOVII *Diſſert. de ſignis crucis Ebraæ gentis*, Witeberg. 1695. & confer DN. D. DEYLING. *Obſerv. Sacr.* P. I. p. 104. ſeq.

morare, noſtræ vero negativæ rationes ſub-ſtere.

§. II.

Ægyptios figuram crucis longe ante mor-tem *Salvatoris noſtri* acerbiſſimam, ceu Talis-ma adhibuiſſe, Philologi ex monumentis earum antiquisſimis probant, &, ſi CLAVDIVM MOLINETVM, Virum Sacrarum profanarum-qve Antiquitatum peritiſſimum, in Diſſert. Hi-ſtorica, Ephemeridibus Pariſienſibus Anni M DC LXXXI. p. 130. inſerta, audiamus, ab exitu Iſraëlitarum uſus ejusdem repetendus fue-rit. Cum enim idololatrici hi populi depre-henderent, nullum primogenitum in ædibus Iſraëlitarum, qui(ex Rabbinorum fabulis) po-ſtes ſuos litera T. ſignarant, percuſſum fuiſſe, in eam demum opinionem dilabebantur, ali-*quicquam ſub ſigno T. latere*, eoqve antidoti inſtar adverſus qvælibet infauſta utebantur; Haud forte ingratum erit, præcipua Molinetti verba legiſſe. Ita vero ille: „On trouve que les E-„gyptiens long-temps avant la mort du Sau-„veur du monde par la quelle la Croix a eſté „ſanctifiée luy avoient donné place dans leurs „Temples, & l'attribuoient pour Symbole à „leurs principales divinitez-particulierement „depuis qu' ils eurent veu devant leurs yeux, „que ce ſigne ſacré mis en forme de la lettre „T. ſur la porte des maiſons des Iſraëlites avoit „preſervé ces enfans Hebreux du malheur

dans

„dans lequel tous leurs aisnez furent enve-
„loppez &c.

§. III.

Oſiridi & Iſidi imprimis crucis figuram ſacram fuiſſe, JOH. SCHVLZIVS in *Flor. Sparſione ad loca quædam in re literaria controverſa* Anno 1707. edita p. 63. ſq. obſervavit, ejusque cauſas paganis arcanas fuiſſe cum PIGNORIO atque MICH. NEANDRO ſtatuit, opinionem Ethnicorum exinde manaſſe conjiciens, Chriſto noſtro cum Serapide quidpiam commune fuiſſe. Idem JOH. BRAVNIVS in *Selectis Sacris* p. 390. & PHILIPPVS BONANNI *in Annot. ad Muſæum Kircherianum*, ex Iconibus Iſidis & Oſiridis crucibus anſatis ſuperbientibus demonſtrarunt. Ante hos omnes SOCRATES *Hiſt. Eccleſ.* L. V. c. XVII. p. m. 314. hunc in modum ſcripſit: *In delubro Serapidis jam diruto, & fundamentis convulſo, literæ repertæ fuerunt lapidibus inciſæ, quas Hieroglyphicas appellant. Erant formæ inſculptæ, quæ crucis habebant effigiem, quas & Chriſtiani & gentiles oculis intuentes, utrique eas ad ſuam ipſorum religionem accommodarunt. Nam Chriſtiani crucem ſalutaris Chriſti paſſionis ſignum eſſe dixerunt, propriamque ſuæ religionis notam cenſuerunt; gentiles aliquid in ea commune eſſe Chriſto & Serapidi affirmarunt.*

§. IV.

In Egyptiorum Sacris pariter cruces obſervavit OLAVS RVDBECKIVS, addit vero ſimiles

figuras in tympanis Lapporum magicis, nec non in Cippis Runicis, & urnis in Lapponia effoſſis deprehendi. Exinde argumentum noſtra opinione non adeo firmum deducit, *Iſidis patriam Lapponiam fuiſſe*, qua relicta ſeſe per Græciam, Scythiam, Aſiam, Phœniciam in Egyptum recepérit, ibiqve cum tabula vel menſa ſua ſedem immotam fixerit, vid. ejusd. *Atlantic.* P. II. cap. CXI. p. 539. ſqq. Menſam Iſiacam variis crucibus conſpicuam PIGNORIVS (c) peculiari Commentario expoſuit, & Siſtri etiam ab Iſide inventi, atqve in ejus ſacris creberrime adhibiti, mentionem injecit, de quo crepitaculo æreo notatu digna me legiſſe memini in *Actis Erudit. Lipſ.* 1688. p. 560. ſeqq. Cæterum Lapporum tympana magica curioſe & accuratiſſime deſcripſit JOH. SCHEFFERVS cap. XI. p. 137. ſqq. mira de incantatione miſerorum populorum & *pila* inprimis *magica* p. 135. 166. referens. Ejusmodi pilam WENCESLAVS REINERSBERG, monachus Auguſtanus, Alchymiſta inſignis, posſidebat.

(c) LAVRENTII PIGNORII *menſa Iſiaca ſ. Charactéres Ægyptii, eorumq; explicatio*, tribus vicibus impreſſa fuit, Venetii ſcil. Francofurti, & An. 1670. Amſtelodami, vid. Celeberrimi DN. HEVMANNI *Acta Philoſoph.* P. VIII. p. 192. ſq. ubi diverſorum de menſa Iſiaca Auctorum ſententiæ afferuntur.

„. De eo enim JAC. TOLLIVS Epiſt. Itiner. V. p. 111. ſequentia memoriæ prodidit : „ Erat „ei pila, magica, ut ipſi putabant, arte adornata, „quæ ſtatim, ubicunqve aurum argentumve eſſet „occultatum indicaret. Cæſarem igitur expe„riri voluiſſe, ſit penes auctores fides! & apud „favoritas in horto ſuo per unum e ſuis arbori „inſeri aureum curaſſe nummum, deinde accer„ſito Wenceslao, deqve ea pila, de qua inaudiſſe „ſe dixerat, interrogato, mandaſſe, ut auditæ rei „daret experimentum: illum continuo depoſuiſ„ſe pilam, eamqve ſuapte ad arborem, cui concre„ditus nummus fuerat, perrexiſſe. Speramus digresſionem hanc Lectoribus non ingratam fore. Nunc ad orbitam!

§. V.

In nummis Conſularibus Bruti, Auguſti, alio-rumqve trophæa crucis formam ſiſtentia animadvertit celeberrimus VAILLANT *Tabul.* LXXIX. n. 22. 23. Ex iisdem PAMELIVS in *Annotat. ad Tertulliani Apologet.* Cap. XVI. p. 198. probare conatur, jam ante Conſtantini M. tempora ſigna militaria formam quandam crucis habuiſſe. De Conſtantini M. Labaro, ejusqve monetis eodem ſignatis, præter ea quæ T. III. *Obſervationum Miſcellanearum* p. 645. ſqq. attulit, vid. Epiſtolam P. de GRAINVILLE, ſur l'uſage qu'on peut faire des medailles par raport à la Religion, quam è Diario Trevoltienſi Collectores Ephemeridum Pariſienſium Anno

MDCCXVI. menſ. Maj. p. 565. ſqq. communicarunt. Quando vero Autor quidam Anonymus, qui An. MDCC. *die raiſonirende Welt über den Staat Europæ* publici juris fecit, p. 28. nobis perſvadere annifus eſt, monogramma Chriſti, in Labaro Conſtantini M. conſpicuum, centum ante Imperatoris hujus nativitatem annos in numiſmatibus Cæſarum ethniciſmi tenebris immerſis conſpicuum fuiſſe, TRISTANI fidem interpellans, album iſti calculum adjicere non poſſumus, cum primis cum Triſtanus id non probet, & Autores alii fide digni ea de re ſileant. Licet enim demus, nummos Imperatorum interdum crucis figuras, vel trophæa ad crucis figuram accedentia exhibuiſſe, Conſtantini tamen monogramma, quod nihil aliud quam ipſum Chriſti Sanctiſſimum nomen, nunquam pecuniæ ſignatæ impreſſerunt, quanquam iſtud forte affirmet TRISTANVS. Edidit autem *Triſtanus* opus ſatis ſplendidum, cujus rubrum dabimus: *Commentaires hiſtoriques contenans l'hiſtoire generale des Empereurs, Imperatrices, Ceſars, & Tyrans, de l'Empire Romain, illuſtrée, enrichie & augmentée par les inſcriptions & Enigmes de treize à quatorzecens medailles tant Grecques que Latines & autres tres rares & tres riches monuments de l'antiquité expliquez; le tout diviſe en trois Tomes.* T. I. 1635. T. II. 1644. T. III. 1657. fol. prodiit. De hoc aliisqve ejus operibus vid. PHILIPP. LABBEVM, P. I. Biblioth. Nummariæ p. m. 445. ſq. &

ſq. & JOH. HALLERVORDUM *Biblioth. Curioſ.* p. 205. ſq.

§. VI.

Inter alias imagines, in cornu Tunderenſi notatu digniores, cruces etiam occurrunt, vid. ARNKIEL *Tract. von güldenen Horn*, cap. II. p. 5. Auctor laudatus P. III. *der ausführlichen Eröfnung*, ubi de ſepulchris ſepeliendiqve Cimbrorum ritibus fuſius egit L. IV. cap. XI. §. 6. p. 367. monumenti gentilis duplici cruce inſigniti meminit, & ex *Olai magni* Hiſtoria Septentrionis notat, ſignum crucis in iſtis Regionibus ante, Eccleſia Chriſtiana quam plantaretur, non adeo infrequens fuiſſe. Præterea & urnas hujus generis figuris exornatas Antiquitatum ſcrutatores collegerunt, quas inter eminet, cujus JOH. MORTONVS in Hiſtoria Naturali Comitatus Northamtonienſis mentionem fecit; deprehendebatur enim in ea crucis forma ruditer picta. Vir doctiſſimus exinde ad combuſtionem Chriſtianorum recens converſorum argumentatur, ſed minus recte, cum cruces pariter in gentilium urnis interdum occurrant, eorum in primis, qui ſtatim poſt Apoſtolorum obitum à fide Chriſtiana defecerunt, ad priſtinosqve errores infauſta cataſtrophe redierunt. De Mortoni Libro elegantiſſimo vid. *Act. Erudit. Lipſ.* MDCCXIII. p. 435. ſqq. *Journ. des Scavans* M DCC XV. P. II. p. 62. ſqq.

§. VII.

§. VII.

Omnium fere gentium inter orandum hunc habitum fuiſſe morem, ut manibus in cœlum ſublatis ac protenſis figuram crucis exprimerent Clar. DAN. GVIL. MOLLERVS Diſſert. de *manuloquio* §. XVI. monuit, ad PHILIPPI CAROLI *Antiquitates Romanas* provocans, inſimulque exiſtimans, naturali quadam inclinatione precantes ad hunc geſtum propendere divino conſilio agente, ut quædam crucis Chriſti præſignatio eſſet apud gentes. De geſtibus Orantium plura congeſſerunt BROVERIVS cap. XXI de *Populorum veterum ac recentiorum Adorationibus*, SARTORIVS, HILDEBRANDVS, aliique T. III. Obſervationum mearum p. 871. haud ita pridem allegati. Haud ægre tuliſſe doctiſſimum MOLLERVM exiſtimo, quod l. c. a ſententia ipſius ſeceſſerim; urgeo enim adhuc ſilentium Patrum aliorumque Virorum Sanctorum, penes quos cura & ſtudium Eccleſiam inter Ethnicos plantandi fuit. *Inquis*: at ſæpiſſime Patres de effigie crucis in multis paganorum rebus a ſe obſervata diſſeruerunt; *Reſpondeo*, nunquam diſerte affirmarunt, quod pagani tropæa adorantes ſignum crucis attenderint, vel iſtud pro ſalutis ſigno habuerint, vel, quod inter orandum crucem Salvatoris præfiguraverint, quod utique feciſſent, ſi de rei veritate ipſis conſtitiſſet. Neque Prophetiæ de Chriſto ſive explicitæ ſive implicitæ inter Ethnicos viguerunt, quemadmodum Viri

p. 738. notitiam hujus rei ad poſteros derivavit, ita enim diſſeruit: *Eo anno, quo primum menſe Novembri edita ſunt Reverendi Viri D. Lutheri propoſitiones de indulgentiis, cum ex templo Wimariæ in natali Chriſti duo fratres & filius, Dux Johannes Fridericus una poſt mediam noctem, ut magna in utroque erat reverentia erga res divinas, egrediuntur cum frequenti comitatu, vident ſupra arcem, cælo ſereno fulgentem crucem purpuream, ſatis magnam & perſpicue expreſſa figura. Ibi cum diu ſtarent attoniti ſpectatores, fratres colloqui de religione ceperunt, & eo ſigno portendi futura certamina de doctrina, & domus Saxonicæ pericula vaticinati ſunt.* Mentionem portenti hujus injecit TENZELIUS in *Dial. menſtruis* a. 1697. p. 921. & *im Hiſtoriſchen Bericht vom Anfang und erſten Fortgang der Reformation Lutheri*, haud ita pridem a Summe-Rever. SAL. ERNESTO CYPRIANO edito cap. IV. p. 257. ut & Celeberrimus DN. D. FABRICIVS *Biblioth. Græc.* Vol. VI. p. 26. qui vero in eam proclivis eſt ſententiam, *hanc crucem Principibus glorioſæ memoriæ nocte viſam, non aliam fuiſſe, quam qualis in halonibus lunaribus offerre ſe ſolet.* Sed ponamus Virum doctiſſimum rem acu tetigiſſe, exinde tamen non ſequitur, Deum, cui univerſa rerum natura paret, eadem Principibus aliisve non prænuncium concionis de Chriſto crucifixo & juſtificatione per ſolam fidem obtinenda dediſſe. Meditationes has *de Crucis Uſu apud Gentiles* ipſo

Mauritius eos ſigno crucis in fronte notatos animadvertens, attonitus ſciſcitatus eſt, *quam ob cauſam, quæ non colerent ſigna, circumferrent?* Tum reſpondebant: Perſidem nuper gravi peſtilentia laboraſſe, unde ſe tali ſtigmate præmunirint. Vide ERHARDI SPITZ *Diſſert. de ſtigmatib. p.* 11. ſeq. Sed hos a ſuperſtitioſo quodam Chriſtiano edoctos fuiſſe admodum probabile eſt. Hi enim ſalutari hoc ſigno turpiter abuſi, peſtem etiam eodem profligare conati ſunt. Quin imo modernos Pontificios huic ſuperſtitioni indulgere ex formula precum anno 1713. in Auſtria impreſſa, & Amuleto, in Concilio Tridentino a præcipuis Epiſcopis adhibito, tum vero iterum commendato pateſcit. Vid. *die unſchuld. Nachrichten* de anno MDCCXIII. p. 1025. ſqq. En fructus idololatricæ ac ſuperſtitioſæ venerationis crucis, cujus ortum, progreſſum & effectum nervoſe & accuratisſime Summe-Rever. atque Magnificus DN. D. V. E. LOESCHERUS in concione funebri, Dreſdæ, anno MDCCXII. in honorem Neefiæ habita, p. 12. oſtendit.

§. IX.

Quod in regni Chilenſis exiguo flumine, Maragvete ab incolis dicto, prope oppidum Ambateguelea, *lapides crucibus ſignati* inveniantur, quorum figura quidem irregularis, ſed ubi cum viſitur ovalis, notatu dignum judicant Dni. Actorum Eruditorum Collectores, anno MDCCXV. p. 285. Verum, naturæ luſui, non hominum

opera

ERASMVS, inſtauratæ eloquentiæ dux auctorque, notari debeat. Hujus enim libellus *de copia verborum* certis de cauſis JOACHIMO CAMERARIO ad 1. Tuſcul. & STVRMIO in Exercitationibus Rhetoricis non eſt probatus, cum quod ab arte imitandi Ciceroniana alienior, tum quod in ſola copia acquieviſſe videatur.

§. 3. Ergo copia imprimis ex CICERONE eſt comparanda, propterea quod is ſolus inter Latinos *Orator perfectus* evaſit, & *imitatione* Oratoris perfecti DEMOSTHENIS hanc laudem eſt conſecutus: inde verba & formulæ, & ſi verba apud eum non extant, compoſitionis lineamenta ductusque ſumantur; ita tamen, ut verba ſeligantur, quæ Ciceronianæ ſcribendi rationi reſpondeant, aut in comparatione Antiquitatis habeant fundamentum, quam in rem legi poſſunt STVRMIVS de *amiſſa dicendi ratione*, & CAMERARIVS de *imitatione*.

§. 4. Nemo adeo vel ante vel poſt Ciceronem in univerſum imitandi regula eſſe debet; ſiquidem dicendi virtutes univerſe contineat Cicero, nec LIVIUS, nec quiſquam alius in omni dicendi genere emineat, ſed iſte in eo tantum, quod Hiſtoricum appellatur, & quidem charactere & amplo & gravi, ſed uno ſolum dicendi genere expreſſo; hinc in charactere Epiſtolarum familiarium ſtylus Livii non facile poteſt adhiberi.

§. 5. Vnde multum intereſt inter *diſertum*,

 qualis

venerationi major autoritas accreſceret, qua de cauſa a CL. CHRISTIANO FLEMIGIO §. XIII. Diſſert. *de Sudore Imaginum tam gentilium quam Pontificiorum*, inconſtans nobilisque Vertumnus, *injuſtus* quoque *Juſtus* vocatus eſt.

§. XI.

Famoſus ille GVILIELMUS POSTELLUS de orbis terræ concordia Lib. I. p. 87. citante Mr. THEMISSEUL *Memoir de Litterature* Tom. I. p. 35. poſtquam mortem & reſurrectionem Salvatoris noſtri ex Apocryphorum Autorum ſuffragiis & ipſis Abgari ad Chriſtum datum literis ſuppoſititiis probaverat, crucem in Ægyptiorum notis Hieroglyphicis conſpicuam ſymbolum vitæ æternæ eſſe aſſeruit. *La croix, qu' on voyoit dans les notes Hieroglyphiques des Egyptiens, étoit un ſymbole de la vie eternelle*, ita THEMISSEUL l. c. mentem ejus exprimit. Inter recentiores ſententiæ huic favere videtur PHILIPPUS BONANNI in Muſeo Kircheriano, quod deſcripſit, iconibus illuſtravit, ac anno 1709. fol. edidit p. 140.

§. XII.

Firmiori fundamento nituntur contrarium propugnantes, quos inter ISAACUS CASAUBONUS, Criticorum facile princeps, eminet; Hic enim ad omnia Baronii argumenta egregie & ſolide, loco jam citato, reſpondit. Ante Caſaubonum jamdudum erroneam iſtam opinionem deſtruxit SOCRATES Hiſt. Eccl. L. V. c. XVII.

XVII. p. m. 315. Ex recentiorum numero
H. PRETTENIUM *de Notis ſeu Siglis Antiq.*
51. ſeq. & Summe-Reverendum DN. D. DEY-
NGIUM ſiſtimus, qui P. I. Obſerv. ſacr. p. 103.
. Caſauboni ſententiam graviſſimo ſuo aſſenſu
nfirmare haudquaquam dubitavit.

§. XIII.

Horum & nos ſententiæ vel ideo accedimus,
ia Chriſtum ejusque crucem nullibi niſi in
cris pandectis revelatum ſcimus. Scripturam
tem Gentiles non admittebant, licet quod
nnullis perſvaſum eſt, eandem legerint. (e)
eque in Vet. Teſtam. tam perſpicue revelatum
it, Chriſtum cruci affigendum eſſe. Quanquam
im ex Jeſaiæ, Danielis, aliorumque vaticiniis,
crificiis quoque creberrime oblatis, & tot

(e) Ethnicos ex Scriptura Sacra plura hauſiſſe OCTAVIUS FALCONARIUS Diſſertat. *de Nummo Apamenſi Deucalionai Diluvii typum exhibente* (Rom. 1667. in 8vo prodiit) PETR. DAN. HUETIUS Demonſtr. Evangelic. P. I. propoſ. IV. c. III. Mr. MACE Abregé Hiſtorique, Chronologique & moral de l'ancien & du Nouveau Teſtament Lib. I. cap. I. copioſe & magno eruditionis apparatu adſtruxerunt. Evolvantur hac de controverſia Clariſſ. GOTTFR. VOCKERODT *Exercitationes varii Argumenti* p. 229. ſeqq.

T. VI. Obſ. CXXXII. K vi-

victimis mactatis de Meſſiæ morte ſatisfactoria juſtitiaque per meriti ejusdem apprehenſionem fiducialem acquirenda certi fuerint, genus tamen mortis tam diſtincte minime ſciebant: Articulos enim fidei fidelibus, V. T. quoad *eſſentiam*, non quoad *ſingulas circumſtantias* cognitos fuiſſe Theologi monent. Quod ſi abſque verbo prædicato & ſcripto Chriſtus crucifixus inter paganos præfiguratus fuiſſet, ſequeretur, illos non plane a janua aberrare, qui lumine naturæ homines ſalvari poſſe ſtatuunt, contra quos B. JOH. MVSÆVS peculiari tractatu *de Luminis Naturæ inſufficientia, Eduardo Baroni Herberto de Cherbury* oppoſito diſputavit.

§. XIV.

Sane, ſi crux Gentilibus ſignum ſalutis fuiſſet, non adeo difficiles ſeſe in recipiendo Evangelio præbuiſſent, non tanto cachinno vel riſu Sarcaſtico concionem de Chriſto crucifixo excepiſſent, quod D. PAULUS diſerte teſtatur 1. Cor. I. 23. ſcribens: ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον Ἕλλησι μωρίαν, ad quæ verba B. BALDUINUS Comment. in h. l. p. m. 195. ita commentatur: *Sapientibus hujus mundi concio de Chriſto crucifixo, ut & alia myſteria omnia multis modis videtur abſona, ridicula, & juſtitiæ divinæ contraria.* Quem latent Paganorum calumniæ, quibus Chriſtianos in Deum crucifixum ſperantes & credentes exagitabant. *Phy, phy, phy nugas illas! heu, heu, heu conſultationes*

malas! Væ, va, væ ſpei inani! LUCIANUS clamitabat. Nonne FESTUS, Vir clariſſimus & doctus Paulum de paſſione & reſurrectione crucis ſermonem facientem interpellabat? *Inſanis! multa litera te in inſaniam vertunt.* Act. XXVI. 24. Vt regem iſtum Peruanum taceam, qui recentiora attingebat tempora, ſæpiusque aſſeverabat, *ſe in ſolem nunquam intermoriturum, quam in Chriſtum in cruce defunctum, credere malle.* Quæ cum ita ſint, facile patet, Gentiles ſibi ab his ſimilibusve blaſphemiis & omni riſu crucis temperaturos fuiſſe, ſi ſignum illius pro ſalutari agnoviſſent.

§. XV.

Præterea idem Gentium Apoſtolus emphatice admodum dixit: *Myſterium de Chriſto ejusque Evangelio abſconditum fuiſſe a ſeculo, & a generationibus* Coloſſ. I. 26. Rom. XVI. 25. Epheſ. III. 9. Loquitur in his locis Apoſtolus cum Ethnicis ad quos Epiſtolas quoque ſuas deſtinaverat, & mirandam Dei ſupremi deprædicat clementiam atque miſericordiam, qua factum, ut etiam illis (gentibus) Evangelium de Chriſto a ſeculis & generationibus hactenus abſconditum prædicaretur. Nam Judæis certe myſterium iſtud ſub involucris typorum & ſacrificiorum tradebatur. Recte igitur POSSELTUS in h. l. p. 1640. *Paulus hat vielleicht bey dieſem Verſchweigen wohl meiſt auf die Heyden, denen es verſchwiegen blieben, ſein Abſehen gehabt.* Conf. etiam ÆGID.

HVNNIVM in h. l. Jam collige: Si myſterium crucis a ſeculis gentilibus abſconditum fuit, ſequitur, quod ſignum crucis pro ſalutari non habuerint, & quod Chriſtus crucifixus eodem non præfiguratus fuerit.

§. XVI.

Credibile proinde eſt, Paganos crucem in Deorum ſimulacris vel trophæis aut numiſmatibus conſpicuam non attendiſſe, ſed *figuras ejusmodi caſu feciſſe*, quemadmodum adhuc hodie Turcæ manibus in formam crucis compoſitis dormire feruntur. Optime B. DORSCHÆVS, Comment. in Matth. p. 439. *Hoc eſt longiſſime petitum. Non quæritur, quid Chriſtiani inde colligere poſſint, ſed quali intentione Romani talia ſigna fecerint, an ex eorum intentione fuerint auguria crucis?*

§. XVII.

Sub finem hujus Obſervationis illius crucis recordamur, quod ſignum ante hos ducentos annos Electori Saxoniæ FRIDERICO, ejusque filio JOH. FRIDERICO, in cœlo viſum, tanquam ſalutiferæ Reformationis præſagium, per quam Chriſtus crucifixus remotis traditionibus humanis, indulgentiarum nundinis, vaniſſimisque monachorum operibus ſupererogationis, gratis & pure in Eccleſia prædicatus, omnibusque hominibus oblatus eſt. PHILIPPVS MELANCHTHON Tom. II. Declamationum p. 738.

dimonium formulæ, diſcrimen inter phraſes *deferendi nomine & accuſandi, mutuo & commodo dandi, per interdictum repetendi*, & ſimiles, ex fontibus Juris hauriuntur.

§. 17. Cumque ſtyli civilis interſit, ut non tantum *domi*, ſed etiam *foris* verba facere poſſimus, præcipua cura uniuscujusque eſſe debet, ut inſtituta moresque Gentium, Imperiorum initia, atque viciſſitudines, Veterum conſilia, eventusque bellorum, cauſas & rationes hoſtium, vires & ſubſidia animo teneat ac diligenter expendat, & quod caput rei eſt, *dicat prudenter*: Id quod cum lectione Hiſtoricorum, tum uſu tractationeque negotiorum conſequetur, ut æſtimare præſentia, & providere futura, & ut occaſiones fuerint, ita conſilium capere, & moderari queat.

§. 18. Atque hoc tale eſt, ut barbari etiam obſervent, & prius ſecuritati ſuæ quam utilitati conſultum velint: Hoc modo CAJUS CÆSAR creſcenti Ciceronis auctoritati Romæ, & CICERO poſt nimiæ ANTONII potentiæ ibidem obicem ponere ſtudebant. Quibus in rebus, quæ quotidie venire ſolent, non magis decet eſſe eloquentem, quam circumſpectum.

§. 19. Hujus inſtituti exempla non longe peti eſt neceſſe, quandoquidem domi militiæque habent frequentiſſima, & ex veteris hiſtoriæ præjudiciis utiliſſima colliguntur, atque ad rem præſentem, expenſis utrimque rationum momentis,

apte

Jubilæo Eccleſiæ Evangelicæ in chartam conjecimus, unde Deum religioſe & ardenter rogamus, velit aſtuta Adverſariorum conſilia irrita reddere, atque clementiſſime concedere, ut Chriſtus crucifixus citra omnes traditiones humanas *Saxoniæ incolis* ad mundi usque finem ante oculos ponatur.

Obſervatio CXXXII.

M. IO. CHRISTIANI RÜDIGERI,

de

Differentiis Oratorum, & dicendi Genere Civili.

§. 1.

QVi copiam verborum comparatam inſtructamque habent, dum ea recte ac dilucide collocant, & arte rationeque imitandi optima orationis vim & numerum exprimunt, ii optimis Oratoribus ſtudent, & probam accuratamque verborum connexionem conſectantur.

§. 2. Id vero ejusmodi eſt, ut pauci hactenus conſecuti fuerint, & eam ob cauſam ipſe

ERAS-

RASMVS, inſtauratæ eloquentiæ dux auctorque, notari debeat. Hujus enim libellus *de copia verborum* certis de cauſis JOACHIMO CAMERARIO ad 1. Tuſcul. & STVRMIO in Exercitationibus Rhetoricis non eſt probatus, tum quod ab arte imitandi Ciceroniana alienior, tum quod in ſola copia acquieviſſe videatur.

§. 3. Ergo copia imprimis ex CICERONE eſt comparanda, propterea quod is ſolus inter Latinos *Orator perfectus* evaſit, & *imitatione* Oratoris perfecti DEMOSTHENIS hanc laudem eſt conſecutus: inde verba & formulæ, & ſi verba apud eum non extant, compoſitionis lineamenta ductusque ſumantur; ita tamen, ut verba ſeligantur, quæ Ciceronianæ ſcribendi rationi reſpondeant, aut in comparatione Antiquitatis habeant fundamentum, quam in rem legi poſſunt STVRMIVS de *amiſſa dicendi ratione*, & CAMERARIVS de *imitatione*.

§. 4. Nemo adeo vel ante vel poſt Ciceronem in univerſum imitandi regula eſſe debet; ſiquidem dicendi virtutes univerſe contineat Cicero, nec LIVIUS, nec quisquam alius in omni dicendi genere emineat, ſed iſte in eo tantum, quod Hiſtoricum appellatur, & quidem charactere & amplo & gravi, ſed uno ſolum dicendi genere expreſſo; hinc in charactere Epiſtolarum familiarium ſtylus Livii non facile poteſt adhiberi.

§. 5. Vnde multum intereſt inter *diſertum*,

qualis ex vulgo aliquis eſſe poteſt, profluenti ſermone præditus, & inter *eloquentem*, qui uſu & exercitatione fungitur. Nec eloquentium par dicendi facultas eſt, dum eorum alii perfecti ſunt & ſummi; ut apud Græcos DEMOSTHENES, apud Latinos CICERO, alii magni, quorum illi in omnibus dicendi generibus, hi in ſingulis excellunt, ut ceteri poſt Demoſthenem ac Ciceronem.

§. 6. Proinde non bene conſulunt ſibi, qui ſtyli ſtudium auſpicandum putant vel a PETRO BEMBO, vel a JACOBO SADOLETO, vel a CHRISTOPHORO LONGOLIO, vel a PAVLO MANVTIO, vel ANTONIO MVRETO, vel ERASMO, vel MELANCHTHONE, vel GVILIELMO BVDÆO, vel JVSTO LIPSIO, vel BVCHNERO &c. Nullus enim horum ex aſſe purus eſt; plerique enim carent inſignioribus dicendi virtutibus.

§. 7. Neque eam ob cauſam recentiores plane negligendi ſunt & ſpernendi, cum quia hi ſtudent novas res priſcis ignotas vocabulis Antiquitati convenientibus exprimere, tum quia uſum ad noſtra tempora accommodatum ſimul oſtendunt, quem non facile quis ſola antiquitatis lectione aſſequatur, imprimis in rebus belli, opificiorum, & hujus generis artium, quæ nunquam magis floruere, quam noſtra Patrumque memoria. *Recentiores legendi*, ut habeamus ſtyli elegantiam, eamque puram. Anno 1627 res militaris

a divite rivo REICHENBACH appellatur, aggredi poſſet; reverſum autem brevi poſt re infecta, non ſine acerbis ruſticorum querelis, quorum reculæ in tranſitu vagabundorum præda fuerant. Deinde ſoli ipſi Libros de Miſſa vindicavi, non confundendos cum VINCENTII GRUNERI de eadem materia opere, ut ex catalogo Lipſ. Bibliothecæ Paulinæ apparet, petiique, ut cæteris Tractatus quoque contra communionem Hus-ſitarum ſcriptus an. 1421. qui in publicis adhuc ſcriniis inter Manuſcripta ſollicite aſſervatur, adderetur.

Præterea nonneminis conjecturæ facta mentio, qui Hoffmannum in ſigillo avem habuiſſe auguratur, qualem apud nos in ingreſſu ſuperioris portæ ex adverſo Leonis SCHÖNBERGIORUM inſignis, curante THEODORICO, Hoffmanni poſt Caſparem Fratrem ſucceſſore, (quem muro primum STOLPENAM, novam Urbem, poſtquam vetus Oppidum, JOCHERINUM, per Huſſitas incendiarios exuſtum erat, circumdediſſe volunt,) lapidi inciſam adhuc conſpicamur. Prætereo jam alia ubertius ſuo loco

 &

§. 11. Etſi ergo & verba & compoſitio verborum Ciceroniana omnium ſunt præſtantiſſima; tamen ideo non eſt putandum, *ſola ea eſſe latina, quæ Cicero uſurpavit*, eſſe autem univerſa ac imprimis laudanda, ſi talia ſuppetunt, quæ Cicero adhibuit tanquam dicendi princeps, & in omni ſcribendi genere excellens.

§. 12. Reliqui Oratores & Scriptores Romani, nullo excepto, incerto dicendi genere laudem conſecuti, *erudiunt pariter & delectant*; ſed etiam magna horum diſſimilitudo eſt, prout ornatu & ſuavitate diſtingvuntur. Alii enim melius & ſignificantius; alii obſcurius animi ſenſus exprimunt, quorum tanta eſt varietas, quanta copia ingeniorum. Sic equidem SALLVSTIVS in parte brevitatis excellit, ſed propter multas partim obſcuras, partim abruptas ſententias amiſit ſuavitatem ſcribendi, & eam virtutem, quæ Græcos a bonis pleriſque ſenſibus commendat. Propter eandem cauſam notatus eſt TACITVS, Salluſtii imitator, & prudens atque perſpicax vir, ſed aſper ſæpe & abruptus, eoque obſcurus.

§. 13. Similem ob rationem inamœnum est ſcribendi genus PLINII MAIORIS, & nulla ſuavitate influit in legentis animum, & obſcurius ſolutiusque eſt, quam ut characteri Hiſtoriæ civili conveniat. Nam Hiſtoria Naturalis multa ex Medica arte adſciſcit, & ſententiis ad mores Remque publicam pertinentibus vacat. Sed PLINII SECVNDI dictio nitida eſt atque ele-

gans, & non minus utilis quam jucunda,
a item ad ritus & formulas veteris Romanæ
riæ pernoſcendas, ſæpe etiam ad Ciceronis
iſtolas recte explicandas accommodata. Hoc
do phraſin *dividere ſententiam* non planius
elligemus, quam ex Plinio jam nominato, qui
rte explanavit *Lib. VIII. Epiſt. IX.* putoque
ad abſurde, Plinium Juniorem Epiſtolas Cice-
nis diligenter legiſſe, & atticum quoque cha-
cterem, qui in Epiſtolis ad Atticum reperitur,
itari voluiſſe; ſed plura acumina & ſenten-
rum nervos exquiſitiori cura dediſſe, atque
to omnes vicit, prætereaque in verbis bene,
pioſe, graviterque ſtructis palmam obtinuit.
ſi genus dicendi, quod ad Atticum compoſuit,
leges Hiſtoriæ non quadrat, propterea quod
cero ibi alium characterem, quam qui hiſto-
e convenit, omnino expreſſit.

§. 14. Proinde CICERO monuit, *Thucydi-
um characterem*, cujus *in genere attico* ſumma
gravitas, Oratoribus non eſſe imitandum, ob
meros periodosque breviores, & neglectam
mpoſitionem, quod SALLVSTIO hiſtoriam
ipturo maxime fuit obſervandum, quippe
i (uti ſupra dictum,) conciſis abruptisque
tentiis obſcuritatem hiſtoriæ ſuæ attulit. Ita-
e CVRTII brevitas in hoc genere imprimis
mmendatur, quia & nitida, & perſpicua, &
llis obſcuris ſententiis prædita eſt, quanquam
o a Curtio non eſt auſpicandum.

§. 15.

Venerandus Sacerdos, *qui non modo ex ſuggeſtu jubilavit; ſed & concioni, quam in publicum omnium conſpectum miſit, diſſertationem Romano Idiomate ſcriptam ſubjunxit, in qua* JOHANNIS HOFFMANNI, Doctoris & Profeſſoris Theologi, *ſibi cognominis, de quo unanimi ore Hiſtorici affirmant,* duobus ſtudioſorum millibus cinctum *ex Regia Praga in noſtras oras veniſſe, vitam prolixe recenſuit. Legi hæc & plura ſcripta cum ingenti animi voluptate, vel ob almam Matrem, quam adhuc devotus veneror; & cum inter legendum quædam ſuccurrerent, quæ aliud agens dudum obſervaveram, non poteram a me impetrare, quin additamenta mea qualiacunque Reverendo Viro, quem modo nominavi, transmitterem.*

Recenſui autem ex BARTHOLOMÆI SCULTETI Luſaticis Annal. *habuiſſe Hoffmannum fratrem germanum* JODOCUM, *quem* Sympatriotæ Svidnicenſes Priorem & Vicarium *ſalutaverint. Porro una cum* Birchiis Hohenſteinenſibus, *decem millibus armatis circumdatum, anno* 1431. *in paſcuis primariæ Hexapoleos caſtrametatum eſſe, ut* hoſtiles Husſitas *prope Oppidum, quod a di-*

divite rivo REICHENBACH *appellatur,*
gredi poſſet; reverſum autem brevi poſt re-
fecta, non ſine acerbis ruſticorum querelis,
iorum reculæ in tranſitu vagabundorum
ada fuerant. Deinde ſoli ipſi Libros de
iſſa *vindicavi, non confundendos cum*
INCENTII GRUNERI *de eadem mate-*
ia opere, ut ex catalogo Lipſ. Bibliothecæ
ulinæ *appareret, petiique, ut cæteris Tra-*
atus quoque contra communionem Hus-
tarum *ſcriptus an. 1421. qui in publicis*
dhuc ſcriniis inter Manuſcripta ſollicite aſ-
rvatur, adderetur.

Præterea nonneminis conjecturæ facta
entio, qui Hoffmannum in ſigillo avem
abuiſſe auguratur, *qualem apud nos in in-*
reſſu ſuperioris portæ ex adverſo Leonis
SCHÖNBERGIORUM inſignis, *curante*
THEODORICO, Hoffmanni *poſt* Caſpa-
rum Fratrem *ſucceſſore, (quem muro pri-*
um STOLPENAM, *novam Urbem, poſt-*
uam vetus Oppidum, JOCHERINUM, *per*
uſſitas incendiarios excuſtum erat, circum-
diſſe volunt,) lapidi inciſam adhuc conſpi-
itur. Prætereo jam alia ubertius ſuo loco

& tempore explicanda. Nam ad id pergendum, de quo maxime agere conſtitui.

Non diſſimulo, me per aliquot annos in ea fuiſſe ſententia, quam amplexus quoque eſt in laudato Schediaſmate Doctiſſimus Verbi Miniſter Tauchenſis, nimirum D. JOANNEM HOFFMANNUM, poſt RUDOLPHI PLANITII obitum, (quem terrenis 1413. 9. Cal. Jul. valedixiſſe ajunt,) circa finem dicti, aut primordia ſequentis anni, quo tempore Faſces Rectorales Lipſiæ gerebat, Eccleſiæ Miſnenſi Præſulem datum, & ea dignitate conſpicuum, cum NICOLAO Mersburgenſi, GERHARDOque Numburgenſi, Pontificibus, nec non Abbatibus, Cellenſi, Chemnitienſi & Pegano, ſic volente glorioſiſſimo Electore, Conſtantiam profectum, ut, una cum aliis ibi congregatis patribus, HUSSO, quem virulentæ hæreſeos inſimulabant, ejusque aſſeclis os obdurarent; ſumtus autem, ut, quos impenderet, præſto eſſent; Cellenſi Antiſtiti Noſſam, notum oppidulum, pro certa pecuniæ ſumma tradidiſſe.

Nec anſam habebam, de traditionis hujus veritate dubitandi, quod ipſius GEORGII FABRICII, cui eruditiſſimus SCHREBE-

RUS

us nuperrime parentavit, autoritatem
m ex libris de Saxonia, tum ex Annalibus
iſenenſibus, allegare poteram, quem ſua
ſchedis publicis conſtipaſſe norunt, qui ve-
giis ejus hactenus inſtiterunt.

Equidem ſcrupulum ingenerare volebat
AULUS LANGIUS, in Citicenſi Chroni-
; is enim RUDOLPHUM, Hoffmanni an-
ambulonem, usque ad annum 1427. ſuper-
iſſe aſſeruit. Sed fateor, me inveteratæ
inioni immoratum, donec Acta Concilii
onſtantienſis fugitivo oculo percurriſſem,
Martisburgenſem quidem Præſulem au-
iviſſem in conſesſibus loquacem, ſed de Mis-
enſi nihil prorſus annotatum deprehende-
m, ut aut tacuiſſe, aut a conventibus abfuiſ-
, inde conjicere daretur. Suo calculo de-
de aſſertum hoc probavit Clarisſimus
CHÖTGENIUS, cujus Wurzenſia pro-
ant, & cujus doctæ nonnullæ Obſervationes
s ipſis Miſcellaneis inſertæ ſunt, qui pri-
um vaſtum Excellentisſimi HERMANNI
on der Hardt opus, inde Gallicam Domini
ENFANT Hiſtoriam, quam cum ſtudio in
tis vernaculis excerpſit, conſuluit, neque
lam tamen neque veſtigium, ut in litteris

ad me amiciſsime ſcriptis habet, Epiſcopi cujusdam Misnenſis ſibi occurriſſe faſſus eſt, ut fabulam texuiſſe credas, qui Huſſitas Hoffmanno magis, quam aliis, infenſos fuiſſe *arbitrati ideo ſunt, quod, ut combureretur eorundem Magiſter, maxime & inſtanter ſenſerit, voti tandem, cum magnæ Vir autoritatis eſſet, compos factus.*

Sed, ut nunc quodammodo largiri poſſem, occupaſſe HOFFMANNUM *in Synodo doctorum virorum ſubſellia, quos ſpectandi & audiendi gratia ex omnibus angulis convolaſſe credibile eſt:* EPISCOPI *tamen titulo* eundem nondum ſuperbiiſſe, *vel inde pateſcit, quia nonnulla Diplomata, quibus fides non temere deneganda, nos docent,* RUDOLPHUM PLANITIUM, *Anteceſſorem, tempore habiti Concilii nec pallium poſuiſſe, nec ex vivorum numero fuiſſe expunctum, niſi diceas, quod tamen nullibi me reperiſſe memini, fuiſſe ei ad latus* VICARIUM, qui curam paſtoralem allevarit, *quod jam ante ſe quendam Epiſcopum fieri paſſum eſſe noverat.*

Oculos mihi ulterius aperuit CHRISTIANUS HECKELIUS, *qui, quod* MICHAEL PUSCHIUS *de* Epiſcoverda *ſcripſerat, ad*

emen-

endatum aut auctum ivit, vir magis dili-
ns, quam felix, lapſus tamen poſt publice, ut
oclives in errorem ſumus in rebus, quas
moria promere tenetur, quando cap. 3. p. 14.
ecise annum 1423. RUDOLPHI emortua-
n appellat, & quidem hanc ob cauſam, quod
o anno Epiſcopus iſte Diploma quoddam,
jus apographum in Archivo civitatis ſuæ
derat, ſua ſubſcriptione communivit, quam
υλλογιςίαν vel me tacente quivis appreben-
t. Forte autem hic ſcriptor cogitavit, de-
ſſe olim errori Chronologico occaſionem ty-
graphos, qui pro anno 1423. levi unici nu-
eri mutatione, ſcripſerint annum 1413.
od inde conjicio, quia diem 20. Junii, quem
m HEIDENREICHIO in vita Bennonis,
ORTIS appellat, & quem alias anno 1413.
latus collocant, non correxit. Sed expe-
etur ſedulus homo, quam lubricam viam
lcaverit, ſi pag. 48. Libri ſui recoxerit, ubi
ſcius retractat, RUDOLPHUM ex inferis
ocat, ejusq; annis adhuc annum addit.

Ego mittam hæc, & domeſtica teſtimonia
nulabo, quibus adjutus, RUDOLPHO &
OFFMANNO non quidem certum annum
tus & ſuſceptæ dignitatis figam, ſed fixum

tamen pro certo ab aliis terminum immutabo & amplificabo. Cum Magiſtratus Epiſcopolitanus prædium quoddam, den Hunger, ſui juris feciſſet, a RUDOLPHO an. 1420. Litteras Feudales impetravit, quarum oblitum fuiſſe HECKELIUM valde miror, quod fugere eum vix poterant. Idem Rudolphus ann. 1421. Sutoribus privilegia impertitus eſt, quod cap. 16. p. 166. iterum Heckelius memorat. Eodem anno Fer. 3. poſt Feſt. Johann. Evangeliſtæ, octo Marcas perpetuorum annuorum redituum in uſum Altaris S. crucis in Camenz titulis Eccleſiaſticis (verba ſunt reſcripti) inſignivit & incorporavit.

Porro anno 1422. die Gregorii, teſte Matricula Gödavienſi, nutu RUDOLPHI, Paſtor Gausſigenſis ſubjectus fuit Gödano, & huic in ſignum obedientiæ annuum cenſum ſolvere coactus fuit, a quo vinculo poſt Reformationis demum tempora liberatus eſt. Anno 1423. Dominica ante Purificationis Mariæ (vor unſer lieben Frauen Tag) emit RUDOLPHUS Molendinum Haugvviziorum, cui nunc nomen Wieſenmühle, a prato, quod tranſiens rivus Veſenitium die Weſenitz humectat, & decimas inde DIETERICO

KERLL,

derint, omni cura in id enitendum, ut hiſtoria patria a mendis & maculis purgetur, *vagitum meum non nauſeabunt. Sic Miſnenſes, qui Hoffmannum Præſulibus omnibus anteponendum, vel ob Lipſiam, cui inſigne beneficium exhibuit, quo non ſola illa urbs, patriæ communis oculus, ſed univerſus Litteratus orbis fruitur adhuc, æſtimant, non indignabuntur, me verum a falſo diſcernendi occaſionem aliquam ſuppeditaſſe, & hos, ut pleniorem lucem accendant, & me quoque ad ſuum focum admittant, decenter imploro.*

Obſervatio CXXXIV.

M. CHRISTOPHORI PYLII,

Greifsvvald. Pomerani, Rectoris Scholæ Anclam.

de

Lumine Lunæ deficientis.

§. I.

QVamquam Lunæ illa defectio, quam *Greifsvvaldia* ſerena admodum nec nubibus, nec nebulis ad ſenſum corru-

 gata

verdanis, *in templo Mariæ Virginis feſtivo tempore peccata humiliter confeſſuris, devote oblaturis, & inter Miſſæ ſolennia ſalutationem angelicam & orationem, a Salvatore præſcriptam, repetituris. Quod ſi in mente habuiſſet, ſæpe citatus* HECKELIUS, *ut poſtea habuit, (vid. iterum p. 48.) non ex præcedente Diplomate probare voluiſſet, quod p. 14. minus ſufficienter probavit.*

Plura hujus generis in manus veniſſe Diplomata non memini, & ſi ante natum mihi dubium veniſſent, non jam amplius in promptu eſſent. Sufficere autem ea ſex poſſunt, ad quæ ego provocavi. Inde enim evidenter patet, quod oſtendere debui, Rudolphum, Hoffmanni Anteceſſorem, diutius in vivis fuiſſe, *& ſic Hoffmannum, cujus cineres Lipſienſibus adhuc in pretio ſunt, ſerius in thronum aſcendiſſe, ac veteres & recentiores Hiſtorici opinantur, adeoq;* Hoffmanni annis ſeſſionis, quorum triginta ſeptem numerant, aliquot omnino eſſe detrahendos.

Ut tandem finiam, diſcurſus hujus materia videbitur forte exteris viliſſimi momenti, & ignorantia dictorum cum nullo damno conjuncta. Sed quemadmodum hi, ſi perpenderint,

lerint, *omni cura in id enitendum*, ut hiſto-ia patria a mendis & maculis purgetur, *agitum meum non nauſeabunt. Sic Misnen-es*, *qui Hoffmannum Præſulibus omnibus an-teponendum, vel ob Lipſiam, cui inſigne bene-ficium exhibuit, quo non ſola illa urbs, pa-triæ communis oculus, ſed univerſus Littera-tus orbis fruitur adhuc, æſtimant, non indi-gnabuntur, me verum a falſo diſcernendi oc-caſionem aliquam ſuppeditaſſe, & hos, ut ple-niorem lucem accendant, & me quoque ad ſuum focum admittant, decenter imploro.*

Obſervatio CXXXIV.

M. CHRISTOPHORI PYLII,

Greifsvvald. Pomerani, Rectoris Scholæ Anclam.

de

Lumine Lunæ deficientis.

§. I.

QVamquam Lunæ illa defectio, quam *Greifsvvaldia* ſerena admodum nec nubibus, nec nebulis ad ſenſum corru-

Demum vmbra hæc a terra proiecta, certans cum tenebris lunare corpus $9^{h}. 25'. 30''.$ plane dereliquerat, Solisque radiis liberiorem diutius non præcludebat meatum. Quamquam vero in determinandis hisce temporis quantitatisque articulis non extra omnem hallucinationem me poſitum profitear, quum nihil a me humani alienum reputem, nec in id temeritatis præcipitium vltro incidam, quod in plurimis taxat Fautor meus DN. PETRVS BECKERVS, *Mathematum Profeſſor Roſtochienſis, & ad D. Jacobi ædem Archi-Diaconus*, in *Nou. Lit. Mar. Balth. & Septentr. Tom. IV. p. 133.* memor iſtius annotationis, quam ſaniores & ab arrogantiæ crimine liberi Obſeruatores a ſe non remouent, & Celeb. DU HAMEL nobis tradidit: *difficillimum eſſe*, inquiens, *vmbram totalem a partiali ſecernere, adeo vt Aſtronomi ſæpius hærere cogantur, & dubitare quandonam incipiat aut deſinat Lunæ eclipſis*, *vid.* DU HAMEL, *Reg. Scient. Acad. hiſtor. Lipſ. 1700. edit. p. 194.* id tamen absque hæſitatione affirmare poſſum, penumbram aliquam me nudis oculis vsque ad $9^{h}. 32'.$ obſeruaſſe, quæ tubo quatuor cubitorum, duabus vtrinque conuexis lentibus armato, perueſtigari non poterat.

Diffiteri quoque nolo, magno me ardore eiusmodi quæſiuiſſe in obſcurata Lunæ parte phæ-

nome-

nomenon, quale B. MOESTLINO olim apparuiſſe referunt *Hiſtoria celeſtis 1672. in fol. edit. Paralipomena fol. 919. maculam* ſc. quamdam *nigricantem*, cetero corpore obſcuriorem, quam tamen hac vice minoribus illis tubiſpicillis, quibus per fortunæ rerumque anguſtias vti licuit, invenire non potui; deprehendi tamen vmbram, non quidem rubicundam, inſtar ferri candentis, ſed nigricantem, eamque, qua extrema limbique corporis lunaris obſcurati, liquido & clariſſime ab aëre ambiente diſtingui potuerint. Quæſitum itaque non immerito fuit: *vnde hoc lumen, quod in ipſa defectione, & in ea corporis ſui parte, qua nigricante vmbra obſeſſa erat, perſpicuum exhibebat, Lunæ accedat?* Quapropter non inutile negotium animo meo impoſuiſſe viſus ſum, ſi in id intendam, vt vberius explicem, & ex veritatis propriæ fundaminibus deducam, vnde illud lumen eclipſatæ Lunæ deriuandum ſit.

§. 2. Addebat animo calcar totalis illa cum mora Lunæ obſcuratio, quam nocte a XVI ad XVII Aprilis anni MDCCVII. ad horologium aliquod maius minuta ſecunda oſtendens, tubo 4. pedum longo, inque eiusmodi obſeruationibus probato, Greifswaldiæ attentus cernebam. Viſa primum fuit leuis quædam obumbratio luminis circa 120 limbi lunaris ad ſtagnum Mitis

ʹ	ʹʹ

hora noctis XII. 31. 10. vsque dum paullatim penumbra ingrueret, & tandem ipſa vmbra, quod ciatis

h. ′ ″
eius diſcernere mihi licuit, 12. 36. 45. ſequeretur. Phaſes vlterius annotare non lubuit, quum, quæ ad perfectam obſeruationem requiruntur, præſto non fuerint. Totalis autem ob-
h. ′ ″
ſcuratio incipiebat 1. 41. 40. in qua obſeruabam dextrum Lunæ marginem prius manere lucidiorem ceteris limbi partibus; marginemque auſtralem lucula ſuperare borealem, nudoque oculo obſcuratam Lunam apparere colore croceo, vel ferri candentis, armato vero cineri-
h. ′
tio colore. 2. 36. margo ſiniſter, reliquo diſco
h. ′
fuluo, albeſcere incipiebat. 3. 15. valde lucidus erat, inſimulque margo borealis illuceſcebat,
h.
præ auſtrali, iam inde ab 3. 0. Lunæque margo ſiniſter circa 110. forte ab vmbra plane li-
h. ′ ″ h. ′ ″
berabatur 3. 25. 45. quem tandem 3. 32. 10. penumbra deſerebat.

Finis eclipſeos, vmbra ceſſante, erat hora
h. ′
4. 32. ſecunda non adiicio minuta, cum nullum adfuerit inſtrumentum ſecunda etiam diſtribuens; in domo enim noſtra, ob collegii Academici ædificium, poſt quod ſe abſconderat Luna, finem obſeruare non poteram, ſed in dicta æde collegii, quorſum horologium illud adportari non poterat incorruptum & illæſum, quum

ad

ad finem properaret obſcuratio, obſeruationi intendebam, vbi audito horologio templi Iacobæi, quod per totam noctem cum noſtro exacte conuenerat, ſecundum ab hora IV. quadrantem ſonante 2. circiter tranſiiſſe coniiciebam, priusquam vmbra Lunam derelinqueret: penumbram vsque ad 4. 38. 39. (h. ′ ″) manere videbam: egrediebatur vmbra circa 306 limbi lunaris ad montem ſanctum & paludes amaras.

Quodſi momenta hæc conſiderentur omnia, colligetur, medium obſcurationis huius ſiue maximæ eclipſeos tenebras fuiſſe 2. 33. 42. (″ ′ ″) Obſeruaui ab hora circiter prima nigriorem ceteris maculam ſupra Siciliam, mare Ægyptiacum, Pamphiliam, inſulam Cercinnam & Caſſiotidem regionem, reliquis partibus ſubobſcuris fuluisque; ſimili quoque modo circa 3. (h.) ſuper Pontum Euxinum & Colchidem, nigriorem ceteris maculam magnam, quæ vtrum nubes lunares fuerint, iam non determino: diſſimulare tamen nolo, præceptorem olim meum maxime colendum, iam beatum D. SAM. REYHERUM, ab ea opinione non fuiſſe alienum, & *nubes lunares ſe in eclipſi an. M DCC III. d. 9. Jan. vidiſſe*, cum Excell. DN. HOFMANNO, per litteras, communicaſſe, qui ab eo, *quo colore fuerint*, *quando*

eius diſcernere mihi licuit, $12^{h}.\,36'.\,45''.$ ſequeretur. Phaſes vlterius annotare non lubuit, quum, quæ ad perfectam obſeruationem requiruntur, præſto non fuerint. Totalis autem obſcuratio incipiebat $1^{h}.\,41'.\,40''.$ in qua obſeruabam dextrum Lunæ marginem prius manere lucidiorem ceteris limbi partibus; marginemque auſtralem lucula ſuperare borealem, nudoque oculo obſcuratam Lunam apparere colore croceo, vel ferri candentis, armato vero cinericio colore. $2^{h}.\,36'.$ margo ſiniſter, reliquo diſco fuluo, albeſcere incipiebat. $3^{h}.\,15'.$ valde lucidus erat, inſimulque margo borealis illuceſcebat, præ auſtrali, iam inde ab $3^{h}.\,0.$ Lunæque margo ſiniſter circa 11 0. forte ab vmbra plane liberabatur $3^{h}.\,25'.\,45''.$ quem tandem $3^{h}.\,32'.\,10''.$ penumbra deſerebat.

Finis eclipſeos, vmbra ceſſante, erat hora $4^{h}.\,32'.$ ſecunda non adiicio minuta, cum nullum adfuerit inſtrumentum ſecunda etiam diſtribuens; in domo enim noſtra, ob collegii Academici ædificium, poſt quod ſe abſconderat Luna, finem obſeruare non poteram, ſed in dicta æde collegii, quorſum horologium illud adportari non poterat incorruptum & illæſum, quum ad

ad finem properaret obſcuratio, obſeruationi in- tendebam, vbi audito horologio templi Iacobæi, quod per totam noctem cum noſtro exacte con- venerat, ſecundum ab hora IV. quadrantem ſo- nante 2. circiter tranſiiſſe coniiciebam, prius- quam vmbra Lunam derelinqueret: penumbram vsque ad 4ʰ. 38′. 39″. manere videbam: egre- diebatur vmbra circa 306 limbi lunaris ad montem ſanctum & paludes amaras.

Quodſi momenta hæc conſiderentur omnia, colligetur, medium obſcurationis huius ſiue maxi- mæ eclipſeos tenebras fuiſſe 2ʰ. 33′. 42″. Ob- ſeruaui ab hora circiter prima nigriorem ceteris maculam ſupra Siciliam, mare Ægyptiacum, Pam- philiam, inſulam Cercinnam & Caſſiotidem re- gionem, reliquis partibus ſubobſcuris fuluisque; ſimili quoque modo circa 3ʰ. ſuper Pontum Euxinum & Colchidem, nigriorem ceteris ma- culam magnam, quæ vtrum nubes lunares fue- rint, iam non determino: diſſimulare tamen nolo, præceptorem olim meum maxime colen- dum, iam beatum D. SAM. REYHERUM, ab ea opinione non fuiſſe alienum, & *nubes lu- nares ſe in eclipſi an. M DCC III. d. 9. Jan. vi- diſſe*, cum Excell. DN. HOFMANNO, per lit- teras, communicaſſe, qui ab eo, *quo colore fuerint,* *quando*

quando genita, in quo loco & quam luna maculam obtexerint, ſcire deſideraverat.

§. 3. Et tempus & chartam me perditurum reor, ſi multis ambagibus, prolixis iis quidem, ſed non neceſſariis, operam meam collocem in explanandis, quæ propoſui, verborum momentis atque derivationibus. *Lunam* enim vnusquisque, etſi non Logice definire ſciat, vocat tamen *corpus illud globoſum in aëre pendulum, quod noctu vt plurimum officia ſua hominibus præſtat, illisque lucem communicando inſervit.* Nec *Obſcurationis* vel *Eclipſeos* voci ſtricto rigore adero, ſed perinde eſſe declarabo, ſiue eclipſin ſumas pro *occultatione* tantum *corporis ex ſe lucidi*, per interpoſitum aliud opacum oculis noſtris ſubducti, ſiue *veram lucis* aliunde miſſæ *priuationem* ea voce deſignes, quum in rationibus adducendis eæ quoque examinandæ ſint, quæ Lunæ tantum occultationem, immo excitationem innatæ lucis, non vero realem omnis lucis defectum adſignare ſtudent.

Pari quoque modo ad ſubtilitatem diſtinctionis Mathematicorum inter *lucem* & *lumen* non attendam, qua alias nulli corpori, niſi *Soli, ſtellisque fixis*, quas totidem ſoles eſſe non ſine ratione autumant, adeoque vnitatem Metaphyſicorum peſſundant monadicam, & Galliar. Regis olim ſymbolum arrogantiæ plenum ſalſe rideant, quo vnum orbem ſoli ſufficere negabat, ſolem pingens cum lemmate: *Nec pluribus impar*, quod ſym-

ſymbolum tamen defendit MENESTRERIUS; vid. WAGENSEIL *Exercit. ſex var. argum. p. 2.* quum tot ſoles, quot fixæ, vni orbi terreſtri illuceſcant, *lucem* tribuendam eſſe aiunt, tanquam vnico omnis lucis, quam in hac terra copioſe poſſidemus, fonti; *lumen autem reliquis tantum competere corporibus*, in quæ illa ex ſole emanans lux mittatur, & per denſitatem eorum partiumque reſiſtentiam reflectatur ad aliud corpus æque opacum: vnde *lux eſſet e ſole prodiens? lumen* vero non e corporibus ipſis, quibus adtribuitur, prouenſens, ſed ſaltem *ab ipſis reflexa lux.*

§. 4. Taceo quoque, *lumen* hoc *deficientis Lunæ* non ſecus ad id, quod in Nouilunio & Quadraturis nonnunquam inueſtigatum fuit, *ſecundarium* fere ab omnibus appellari, quibus *primarium illud lumen* eſt, quo non obſcurata Lunæ pars vel plenilunium, vel reliquæ phaſes ſplendent, quodque Lunæ in Eclipſibus ea parte, qua vmbram terreſtrem incurrit, per interpoſitionem corporis terreni inter emiſſos Solis radios & recipientem alias Lunam collocati adimitur: qua vero ratione adductus *Summe Venerandus quondam Eccleſiarum Pomeranicarum Præſul*, B. D. MOEVIVS VOELSCHOVIVS, *primum Mathematum in Alma Gryphica Profeſſor publicus*, a reliquis diſceſſerit, vt in *Theoremat. de Macrocoſmo & Microcoſmo 1615.* per diſputationes euulgatas *diſſ. de Eclipſibus* §. 21. *natiuum Lunæ lumen primarium* vocaret, *aduentitium* vero, vel

Quinimmo & ſapientioribus Græciæ Doctoribus tirones forte noſtrates vitio verterent, quod ANAXIMENES *Lunæ deliquium fieri* putaverit, *ore Lunæ, ex quo lucem prodire volebat, in rota ſive axe obturato*, conf. IO. ANDR. SCHMID. *de* ANAXIMENE *eiusque Phyſiologia Part. II.* §. 9. BEROSUS, ſive vt CLEOMEDES *Cyclic. Theor. Meteor. Lib. II. cap. IV. p. 102. edit. Burdigal. 1605. in 4.* eum ſcribit BEROSSUS, vero *reſtincta eius parte ad nos converſa*, HERACLITUS *ſcaphæ convexitate inverſa*, PYTHAGORAEORUM quidam *luminis obſtructu a noſtra terra & repercuſſu ad Antichthonam*, Lunæ defectum cieri autumarunt, de quibus PILARICK *c. l.* §. 7. AMERICANI, ob agreſtem feramque vitæ rationem omnem fere humanitatem rationisque vſum exuti, forte non adeo culpandi, quod *Lunam deficientem peccatis ipſorum iraſci* ſenſerint, quum & per litterarum ſtudia emolliti STESICHORUS atque PINDARUS, teſte PLINIO *Lib. II. nat. hiſtor. cap. XII. ob mortalium ſcelera* Lunam deficere olim exiſtimarint, quin & FELGENHAUERUS *Lapſui humano Eclipſes tribuat*, vid. Unſchuld. Nachricht von alt und neuen Theol. Sachen Tom. V. p. 27.

Et quis quæſo crederet, dari homines, quibus eclipſis oriri credatur, quando certus quidam corporeus Deus, ſed teter & nigerrimus, Solem & Lunam etiam pro Deis, ſed purioribus habitos, nigredine adſpergat, iisque contaminatis humanaſi

naribus ab hominibus lotione corporum ſuccurri poſſe? Teſtatur autem id prolixiſſime de Indiam incolentibus *Autor* der Hiſtor. Anmerckungen (quem Cl. DETHLEUUM CLUVERUM, *virum ingenioſiſſimum*, eſſe ſuſpicatus ſum, antequam indici huius tomi edito nomen ſuum præfixerat) Tom. I. p. 82. breuius autem id recenſet Dn. FONTENELLE (is enim verus auctor eſt huius colloquii a Germano quodam e gallico in vernaculam tranſlati) im Geſpräch von mehr als einer Welt, Leipzig 1698. in 12. p. 57. ita germanice loqui iuſſus: In gantz Oſt-Indien glaubet man, daſz, wenn die Sonne und der Mond ſich verfinſtern, ſolches daher komme, weil ein gewiſſer Teufel, der ſehr ſchwartze Klauen hat, dieſelben über dieſe Geſtirne, deren er ſich bemächtigen wil, ausbreitet, und ſiehet man unterdeſſen die Flüſſe mit Indianer Köpfen bedecket, die ſich darein biſz an den Halſz geſetzet haben, weil ſolches eine Stellung iſt, die ihrer Meinung nach gar andächtig und bequem iſt, die Sonne und den Mond zu ermuntern, daſz ſie ſich wider den Teufel tapfer wehren ſollen. Quæ verba vtrum fide debita ex gallico reddita ſint, an vero alio modo interpretanda, præſertim, an genio linguæ gallicæ conveniat, vocem *demon* per german. Teuffel exprimere, an vero idem ſit, quod Græcorum δαιμόνιον, de quo videndus AMELIUS in Erörter. der ſchweren Schrifftſtellen Tom. II. p. 238. ſqq. THEOPH. GALEUS *Philoſ. ge-*

neral. Lib. I. cap. II. Sect. V. §. 5. *p. 80. ſqq.* BEYER ad SELDEN. *de Diis Syris p. 112.* OLEAR. *de Dæmon. Socratis & de geſtis Paulli in vrbe Athenienſium* §. 18. RABENER *de Dæmonibus &c.* ii iudicent, quibus gallicæ linguæ virtus magis eſt cognita, in quorum gratiam vernacula ſua lingua loquens prodeat M. de FONTENELLE: *Dans toutes*, inquiens, *les Indes Orientales on croit, que quand le Soleil & la Lune s'eclipſent, c'eſt qu'un certain Demon, qui a les Griffes fort noires les étend ſur ces Aſtres dont il veut ſe ſaiſir, & vous voyez pendant ce temps-là les Rivieres couvertes de teſtes d'Indiens qui ſe ſont mis dans l'eau jusqu'au cou, parce que c'eſt une ſituation tres-devote, ſelon eux, & tres-propre à obtenir du Soleil & de la Lune qu'ils ſe défendent bien contre le Demon.* vid. *Oevres diuerſes de M. de* FONTENELLE *de l'Academie Françoiſe Tom. prem. Entret. ſur la plural. des mondes ſecond ſoir p. 59. à Amſterd. 1701. 12.* Minimum CLVVERUS dubium de hac voce mouet, ſcrupulumque iniicit, vt qui ita rem refert: Daſz ein gewiſſer Deuta, ſo eine körperliche Gottheit ſoll bedeuten, welcher aber ſehr böſz, und alles Ubel wircket, ſehr ſchvvartz und dunckel, ſehr garſtig und unrein (denn alſo machen ſie die Beſchreibung) ſich der Sonnen alsdenn bemeiſtere, ſie anſchvvärtze, wie mit Dinte beflecke, und verdunckele, und daſz die Sonne, ſo auch Deuta, wie vvol von beſſerer Gottheit, weit vollkommener und gut-

thæ-

thætigen, ſich dadurch in groſſen Nöthen befinde, und erſchrecklichen Schmertzen leide, vveil er ſiehet, daſz er durch den ſchvvartzen Gott alſo übervvaltiger und beſchmitzet vverde. CLUVER. Hiſtor. Anmerck. *Tom. I. p. 82. 83.*

Quid vero infrunitus ille mendaciorum novæque, religionis dicam, an ſuperſtitionis, architectus MVHAMMED, celum ponto miſcens, & quæcumque in buccam venerant, vel per ſomnum ſibi obiecta fuerant, calamo eius, qui a manibus erat, ingerens, in naturalium quoque rerum ignorantia, ſani de lunari eclipſi proferre poterit? Obſcurationem is Lunæ adſcribit, *ala Gabrielis, Lunam prætervolantis, eamque pinnis ſuis contingentis*, vid. KORTHOLT. *de relig. Ethnic. Muhammed. & Iud. Sect. II. § 16. p. 59.* Sed, vt nugarum finem faciam, nec eaſdem, ordine refutando, ad nauſeam vsque repetam, rudioris inſanientisque æui deliria hæcce recitaſſe, erit refutaſſe. Conſtat quippe inter omnes, *eclipſin Lunæ* aliud nihil eſſe, quam *impeditionem radiorum ſolarium a terra inter Lunam ſolemque poſita exceptorum*, quo minus eoſdem directe alias in eam procedentes Luna recipere, & ad terram reflectere poſſit. Plura non addam, quoniam vel tironi ex Inſtitutionibus aſtronomicis, quid eclipſis lunaris ſit, & quomodo contingat, notum ſit, & inſtitutiones conſcribere mei non ſit inſtituti, id ſaltem monebo, apparere ex allatis, quod *vmbra terræ* illa cauſa ſit, quare primari-

 um

um illud lumen, a Sole deriuatum, in Luna interdum non appareat.

§. 6. Sed, quum in defectu hocce primarii luminis ſæpenumero tamen *ſplendor quidam debilis offendatur, vnde iſte oriatur*, vt anquiramus, iam omnis mouendus erit lapis. Offerunt ſeſe enim variæ eæque diſcrepantes, nec admodum ſanæ in iis quædam, ſententiæ. Et, vt ordine procedam, primum omnium prodibunt, quæ *lumen* hocce *in ipſa Luna* quærunt, poſtmodum recenſebuntur, quæ illud *aliunde* deriuant. Qui id *ipſi Lunæ* tribuunt, plurimi ſunt: omnes quippe ARISTOTELICI, & ad GALILÆI KEPPLERIque vsque tempora fere omnes MATHEMATICI; quin & THEOLOGI non infimi ſubſellii. Primus horum, quem inuenire potui, eſt ANAXIMANDER MILESIUS, qui ante CHRISTUM natum 572. annis floruit, & anno ante ſalutem reparatam 634. ætatis 73. mortuus eſſe dicitur IO. IAC. FRISIO, *Biblioth. Philoſ. ed. Tigur. 1592. in 4. p. 7.* Hunc Lunæ *proprium quidem lumen*, ſed rarius, *tribuiſſe* tradidit PLUTARCHUS *de placit. Philoſ. Lib. II. cap. XXIIX.* Et quamuis DIOGENES LAERTIUS *Lib. II. de vitis Philoſoph. edit. Meibom. 1692. Segm. 1. p. 79.* contrarium ſtatuat, referatque, ANAXIMANDRI ſententiam eſſe: *Lunam falſo lucere lumine, ſplendoremque a Sole mutuari*, & in notis ex CASAUBONO hæc addantur, ad verba: τήν τε σελήνην ψευδοφανῆ PARMENIDES:

Αιει παπταινουσα προς αυγας ηελιοιο
Νυκτιφαης περι γαιαν αλωμενον αλλοτριον φως.
Pugnant cum his quæ apud Plutarchum & Stobæum legimus, Anaximandrum pronunciaſſe περι φωτισμου σεληνης· Ιδιον αυτην εχειν φως. *Quomodo enim* ιδιον φως εχει, ſi eſt ψευδοφανης; Quamquam & IOSEPH. BLANCANUS (quem KÖNIGIUS in *Bibliotheca* perperam IOHANNEM, & M. IO. SEBALD BüTTNER, jam Iuriſconſultus & Senator Zvvickavienſis, *de Ioſephi Blancani rotunditate globi terraquei perfecte ſpharica*, paſſim modo IOHANNEM, modo IOSEPHUM vocant) *Sphær. mund. Lib. IX. cap. III. f. 71.* ANAXIMANDRUM primum fuiſſe, qui Lunam falſo lumine lucere, ſplendoremque a Sole mutuari dixerit, adſerat, PLUTARCHO tamen, DIOGENEM LAERTIUM ætate centum ferè annorum anteuertenti, a STOBÆO ſuffulto, præſertim, quum PARMENIDES in adductis verbis nil de Anaximandro contineat, non diffidendum eſſe crediderim.

Sententiam eius ſeculo ante natum CHRISTUM tertio amplectabatur *Chaldæus* natione, BEROSUS, de quo VITRUUIUS *Lib. IX. Architect. cap. IV. fol. 188. ſq. edit. Amſtel 1649.* hæc tradit: BEROSUS, *qui a Chaldæorum ciuitate ſiue natione progreſſus, in Aſia etiam diſciplinam patefecit, ita eſt profeſſus: pilam eſſe*, (Lunam) *ex dimidia parte candentem, reliqua habere coeruleo colore.* Idem quoque de eo tradit CLEOMEDES

Cyclica Theoria Lib. II. cap. 18. pag. 100. edit. Burdegal. 1605. in 4. edit. vero *Baſil. 1561. in 8. p. 491.* Poſtmodum ABEN AMRAM, referente AVERROE *in 1. Meteor.* paria cum hiſce facere viſus eſt, dum natiuum Lunæ lumen inde demonſtrare conatus eſt, quod Luna totum hemiſphærium noſtrum illuminet, quod tamen maius eſſet Lunæ illo ſpatio lucido. *Atqui*, inquiens, *nullum corpus recipiens lumen ab alio corpore lucido poteſt per reflexionem maius ſpatium illuſtrare, quam ipſum eſt corpus, quod recipit & reflectit.* vid. PLLARICK *Eclipſ. Lun.* §. 3.

Recentiores autem rei evidentia convicti primarium illud lumen Lunæ, quo in phaſibus ſuis & plenilunio ſplendet, Soli adſcripſerunt, aliquando tamen etiam innatam ei lucem conceſſerunt, quam nobis in nouilunio & eclipſibus oſtendat. Hinc PAPPUS ALEXANDRINUS *Collect. Mathem. Lib. VI. prop. 38. fol. 211. edit. Bonon. 1660.* ita ſcribit: *Luna a Sole ſemper illuminatur, praterquam in ecclypſi, quo tempore lucis expers ſit, incidens in umbram, quam Sol oppoſitus a terra iacit, conicam formam habentem, & circulus determinans lacteum, quod eſt ex illuminatione Solis, & cineritium, qui proprius Lunæ color eſt, haud differens a maximo circulo, in dimidiatis ad Solem conſtitutionibus, quam proxime ad quadrantem in Zodiaco conſpectum, ad viſum noſtrum vergit.* Immo ipſe Aſtronomiæ reſtaurator, illuſtriſſimus TYCHO de BRAHE, his accedere videtur, quando *Lib. I.*

Pro-

Progymn. Aſtron. p. 743. *Lunam,* ſcribit, *nullo vel exiguo lumine pollere, ſed id, quod habet, nobisque reflectit, a Sole tantummodo mutuari, quis eſt Aſtronomorum & Phyſicorum, qui ignoret?* vid. WIDEBURG *de Lum. lun.* §. 9. quorum numerum præſertim CARDANUS, WENDELINUS, PEURBACHIUS, REINHOLDUS, CLARAMONTIUS, aliique, & in alma Gryphica: B. VÖLSCHOUIUS, *t. t. Mathematum Profeſſor, poſtmodum generalis Pomeraniæ Superintendens*, augent.

Haud ita pridem quoque, quod tamen non ſatis mirandum, *ſollertiſſimus & oculatiſſimus quondam Mathematicus Norimbergenſis,* GEORG. CHRIST. EIMMARTUS ann. 1705. d. 6. Ian. mortuus, vid. *Hiſt. Remarqu. ann. 1705. p. 15.* omnes veterum ſententias colligens, denuoque incruſtans, *lucem hanc Lunæ* tribuit, *nec alio modo a Solis luce differre* putat, *quam quod Solis per totam activitatis ſphæram, quam ad Saturnum usque extendit, ad extremam ſuperficiem æquabiliſſime atque puriſſime diffuſa, in planetis vero cortice quodam impuriore cincta ſit*, vid. *Ichnograph.* EIMMARTI *nov. Contemplat. de Sole, fol. 22. ſq.* Verum & inter THEOLOGOS non pauci eadem vſi fuerunt ſententia, quorum omnium inſtar erit OSIANDER ex Gen. I, 16. id, quod ſtatuerat, prolixe probans, *in Colleg. Theol. Syſtem. Part. II. Loc. III. Theſ. 35. p. 110. ſqq.*

§. 7. Sed ANAXIMANDRO ex antiquitate oppo-

opponi poterunt Præceptor eius THALES MILESIUS, & ARISTARCHUS, *aliique*, de quibus PLVTARCHVS *lib, 2. de plac. Philoſ. cap. 28.* conf. & PLINIVS *Lib. II hiſtor. natur. cap. IX.* BEROSVM CLEOMEDES redarguit c. l. ABEN AMRAMVM SCALIGER *Exercit. 62. n. 4. edit. Franc. 1612. in 8. p. 239.* definiens, circulum planum quidem plus luminis reflectere non poſſe, quam accepit, ſecus autem rem ſe in globo aut ſphæra habere l. c. demonſtrans. Quid vero de EIMMARTI ſententia habendum, ex ſequentibus patebit: ante omnia tamen moneo, *ſtellas cruſta quadam transparente circumdatas eſſe* nullo fundamento adſeri poſſe.

Ne autem THEOLOGORVM hic me immiſceam Scholis, quæ OSIANDRO reſponderi poſſint, ex ROSENOVII, *Profeſſoris olim Gryphici Mathematum, diſſ. de præcipuis mundi corporibus an. 1689. hab. Theſ. IV.* haurienda erunt. Nec ſuo caret vſu dulciſſimo, quod hanc in partem CHRIST. SEVER. LONGOMONTANVS adfert. *Et quid quæſo in myſterii interpretatione, vbi Sol, Deo iuſtitiæ, ſiue Chriſto, Luna vero Eccleſia huic ſubiecta, adſimilatur, ſimile aliud magis poteſt reperiri, quam vt hac ab ipſo omnem hominem in mundum venientem illuminante, ita Luna a Sole luminis ſui vim atque poteſtatem totam obtineat? Qui vero luculam quandam in homine relictam adſerunt, vnde quoque absque Chriſti ſpiritu ac totali illuminatione bona ad vitam operari valeant,*

hi

bi teſtimoniis ſacri Codicis repugnando, in hæreſin Synergiſtarum & ſimilium incidunt infeliciſſime Aſtron. Danic. Lib. I. fol. 315. edit. Amſterd. 1640.

§. 8. Lunam autem *non poſſidere lumen proprium*, adeoque illud in Eclipſibus oſtendere non poſſe, nec luculam iſtam in obſcurata Luna apparentem *Lunæ innatam* eſſe probo 1) quia Luna *corpus in ſe obſcurum & opacum* eſt, naturaque ſua terreæ noſtræ ſubſtantiæ admodum ſimilis, quam tamen nihil in ſe lucis habere, noctes tenebræque ſatis oſtendant; & quemadmodum terra noſtra obſcura eſt & manet, niſi ſolaribus colluſtretur radiis, ita quoque Lunam terra marique & ſilvis conſtantem, vt prolixe probauit HEVELIVS, HARTSOECKERVS, aliique, & noviſſime Celeb. WOLFFIVS, *Element. Matheſ. vniu. Tom. II. p. 470.* omnem ſuum ſplendorem a Sole mutuari luculenter ſatis euincunt.

2) *Variæ eius illuminationes, phaſes* dictæ Aſtronomis, quibus poſt nouilunium, in quo propior fuit Soli conjuncta Luna, in dies magis magisque lumine creſcit, vsque dum totum illud hemiſphærium, quo nos reſpicit, fulgore repleatur, quo facto iterum lumen decreſcere incipit. Si itaque proprium ei eſſet lumen, quæ quæſo cauſæ forent harum viciſſitudinum? Nec eſt, quod cum BEROSO *dimidiam Phœben lucere, dimidiam vero obſcuram eſſe*, & per circumrotationem dimidii lucidi haſce phaſes enaſci defendas? Lunam enim non circa axem ſuum rotari, ſed

cam-

tempore eclipſeos obſeruati, aliunde quoque ipſum lumen eſſe arguet: ſi enim ipſi ineſſet Lunæ, eadem & æquabilis ſemper maneret: iam vero *interdum velut atro deformata colore nigricat, quandoque ſubrubet, rutilo aëris colore; quandoque ex atro rubroque mixtam præ ſe fert ſpeciem.* Neque vero credendum eſt, hunc varium colorem ex mixtione natiuæ lucis cum vmbra oriri, quod PEVCERVS *in element. doctr. cap. de Eclipſibus*, & REINHOLDVS *in Scholiis ad Theoric.* PEVRBACHII voluerunt. Quæ enim, quæſo, luci cum tenebris eſt communio, & quomodò lux cum tenebris medii viſorii permiſceri poterit. Sane tenebras ipſi hi Auctores priuationem tantum lucis adſerunt, quæ autem Philoſophia habitus cum priuatione mixtionem docet? Abſentiam lucis vocant tenebras; quomodo autem abſentiam cum præſentia miſceri explicabunt? certe manifeſta eſt ſententiæ ἀσυμμετρία γίγνεται.

6) Si lucula iſta nonnumquam in Lunæ defectibus apparens in ipſa Luna exſiſteret, *cur non ſemper in omnibus eclipſibus manifeſta eſt?* cur quædam fuerunt, in quibus plane ne veſtigium luminis deprehenſum fuit? Lunam enim eclipſatam interdum *penitus e cælo euanuiſſe*, ſuo iam tempore THALES MILESIVS, Philoſophus antiquiſſimus 582. ante CHRISTVM annis viuens, vid. FRISIVM t. l. pag. 7. & anno ante

Chri-

Chriſtum 546. vel 547. defunctus ſecundum FABRICIVM *Biblioth. Græc. Lib. I. c. XXXV. §. 3. p. 238.* referente VITRUVIO *Lib. IX. Architect. cap. IV.* prout citat HEVELIVS *Selenograph. fol. 116.* quemque, *non tamen allegatum, exſcribit* SCHWELINGIVS, *c. l. §. 82.* in ipſo autem VITRUVIO nihil ejus reperitur, cognovit, & Auorum noſtrorum memoria KEPPLERVS *Epitom. Aſtron. Copernic. Lib. V. p. 825.* teſtatur, Lunam interdum ſubito penitus amitti, vt ne veſtigium quidem eius appareat, cit. SCHWELING. *c. l. §. 82.* Simile phænomenon obtigit CL. SCHICKARDO Tubingæ 1620. d. 14. Jan. obſeruare, quo de eius relatio; *poſtquam tota Luna fuit obſcurata, remanſit fere vſque ad primam extremus vmbroſæ ſectionis limbus latitudine fere vnius digiti adhuc lucidus, longe tamen debiliore lumine, quam ſit lux Lunæ. Poſtquam ille ſplendor etiam periit, Luna difficillime apparuit, emicuit tamen inſtar tenuiſſimæ nubeculæ longe debilior, quam via lactea, ſine omni rubedine. Et in diſco lunari partes quædam omnino nigræ (ipſæ ſcilicet lunares maculæ) aliæ partes, vbi alioquin nulla macula prædicto debili lumine perlucebant: maxime ad plagam inter occaſum & auſtrum. Vbi etiam paruula ſtella infra Lunam 6. circiter comparuit per tubum, non libero oculo. Circa mediam ſecundam libero oculo de Luna nihil omnino videri potuit, per tubum autem tam dubie aliquid* *repe-*

reperiebatur; vt nemo ſciret, Luna aliudne eſſet; legitur *in Hiſtor. Celeſt. paralip. fol. 934. col. 1.* Eodem anno d. 9. Decembr. Ingolſtadienſis obſeruatio hæc conceperat: *Deinceps Luna omnino diſparuit, vt nihil de ea videretur, claris alüs circumcirca ſtellis lucentibus, & ſic exſul, amiſſaque Luna perſtitit vno quadrante paullo plus. Hiſt. celeſt. c. l. col. 2.* Idem & RICCIOLVS *Almag. Nou. Part. I. fol. 203. ſchol. 4. & fol. 306.* manifeſtauit: anno ſcilicet 1642. d. 14. April. Bononiæ in medio Eclipſeos nullum Lunæ veſtigium in celo notare ſe potuiſſe, adeo vt per vnam horam cum ſociis ſuis eamdem in celo fruſtra requiſiuerit, vid. RÜDEL. loco mox citando; quamquam Venetiis ac Viennæ conſpectui ſe non ſubduxerit, vid. WOLFFII *element. Matheſ. vniuerſ. Tom. II. p. 467.*

Id ipſum quoque, plane ſcilicet disparentem Lunam HEVELIVS eo tempore obſeruauit; & PHOCYLIDEM ita loquentem ex *epit. Aſtronom. reform. p. 65.* inducit: *cum defectus circiter iam foret maximus, nubibus paullulum a validiore vento depulſis, celum vndique ad quadrantem ferme circa locum deficientis Lunæ, ita clarum viſui eſt reſtitutum, vt & quarta ac quinta etiam magnitudinis ſtella accurate vndique circa Lunam dignoſci & numerari potuerint. Vbi interim Luna disparuerat adeo, vt, ſiue nudis oculis, ſiue adminiculis tubi viſorii, ne minimum quidem eius in celo veſtigium ſit animaduerſum, ac ſi ipſa magico aliquo*

aliquo carmine deducta eſſet. vid. *Selenograph. fol.117.* Vt ne attingam noſtris temporibus anno 1682. & 1689. a Celeb. KIRCHIO *anno III. & X. Ephemeridum ſuarum in appendicibus* memoratas, quæ anno 1686. Decembri menſe contigit Lunæ eclipſis, a D.D. CASSINI & DE LA HIRE obſeruata, partem Lunæ obſcuratam adeo excolorem repræſentauit, vt a celo circumfuſo ſecerni vix poſſet; DU HAMEL *Reg. Scient. Acad. Hiſtor. Lib. III. Sect. III. cap. I. n. 7. p. 261.* conf. & CL. WOLFFII *elem. Math. uniu. Tom. II. pag. 467.* qui citatis hic quibusdam Obſeruationem anni 1703. addit eadem attendentem.

§. 9. Num, amabo, hisce cognitis etiam cum ratione aliqua aberrare crederes, ſi Lunæ nihilominus primitus inditum, quod oſtendit, lumen defenderes? Certe, ſi eiusmodi quid adeſſet, ex Optices legibus, quo profundiores ſubiret tenebras, eo fortiores de ſe radios ſpargeret; lumen enim, quo magis vmbroſus eſt aër circumiectus, eo magis conſpicitur. Ipſa hoc nobis, vt credamus, Luna perſuadet, quæ, vel alieno lumine primario ſplendens, noctu tamen clarior apparet, quam interdiu, quippe quæ de die inſtar nubeculæ apparens, poſt abitum autem Solis, tenebris terram occupantibus, ſatis viuido lumine oculis ſeſe ingerit. Excipit ad hæc varia SCIPIO CLARAMONTIVS *l. c. Lib. VIII. c. IV. p. 170.* quorum ſumma eo tendit, vt euincat, *luminoſum*

in obſcuriori medio, ſi illud medium alteretur, & denſius fiat, non magis apparere, ſed impediri atque obfuſcari, idque probat per *vitrum coloratum, quod pro ratione ſui coloris radios Solis pertranſeuntes vel in pariete vel in oculo videntis tingat:* immo ipſum *Solem per aërem vaporibus obductum rubeſcere: ita quoque debile illud lumen ab vmbra terræ affici & alterari, vt vario iſto colore appareat:* Sed nihil efficit his probationibus.

Primum namque falſum, cui innititur omnis hæc CLARAMONTII diſputatio, eſt, quod *vmbram terreſtrem ſibi tamquam craſſitiei aliquid ſecum ferentem* fingat, quum tamen in mentem reuocare debuiſſet, quod ex ARISTOTEL. 3. *Meteor.* hac ipſa pagina adduxerat: *vapores & fumum eſſe corpora, tenebras autem meras priuationes*; a quibus nulla eiuſmodi alteratio, qualis a corporibus prouenire poteſt. Quapropter, quum vmbra terreſtris neque inſtar vitri colorati ſe habeat, neque vaporibus denſioribus ſit repleta, quam reliquus adiacens aër, incongrue hæc exempla probationis loco adducta ſunt. Conus enim iſte aëris, quem vmbra terreſtris tenebroſum reddit, nihil quidquam a reliquo aëre differt, niſi quod in hoc lucis ſoliſque radii adſint, in illo cono vero abſint, quinimmo per totam hanc eclipſin non eadem aëris portio obtenebrata eſt & manet, ſed ob motum vtriusque luminaris quouis momento variatur, vt quæ hoc momento illuſtrata fuerit vmbræ contermina

aëris

aëris particula, ſequenti iam eadem vmbra affecta ſit, nulla alia vlterius accedente mutatione. Si itaque aër conum iſtum vmbroſum circumſtans nihil variat lumen lunare in partialibus eclipſibus non obſcuratum; conus iſte aëris luce ſolis per vmbram terræ priuati, vtpote qui nullos alios habet vapores, Lunam eiusque colorem non magis afficere aut miſcere poterit, quam reliquus aër extra illum vmbræ terreſtris conum afficit.

Reponit porro CLARAMONTIVS c. l. p. 171. *Illud accidit, quod in eclipſi lux ſola Lunæ ingenita obiicitur, quæ debilis eſt, adeoque ab vmbra terræ alterari & affici poteſt, extra vero eclipſin quum fulgeat, lumine à Sole recepto, ab oppoſita miſtione validius ſeſe vindicat.* Verum hæc alteratio aut erit extra atmoſphæram noſtram, aut in eadem. Extra illam non concedet CLARAMONTIVS, vtpote qui *extra noſtram atmoſphæram nullam dari alterationem* cum Ariſtotelicis acerrime propugnat. *Lib. I. de vniuerſo.* Erit itaque alteratio iſta in aëre nobis proximo. Sed nec in hoc illam fieri facile demonſtrabitur. Primo namque hæc exceptio nititur eodem fundamento, vmbram terreſtrem pluribus impleri vaporibus, quod iam refutatum; deinde ipſe CLARAMONTIVS lucem ſuam ſublustrem, vt vocat, debiliorem certe non habebit, quam quæ nobis in ſtellis quartæ & quintæ magnitudinis conſpicitur, vel ea, quam Galaxia nobis proponit: & iſtæ exiguæ ſtellæ

N 3 viſæ

viſæ tamen ſunt eo ipſo tempore, quo lumen hoc Lunæ ſecundarium vel plane non, vel admodum obſcure conſpectum fuit. *vid. ſupra* §. 8. immo & galaxiæ candorem iſtis temporibus obſeruatum fuiſſe non deſunt exempla. Vnde quum debilis hæc ſtellarum & galaxiæ lux ab aëre noſtro vmbraque terreſtri non ſit impedita, eadem vmbra male pro cauſa alterationis & obſcurationis lucis Lunæ, quam vocat, ingenitæ, venditatur: ſed firma potius manet concluſio, lucem iſtam, quoniam in obſcuro non magis lucet, ſed nonnumquam plane abeſt, Lunæ non eſſe innatam aut propriam.

Plane præter rem obuertit ALSTEDIVS *Encyclop. curſus Philoſoph. Herborn. an. 1620. 4. edit. col. 1687.* *lumen* hoc, ex ſententia eius, *natiuum non ſplendere, niſi excitatum & quaſi animatum a Solis radiis: fieri autem hanc excitationem nonnunquam in eclipſibus.* Sed, quæ quæſo hæc erit lux, quæ in potentia ſua adhuc latet, nullis externis obfuſcata impedimentis? *ignes* quidem habemus *tantum lucentes*, non vero vrentes, de quibus IO. CHRIST. STVRMIVS *peculiarem an. 1698.* dedit *diſſertationem*, conf. & HEVCHERVS *de igne non vrente* 1705. ita & *ignes tantum vrentes:* nulla tamen datur lux, niſi actu ſplendens. Poneremus autem, poſſe eiusmodi lucem inueniri, quæ non luceat, quomodo hæc excitatio & animatio fieret, quomodo in actum deduceretur ex potentia ſua a radiis ſolaribus elicita?

cita? extra contactum in materialibus & corporeis non dari motum, certum eſt. Si itaque radii ſolares debilem hanc lucem, in potentia ſua latentem, contingunt, id aut directa via aut oblique aliunde diuaricati agerent radii: recta ad illam pertingere radios impedit vmbra terreſtris, per quam tranſitus radiis denegatus eſt; fiet id itaque oblique, per refractionem aut reflexionem radiorum a Sole in aliud corpus extra Lunam incidentium. Quocumque autem illud modo fiat, radius ſolaris lucem ſuam perpetuo comitem habet, & omne obiectum opacum, quod attingit, id etiam hac ſua luce allata illuminat. Proinde, ſi Lunam contingens radius Solis eamdem & illuminat, quid opus eſt, luce propria per hunc contactum excitanda, & quis tuto adſeuerabit, lucem illam eſſe ſuſcitatam illam Lunæ innatam, non vero alienam, a radio ſolari, aliunde diuaricato, allatam? Ceterum Lunam *nullum proprium habere lumen*, ſed omne, quo ſplendet, a Sole fœnerari, optime demonſtrauit M. IO. FRID. RÜDEL *diſp. Opt. Aſtron. qua aſſeritur, lucem omnem Lunæ a Sole, eamdemque corpus opacum prorſus & obſcurum eſſe, Witteb. 1683. habita*, qui conſulendus.

§. 10. Qui vero *aliunde luculam hancce deriuare ſtudent*, in ſententiarum illi diuulſi reperiuntur diuortia. Quidam enim Lunam pl ne *non eſſe opacam*, ſed *diaphanam* atque *pellucid m*, aut certe aliquas habere partes perſpicuas, & ſi

non totã, minimum tamen *ſuperficiem ejus lumini perviam* eſſe nobis perſuadere conantur. Imbibere itaque affirmant Lunæ partes lucem Solis, eamque varie reflexam intra ſe contentam per transſlucidam ſuperficiem in eclipſibus manifeſtare, vel etiam lumen celi per rimulas quasdam & perſpicuas Lunæ partes tranſire, tenuemque illam luculam producere. Quam ſententiam in veteribus POSIDONIUM arripuiſſe hiſtoriarum nos edocent monumenta: in recentioribus vero REINHOLDUM & SCIPIONEM CLARAMONTIUM ſuam feciſſe ex ipſorum libris conſtare volunt Auctores. CLARAMONTII verba *ex Lib. VII. de Vniverſo cap. X. p.157.* hæc citat HEVEL. *Selenogr. fol. 115.* & SCHWELING *c. l. §. 56. Lumen Solis incorporatur in luna, ita, ut luna ſit corpus perſpicuum & transparens, ſaltem circa ſuperficiem ejus, & forte per totum, licet propter magnitudinem corporis lunaris lumen Solis non poſſit totum corpus lunare penetrare: ſic quod æque inter ſe appareat lumen in parte Lunæ verſa a Sole, ſicut in parte Lunæ verſa ad Solem. Sic ergo lumen Lunæ, quod videmus, non eſt ſolum lumen Solis reflexum ſuper corpus lunare, ſed lumen Solis imbibitum & incorporatum:* quæ tamen verba, ne quid reticeam, ALBERTO de SAXONIA adſcribit EIMMARTUS *c. l. fol. 24.* & quidem rectiſſime. Ita habent ea in CLARAMONTII adducto loco, *edit. Colon. Agripp. anno 1644. in 4. p. 157. Hanc opinionem ſignificat,*

ſicat, & ſequitur AVERROES *comm. 49. 2. de cœlo, & refert* ALBERT. de SAXONIA *2. cœl. quaſt. 22. art. 2. inter opiniones a ſe relatas & non confutatas.* Verba ſunt: *Inde dico, quod lumen Solis incorporatur in Luna, ita quod Luna eſt corpus perſpicuum & transparens, ſaltem circa ſuperficiem eius, & forte per totum, licet propter magnitudinem corporis lunaris lumen Solis non poſſit totum corpus lunare penetrare; ſic quod æque inter ſe appareat lumen in parte lunæ verſa a Sole, ſicut in parte Lunæ verſa ad Solem. Sic ergo lumen* Lunæ, *quod videmus, non eſt ſolum lumen Solis reflexum ſuper corpus Lunæ, ſed lumen Solis Luna imbibitum & incorporatum.*

Ex quibus verbis, vt ex integro hoc CLARAMONTII X. *capite* patet, CLARAMONTIVM hanc ſententiam tantum retuliſſe, non vero ſuam feciſſe. Conſtat quoque præterea, quantum fidere liceat relationi aliorum, vel ex præiudicio, vel incuria, aliorum allegantium opinionem, non inſpectis ipſis citatorum locis. Nam quando SCHYRELINGIVS *c. l. pag. 33.* hæc addit: *Et miror ſane,* SCIPIONEM CLARAMONTIVM *Mathematicis omnibus Philoſophiæ peripateticæ in quibusdam ſeſe opponentibus iuratum hoſtem eo dementiæ proceſſiſſe, vt hanc ſententiam in ſuo de Vniuerſo libro 7. cap. 10. pag. 157. non ſolum ſecutus, ſed & eandem veriſſimam eſſe crediderit,* videtur bonus vir tuto credidiſſe verbis HEVELII, non tamen, quod iterum peſſime fecit,

allegati, qui *Selenogr. fol. 115.* in margine ad citata ex CLARAMONTIO hæc appoſuerat. CLARAMONTIVS *putat, Lunam, lumen ſolare non per reflexionem, ſed illud vt infuſum nobis communicare.* Si enim ipſum CLARAMONTIVM inſpexiſſet, clariſſime cognouiſſet, in toto citato X. capite eum primum ſententias referre, quæ Lunam dicant vel habere partes aliquas per totam profunditatem perſpicuas, vel ad aliquam vsque partem profunditatis penetrari, non per totam; & vtrique ſuos addere auctores. Quas ſententias tantum abeſt, vt ipſe approbet, vt potius *pag. 158.* e contrario pro *ſoliditate Lunæ* concludat, ita, vt 1. *totam a Sole non penetrari,* neque 2. *perſpicuam eſſe per ſe nec ob ſolam magnitudinem non penetrari aſſerat,* & probet, ſed *& ad obiectiones pro perſpicuitate reſpondeat, easque refellat;* immo potius totum in eo eſſe deprehendiſſet, vt *proprium atque innatum Lunæ aſſerat lumen,* cumprimis *Lib. VIII. cap. III. ſqq.*

Quinimmo & doctiſſimum AQVILLONIVM & CHRISTOPHORVM SCHENNERVM *disquiſ. Mathem. pag. 62.* quem ideo, ſuppreſſo tamen nomine, refutat GALILÆVS *Syſtem. Coſmic. Dial. 1. p. 65. edit. Lugdun. 1641.* hemiſphærium a nobis auerſum *pellucidum* habere totum, illud autem, quod nobis obuerſum eſt, humanique vultus ſpeciem præ ſe fert, *ſemidiaphanum* eſſe, i. e. opaco quodam refertum, & ab auerſa parte acceptum lumen transmittens

ſtatu-

ſtatuere refert SCHWELING. *c. l.* §.57. conf. & CHRIST. SAALBACHII *diſſ. de Eclipſi terræ, præſide* PFAVZIO 1674. *Lipſiæ habita.* §. 31. SCHEINERI verba hæc: *quemadmodum & illud innuunt* (maculæ Solis) *ſplendorem illum in Luna eclipſis tempore viſum eſſe, radios Solis Lunam ſubobſcure penetrantes, lego in de macul. ſolar. & ſtell. circa Iov. errant. accur. disquiſ. Aug. Vindelic. ed. 1612. idib. Septembr.* (vnde iterum apparet, Schwelingium non inſpexiſſe Scheinerum) cui ſcripto nomen ſuum non præpoſuerat, ſed ſe tantum vocauerat *Apellem latentem poſt tabulam, vel, ſi mauis, Vlyſſem ſub Aiacis clypeo.* At vero quamquam Lunæ partes omnes æque ſolidæ non ſint, ſed quasdam earum emiſſos in ſe Solis radios aliquantulum imbibere, maculæ in ea obuiæ, ſiue maria illa ſint, ſiue ſiluæ, ſatis probent, illas tamen lucem hanc abſente Sole adhuc retinere, aut per ſuperficiem quamdam pellucidam transmittere falſitatis redarguunt §. 8. adductæ totales cum mora eclipſes lunares, in quibus ne veſtigium quidem luminis apparuit.

Neutram vero Lunæ partem diaphanam eſſe clare ſatis euincunt ſolares eclipſes, quæ numquam contingerent, niſi Lunæ globus lumini eſſet imperuius. Quum enim Solis illud, quod vocatur, deliquium, a Luna, inter viſum noſtrum, corpusque Solis interpoſita, prouenit, Luna, ſi eſſet diaphana, lucem Solis non obtegeret, trans-

tranſeuntibus per eius pellucidas partes radiis ſolaribus, quemadmodum id ex vitro conſtat, per quod in camera obſcura fulgidiſſimum Solis iubar non obſcuratur, ſed oppoſitæ tabulæ diluцide immittitur: quum tamen vel ex proxima Solis eclipſi d. 3. Maii anni MDCCXV. repetendum ſit, Lunam tantum non integrum Solem occultaſſe, nec aliquid per illam tranſeuntis luminis obſeruari potuiſſe. Quid? quod Luna, ſi diaphana eſſet, numquam luminis viciſſitudines admittere poſſet, ſed ſemper plena luceret, peruadente illam totam lumine auerſam a nobis partem ingreſſo. Præterea in ſuperficie, quæ ad nos ſpectat, creſcente lumine lunari vmbras quasdam a montibus in illa *exſiſtentibus* proiectas, easdemque & lumine *decreſcente*, ope tuboſpecilli comperimus: ex quibus ſatis liquet, lumen iſtud, ſi quod per Lunam tranſiret, montes tamen non penetrare tamquam opacos: num itaque vel aliqua probabilitatis ſpecie affirmari poterit, lumen iſtud totum lunare corpus, quod tamen 2000 miliaria Italica profundum eſſe GALILÆVS computauit, peragrare, & tamen eiusmodi montes 2. miliaria Italica vix excedentes traiicere nequiuiſſe? Quæ vero ratio euinceret, montes eſſe ſolidiores partes ipſa Luna? nonne iſtæ ſolidiores partes ceteras rariores perpetuo premerent, & premendo opprimerent, ſuamque ipſarummet ruinam procurarent, præcipitesque conciderent?

Et

Et ponamus, montes illos eſſe ſolidiores partes, quibus diſtincta eſſet Luna, ſi ex SCHEINERI ſententia ſemidiaphana eſſet, num convalles iſtæ montibus adiacentes, antea lucidæ viſæ vmbram ferre poſſent, ſi ille ſplendor a pelluciditate Lunæ deriuandus eſſet? quod enim a latere alicuius poſitum eſt, non poteſt, niſi a latere eodem in illud incidentem lucem impedire. Accedit & hoc, quod alteram nobis in conſpicuam Lunæ partem ab omni diaphaneitate abſoluat motus eius libratorius, quo ſtatis vicibus aliqua latentis hemiſphærii particula conſpicienda nobis præbetur, ei, quod nos continuo ob oculos verſatum habemus hemiſphærium, ex aſſe ſimilem, a qua particula ad reliquum non absque ratione collectio inſtituetur. conf. HEVELII *epiſtola 2. & prior quidem de motu Lunæ libratorio Gedan. 1654. in fol. edit.* Neque vero per rimulas quasdam lumen iſtud in eclipſibus debile egredietur; quantum enim oculis tubisque fidendum, in proxima Lunæ eclipſi obſcurata pars, non hinc inde lucem illam malignam præ ſe ferebat diſperſam, ſed æquabiliter fere vbique apparebat; niſi quod margo lucidior reliquis exſiſteret partibus, ex quo tamen nullum modo memoratæ ſententiæ accedet patrocinium.

Obuertit quidem ALBERTVS: *ſi non totam Lunam peragrare poſſit lumen iſtud, propter magnitudinem Lunæ, ſuperficiem tamen pellucidam fore:*

fore: ſed peruellem ſcire, quid diaphaneitas ſuperficiei iuuaret? certe interiora circa centrum Lunæ non eſſe natura ſua lucida, in ſuperioribus iam tum euictum eſt, nemoque affirmabit. Quod ſi eſſet, forte per ſuperficiem transparentem emicare poſſet intus latens lux; ſed huic quæcumque Lunæ contradicunt affectiones.

Vrgeret porro ALBERTVS: *lucem ſolarem incorporari ipſi Lunæ, eiusque ſuperficiei*, eamque opinionem memini me apud quemdam, qui iam non ſuccurrit, ſtabilitam legere, quando Lunam parum *a lapide* illo *Bononienſi* differre putauit, qui *Solis expoſitus radiis eosdem non tantum hauriat, ſed & deinde recedente Sole copioſe reddat*, quinimmo hoc pacto radios Solis menſurandi curioſum modum tradat, quem inuenit & explicuit *experientisſimus rerum naturalium indagator*, IO. GROENINGIVS, *I. V. D. in Nouis Liter. Mar. Balth. & Septentr. Tom. II. p. 212. ſeqq.* Sed 1.) probandum eſſet, Lunam eſſe eiusdem cum lapide modo dicto naturæ, quod difficulter admodum procedet, quum lapis iſte arte huic adaptetur vſui; Luna autem nulla humana arte parata ſit. 2.) probandum eſſet, hunc lapidem radios ſolares imbibere, & intra ſe retinere, quum mihi potius videatur, per fortiorem radiorum ſolarium in lapidem hunc agitationem, poros eius laxari, adeòque plus aëris immitti, qui aër ingreſſus iſtos poros ipſum quoque lapidem ponderoſiorem reddat, & per compreſſionem

nem

nem lucidarum portionum, ob laxationem pororum in anguſtias redactarum, & ad alteratos pororum parietes varie reflexarum, perque variatum medium tranſeuntium, fortiorem ſpargere ſplendorem cogat. 3.) quantum memini, & ex *Nov. Liter. Mar. Balth. Tom. I. p. 17.* collegi, phoſphorus iſte Soli expoſitus non niſi in tenebris lucet, Luna autem nonnunquam in tenebris plane disparet, nec vllum ſui veſtigium relinquit, quod eſt contra naturam phoſphori. Radium quoque lucis alicubi extra Solem morari numquam probabitur. Quapropter, quum neque integra diaphana ſit, neque per rimulas lucem transparere faciat Luna, neque eam incorporatam habeat, a pelluciditate crepera illa eclipſatæ lux deriuari nequit.

§. 11. Ad *reflexionem* itaque *luminis aliunde miſſi* confugere alios inueniemus; quorum tamen ſententia in diuerſas quoque abit partes. Quidam enim reliquis *ſtellis atque Planetis*, alii *ipſi Soli* id luminis tribuunt. *Stellis fixis* vt & *erraticis* eam adſcribunt luculam, autumantes, Solis lucem a terræ interpoſitu impediri, quo minus ad Lunam illuſtrandam pertingere poſſit, quapropter quum ſtellæ quædam fixæ ſemper, planetarum autem quidam, certo quique tempore, ita collocati ſint, vt Lunam reſpiciant, horum irradiationi eam deberi luculam crediderunt. A qua ſententia non diſcedere RAPHAELEM AVERSAM *de Cœlo quæſt. 32. Sect. 2.* MA-

STRI-

STRIVM & BELLVTVM *de celo diſp. 2. qu. 5.* vt & GASSENDVM ſignificat PILARICK *de eclipſi Lunæ* §. 6. Aſſociat ſe hiſce M. PETRVS CRüGERVS, *Dantiſcanus Mathematicus*, quando in *Cuped. Aſtroſoph. prognoſt. ad an. 1619. n. 6.* ita ſcribit: Denn, ſpricht Kepplerus, es iſt keine Nacht ſo ſtockfinſter, wenn gleich noch ſo dicke Wolcken den Himmel überzogen hätten, in der man nicht ſolte ſo viel ſehen, daſs man Schnee und Kohlen, Lufft und Gebirge (oder Gebæu) unterſcheiden könne. So nun der Sternen Licht ſo ſehr durch die dicke finſtere Wolcken dringen kan, daſs es gleichwohl etliche Sachen uns zu Geſichte führet, (denn ohne Erleuchtung kan man nichts ſehen) wie vielmehr können die Sternen am Mond verrichten, durch die klare Lufft (*liceat auram æthéream appellare*) des Himmels, da der Mond über 50000 Meilen hinauf über den Wolcken ſtehet. Sagen demnach, daſs der verfinſterte Mond ſein überbleibendes Licht von den andern Planeten und Sternen habe. quæ verba præter alia, ne ſillaba mutata, ſuppreſſo Auctoris nomine, adducit IO. GEORG. SAMBACH, *in Delic. & Ephemer. Calendariograph. Hamb.* 1687. *in 4. edit.* 129.

TYCHONEM *Veneri* in primis lucem hanc ſecundariam adſignare apud KEPPLERVM *Aſtronom. Optic. pag.* 254. comperimus. CHRISTIANVS SEVERINI LONGOMONTANVS ex parte quoque huc trahendus, quando luculam

hancce adſcribit partim *Solis radiis, etiamnum ſupra horizonta in illa ſuprema regione quadantenus durantibus*, partim *etiam reliquorum aſtrorum effuſo lumine, cui pariter recipiendo Lunæ inſtar ſpeculi comparata eſt*, vid. *Aſtron. eius Danic. 1630. Amſterd. impreſſ. fol. 315.* Sed Tychonis ſententiam KEPPLERVS *c. l.* ex aſſe ſic refutauit; *Semper Luna creſcens hac luce fruitur; at Venus illi non ſemper eſt ad illud latus obiecta. Præterea Venus Luna multis vicibus altior eſt: Quare etſi fortaſſe conferat eius lux ad marginem interdum illuſtrandum fortius, aſt ad Lunæ diſcum medium, qui æque fruitur hac luce, radius Veneris non pertingit, impeditus obiectu ipſius corporis*, vid. RüDEL. *c. l. §. 10.* Nec LONGOMONTANVS obtinebit, *Solis radios in ſuprema aëris regione tamdiu hærere, vt hanc cineritiam in Luna efforment lucem.* Numquam enim probari poterit, radios ſolares ad 12. horas in aëre, abſente ipſo corpore ſolari, & per 180 inde diſtante, remanere poſſe, quemadmodum id accidere debuiſſet an. 1620 d. 9. Decembr. vbi Sol occidens, præcedente veſpera, monſtrauit T. VI. Obſ. CXXXV. & XXXVI. O 4¼ hor.

4¼ hor. circa horam tamen quintam matutinam cineritio colore eclipſata Luna, prius viſa fuit, vid. *Hiſtor. celeſt. paralipom. fol. 935. 936.*

Conſulto prætereo reliquos defectus, ex quibus idipſum confirmari poterat, Lunæ hunc colorem per 12. & quod ſuperat, horas poſt Solis occaſum obſeruatum fuiſſe, qui ſi remanentibus in aëre noſtro radiis adſcribendus eſſet, numquam certe, vel in media hieme, illunes noctes abſque ſplendore quodam tranſirent, quum hic in aëre remanens fulgor ſine dubio ad nos reflecteretur, nosque adeo in euidenti crepuſculo conſtitueret: quoniam vero nullum iis noctibus ſentimus crepuſculum, nec explicari poſſit ratio, vel probabilis tantum, qua hæc radiorum in aëre remanſio defendi poſſit, iure meritoque illa concidit. Nec alteram LONGOMONTANI, in qua cum reliquis modo adductis ipſi conuenit, rationem primariam, a ſtellarum tam inerrantium, quam erraticarum irradiatione hoc, quidquid eſt, debilis luminis deriuantem admittent, qui rem penitius introſpexiſſe videri volunt: hac enim ſtante hypotheſi putant ſequi, lucem illam, ſemper & in omnibus eclipſibus apparituram eſſe, quia quolibet tempore, ſi non erraticæ, certe tamen fixæ eo collocatæ eſſent ſitu, vt ea parte, qua ad nos conuerſa eſt, Lunæ aliquam affundere poſſint lucem, quæ tamen in

ſupra

ſupra §. 8. recenſitis totalibus cum mora eclipſibus lunaribus nulla deprehenſa fuit. conf. RVDEL *c. l.* §. *10.* Præterea notiſſimum eſt, & vel ex primario Lunæ lumine probari poteſt, radium reflexum debiliorem multo eſſe directe procedente: Lunæ autem ſecundarium illud lumen ſæpiſſime ſtellarum luci æquiparatur, interdum quoque aliquantum ſuperare illam cernitur, quemadmodum illud Saturni lumen, ſi non ſuperare, tamen æquare credidit GALILÆVS *Nunc. Sider. p. 27.* cit. RVDEL *d. l.* §. *10.* quapropter a ſtellis ipſi non communicatur.

§. 12. Reſtant adhuc *duæ ſententiæ*, quarum prima *lucem* hanc ſæpius memoratam *ex refractione radiorum ſolarium in aëre, terram noſtram ambiente*, facta, vmbramque terreſtrem decuſſatim intercidente, arceſſit: altera iisdem *Solis radiis*, ſed in *atmoſphæra lunari refractis*, & ad partem obſcuratam miſſis, eam tribuit; quæ vltima opinio, ne quid diſſimulem, omnium mihi videtur probabiliſſima, ſed quum temporis chartæque anguſtia illam vtramque hic excutere non permittat, tractationem hanc alii reſeruo occaſioni.

Obſervatio CXXXV.

CAROLI ARNDII,

Lingv. Hebr. & Theol. Catech. Duc. Prof. in Acad. Roſtoch.

de

Vſu Poëſeos Profanæ in Theologia Exegetica, & quidem ILLATO & ADSITO. *

NIhil habent οἱ ἔξω σοφοὶ, quos immani ſeculorum intervallo poſt ſe reliquit MOSES, *omnibus* etiam Græcorum Diis antiquior, nihil ſi ſpirat ſapientiam, ſi redolet eloquentiam, ſi θεῖον τί oſtendit, ſi habet acumen, ſi ἦθος, ſi πάθος, ſi uſum, ſi decus, quod non vel debeant matriculæ Sacrarum paginarum Hebrææ ex mutuo, vel teneant ex furto repotundarum rei, quamvis Circæa quadam arte,

*. De Vſu Poëſeos profanæ in Theologia Exegetica, & quidem INNATO & INSITO, actum eſt ab eodem DN. D. CAROLO ARNDIO, *Tom. V.* Miſcell. Lipſ. Obſ. 95. *p. 12. ſqq.*

arte, rebus abreptis, aliam perſonam, faciem, colorem alium induerint, dicente B. JOH. CONR. DANHAUERO, *in Orat. de Poëſi Sp. S. p. m. 123.* ſubjuncta *Poſitiæ ejus Biblicæ ed. in 4. 1701. Helmſt. & Jen.* Id quod elegantiſſimis ſuis pariter ac utiliſſimis ſcriptis, plurimos inter alios Mythologiæ Biblicæ Scriptores, eosque excellentiſſimos, quorum nominibus brevitatis ergo nunc parcimus, ex inſtituto enuclearunt, atque hac ratione *Vſum Poëſeos Profanæ & Poëtarum profanorum in Theologia Bibliorum Exegetica illatum & adſitum* luculenter admodum demonſtrarunt, PETRUS DANIEL HUETIUS in vaſto illo doctoque *Demonſtrationis Evangelicæ* opere, GODOFREDUS VOCKERODUS, *Exercit. Acad. Goth. ed. in 8. 1704. p. 229. & ſeqq. 326.* Diſſertatione *de Notitia Divinarum Scripturarum ante Chriſtum natum in Gentes vulgata*, & AUGUSTINUS ERAHT in redditis ex Italico latine Abbatis PICINELLI *luminibus reflexis, ſive omnium Autorum Claſſicorum conſenſu cum ſingulis Capitibus ac pene verſiculis Bibliorum V. & N. T. Francof. ad Mœn. 1702.*

in fol. publicatis, recenſitisque a *Colleſt. Act. Erud. Lipſienſ. iisq; Lat. in Act. d. a. 1702. m. Apr. p. 172. 173.* Quippe qui omnes & ſinguli haud inſolida hæc ſua illuſtramenta argumentique exponendi firmamenta ſelecta quadam jucundaque ratione cætera inter ſuperſtruxerunt lactei illius LACTANTII, quod *Lib. I. de falſ. Relig. c. 11.* extat, egregio effato; *Non res ipſas geſtas finxerunt* Poëtæ, *ſed rebus geſtis addiderunt quendam colorem, cum officium Poëtæ ſit in eo, ut ea, quæ geſta ſunt vere, in alias ſpecies obliquis figurationibus cum decore aliquo converſa traducat.* Interim ne ἀσυμβόλως plane prætermittam præſens meum, quod hic exhibeo, collectionum mearum ſpecimen, ſed prægustum quendam ſuppeditem aliquatenus, Biblicorum illorum momentorum, quæ Poëtæ Gentilium illuſtriores Poëticis ſuis intulerunt monumentis, en breviſſimum illud Compendium, quod illo, quo hæc Auditoribus meis prælegi, tempore ex optimis ſelectiſſimisque ſcriptoribus a me conſtipatum eſt, & in ſequentem poſitionum formam pauciſſimis cum additamentis conſarcinatum.

I. Hi-

I. Hiſtoria Sacra de ADAMO & NOACHO transmutata eſt alio colore eoque Poëtico, in fabulas Poëticas de SATURNO, prout in pecul. Diſſert. edocuit nos BENED. HENR. GEBHARDI *Gryph. hab. 1703. de Saturno*: de Filiis Adami & Noachi, duorum primi Mundi Parentum, in fabulas de Filiis Saturni, PLUTONE, NEPTUNO, JOVE, prout idem ille oſtendit *Diſp. pec: Gryphisw. hab. 1703. de Saturnidis*: de Adamo primo & ſecundo, in fabulam de JANO, prout idem ille demonſtravit *diſp. pecul. 1703. Gryphisw. hab. de Jano*: de Eva, in fabulam de HECATE, prout idem ille iterum coarguit in *diſp. pecul. Gryph. hab. 1703. de Hecate*: de indole Protevangelii & redemtione humani generis atque reparatione lapſus, in fabulam *de Apolline Pythonem ſagittis interimente*, & hinc orta jubila acclamatione: JO PÆAN, prout idem ille denuo comprobavit *Diſp. pec. Gryph. hab. 1703. de Pæane.*

II. Hiſtoria Sacra *de Paradiſo* ſive HORTO EDEN illata eſt aliis ſub coloribus in fabulas Poëticas *de Campis Elyſiis* vel *Hortis Adonidis* atque Heſperidum, te-

ſte GEORGIO CROESO in *Homero Hebraico P. II. c. XVI. p. 614. ſqq.* de Creatione rerum omnium ex *Chao*, in fabulam Poëtarum de Chao; teſte GEORGIO SABINO *interp. fab. Ovid. p. 4. ſqq.* de *Diluvio Noachico* in fabulam Poëticam de *diluvio Deucalionis*, teſte *eod.* SABINO *ibid. p. 20. ſqq.* de *Turris Babylonicæ ſtructoribus*, in fabulam *de Gigantibus cœlum oppugnantibus & a Jove deturbatis*, teſte SAM. BOCHARTO *Geogr. Sacr. P. I. L. I. c. XIII.* & SABINO *l. c. p. 17. ſq.* de Genealogia & cognatione Patriarcharum ab Abrahamo usque ad Jacobi filios, in *fabulam de Genealogia atq; cognatione* ULYSSIS, teſte CROESO *l. c.* P. *II. c. I. II. p. 227. ſq. 255. ſq.*

III. Hiſtoria Sacra de *incendio Sodomæ* & de LOTHO, ejusque ſeceſſione in ſpeluncam, item *concubitu cum filiabus*, transmutata eſt alios inter ab Homero in fabulas Poëticas in Odyſſea Lib. I. v. 1. ſq. teſte CROESO l. c. Cap. IV. p. 295. ſq. Cap. V. p. 335. ſq. de *apparitionibus Abrahamo* factis & promiſſis *de Filio Hærede*, in fabulas ex cæteris Poëticas HOMERI in Odyſſ. Lib. I. a v. 80. ſq. & Lib. II. toto teſte CROE-

SO

SO l. c. cap. VI. p. 354. ſqq. de *bellis Abrahami*, *liberatione Lothi*, *apparitione Melchiſedeci & oblatione*, in fabulas ex aliis poëticas Homeri in Odyſſ. Lib. III. a v. 310. teſte CROESO l. c. Cap. VII. p. 387. ſqq. de *Immolatione Iſaaci* in fabulam Odyſſeæ Poëticam Lib. III. v. 323. ſq. teſte CROESO l. c. cap. VIII. p. 401. ſq. de *conjugio Iſaaci*, in fabulam Odyſſeæ Homericam Lib. IV. teſte CROESO l. c. Cap. IX. p. 417. ſqq. de *nativitate Eſavi & Jacobi* in fabulam Odyſſeæ Homericam ſub fin. lib. IV. teſte CROESO l. c. cap. X. p. 442. ſqq. de *profectionibus Patriarcharum*, in fabulam profectionum Ulyſſearum lib. V. Odyſſ. Homer. teſte CROESO l. c. c. XIV. p. m. 512. ſqq. de *Jacobo Patriarcha*, *ejusque ſcala*, in fabulam Odyſſeæ Homericam Lib. VI. & parte lib. VII. teſte CROESO l. c. Cap. XV. p. 555. ſq. cap. XVII. p. 621. ſqq.

IV. Hiſtoria Sacra de *Samſone*, mythologica ratione translata eſt in fabulam Poëticam de *Hercule*, teſte DANIELE RAMI in Diſſert. Hiſt. Crit. Hafn. hab. 1707. tit. *Hercules Samſon.* De *Columna Nubis & Ignis* in deſerto, in fabulas Gen-

tilium Poëticas exhibitas a CHRISTIANO MUNDENIO, Tract. ed. in 8. Goſl. 1712. de Columna Nubis & Ignis §. LIX. p. 169. ſqq. de *Auribus ſervis perforatis*, in fabulas Gentilium poëticas, expoſitas a JOH. FABRICIO Diſp. de Cacozelia Gentilium Tom. II. Diſpp. Philol. ſ. Academ. JOH. MICH. DILHERRI Diſp. IX. p. 180. de *Aſylis*, in fabulas Poëticas ab eod. FABRICIO explanatas l. c. p. 180. de *Feſto Paſchatos & Tabernaculorum* in Feſtum Bacchi & Saturnaliorum, teſte eod. FABRICIO l. c. p. 181. de *Pontificibus, Sacerdotibus, & Levitis Judæorum*, in Pontifices, Sacerdotes, & victimarios Gentilium, teſte *eod.* l. c. p. 184. ſq. de *Adyto ſ. Sancto Sanctorum Judaico* in Adyta Sacrorum Cereris aliaque, teſte *eod.* l. c. p. 191. ſq. de *dura Sacerdotum conditione* in diurnis ſtationibus & nocturnis cubationibus in fabulas exhibitas ibid. p. 194. 195.

V. Hiſtoria Sacra de *Altari Holocauſti & Thymiamatis*, poëtica ratione transmutata eſt in fabulas exhibitas a FABRICIO l. c. p. 196. 197. de *animalibus ſacris Sacrificiis adhibitis*, in fabulas ab *eodem* allegatas p. 205. ſq. de *puris & integris* in ſa-

cris

eris Sacrificiis, in fabulas ibid. adductas p. 209. ſqq. de *Holocauſtis ſacris*, in τελετῃ Græcorum & protervia Romanorum, *expiatoriis* in piacula, *pacificis* in euchariſtica, teſte *eod.* ibid. p. 215. ſq. de *præparatione ſacrificali* in fabulas analogas, inſinuatas ab *eod.* l. c. p. 222. ſq. de *Sacerdotum ſeparatione, excalceatione, ablutione*, in fabulas analogas, indicatas l. c. p. 226. ſqq. 232. ſq. ab eod. de *Veſtibus Sacerdotalibus*, in fabulas analogas ab *eod.* memoratas p. 238. ſq. de *prohibitione profanorum a Sacris*, in fabulas ſimiles apud *eund.* l. c. p. 242. ſq. de *impoſitione Manuum in caput victimæ*, in fabulas ſimiles, apud *eund.* l. c. p. 245. ſq. de *precibus ante Sacrificia peragendis*, in fabulas ſimiles, ap. *eund.* l. c. p. 248. 249. de *animalium jugulatione, ſanguinis exceptione, & ad altare diſperſione*, in fabulas ſimiles ap. *eund.* l. c. p. m. 250. ſq. de *victimæ excoriatione & exſectione*, in fabulas ſimiles ap. *eund.* l. c. p. 254. ſq. de *Appendice Sacrificiorum, oblatione farinacea, ſ. mincha conſtante ſimila, ſale, oleo, vino ac thure*, in fabulas analogas ap. *eund.* l. c. p. 260. ſq. de *victimarum crematione, ignis a cœlo demiſſione,*

one, *perpetua augmentatione*, *exſtincti reparandi ratione*, in fabulas analogas ap. *eund.* l. c. p. 265. ſq. de *Sacrificiorum conſectariis*, *conviviis*, in fabulas analogas, ap. *eund.* l. c. p. 274. ſqq. de *Sacrificii Chriſti in cruce peracti repræſentatione*, in fabulas analogas Ἀνθρωποθυσίας ap. *eund.* l. c. p. 281. ſqq.

VI. *Dogmata & Ritualia Sacra* in ſcriptis Moſaicis nobis expoſita, mythologica ratione autem translata, in fabulas Poëtarum Profanorum de Apolline, Pane, Priapo, Æſculapio, Prometheo, Cecrope, Minoë, Rhadamante, Æaco, Proteo, Perſeo, Ariſtæo, Muſeo, Orpheo, Lino, Amphione, Eumolpo, Tireſia, Jano, Vertumno, Fauno, Silvano, Evandro, Penatibus, Laribus, integra exhibet opera PETRUS DANIEL HUETIUS, in Demonſtrat. Evangel. Propoſ. IV. Cap. VIII. ed. in fol. p. 85. ſqq. Cap. LX. p. 108. ſqq. Cap. X. p. 115. ſq. Cap. XI. p. 124. ſqq. *dogmata item & ritualia* in fabulas analogas translata a Poëtis Gentilibus ex Hiſtoria Sacra, *libro Joſuæ contenta*, Propoſ. IV. §. XII. XIII. p. 150. ſqq. ed. in fol. *contenta libro Judicum* Propoſ. IV. §. VI. p. 157. *Libris Samuelis* l. c. §. X.

p. 161. *Libris Regum* l. c. §. VII. p. 163. *Libro Jobi* l. c. p. 179. (Conf. FRID. SPANHEMIUS in Hiſtoria Jobi Cap. XII.) *Pſalmis Davidicis*, l. c. p. 187. *Proverbiis Salomonis* l. c. p. 191. *Eccleſiaſte* l. c. p. 193. *Libris Propheticis*, ſigillatim, *Jonæ* Prophetia l. c. p. 240.

VII. Quomodo veri Dei Nomina, eaque Hebraica, & Sacræ Scripturæ V. T. inſita, illata ſint in fabuloſa Deorum Gentilium nomina a Poëtis Profanis, ſpeciminibus aliquot egregie probatum dedit GODOFREDUS VOCKERODUS *Diſſert. de Notit. div. ſcript. inter Gentes Part. II. Cap. III. p. m. 286 ſqq. Exercit. Acad.* Quomodo itidem cultus veri Dei genuinus in libris ſacris, tam Hiſtoricis quam Propheticis & reliquis deſcriptus, illatus fuerit in cultum Deorum Gentilium fictitium, a nobilioribus etiam eorundem Poëtis, in compendio elegantiſſimo demonſtratum nobis reliquit HENRICUS KIPPINGUS Antiquitatum Romanarum Lib. I. Cap. VI. p. m. 118--130. ed. Bremenſ. in 8. d. a. 1679.

Obſer-

Obſervatio CXXXVI.

M. GEORGII FRID. RICHTERI,

Facult. Philoſophicæ in Acad. Lipſienſi Adſeſſoris,

qua ſiſtitur

OBIECTIO, *contra Autorem Grammatices Hebr. a punctis liberae*, & tractatio quaeſtionis, *an fieri poſſit ut linguae alicuius conſonantes litterae prius inventae ſint, quam vocales?*

ETſi complura ſunt, quae diſputari contra Grammatices Hebr. a punctis liberae Autorem ingenioſiſſimum poſſe videantur, praeſertim quod ad ea pertinet, quae ſine approbatione ſumit, promte tamen eius me ſubſcripturum ſententiae polliceor, dummodo vel ad graecam, vel latinam, vel gallicam, ſimilemve linguam, commode ſatis applicari nouam ſuam methodum poſſe oſtenderit. Quae conditio profecto iuſtiſſima eſt, cum & harum pronuntiatio linguarum, vt nunc quidem ſeſe habet, a ſuperiori vehementer

dis-

diſiuncta ſit, & ipſe Auctor ad diſcrepantiam illam, vt ad rem ſibi quam maxime faventem, iterum iterumque prouocet, & ego denique non poſtulem, vt linguarum, quas commemoraui, intelligentia, noua methodo facilius acquiratur, ſed vt acquiratur.

Equidem quid reſponſurus ſit D. MASCLEF vix dubito: negabit enim fas eſſe cum *Maſſoretharum vocalibus* vocales comparare Graecorum aut Romanorum, propterea quod hae & verae ſint & conſonantibus aetate pares, illae contra nouae & pro arbitrio fictae. Sed eſto: ſint *vocales Maſſoretharum* nouae, ſint fictae; an, ſi veras, vel cum veris congruentes, quoquomodo reperiremus, icirco iſta cognitio linguae Hebr. quae nunc noua methodo comparari poſſe creditur, (qualis ea cunque eſt,) comparari non amplius poſſet? ſi vero in monumentis graecis vel latinis conſuetae expungerentur vocales, falſaeque poſtea ab imperitis hominibus in earum locum ſubſtituerentur, iam noua methodus deinceps peropportune feliciqʒ ſucceſſu hic vſurparetur? minime certe; ſed quicquid ad-

diſci nova methodo poteſt, cum falſae ad-ſunt vocales, id totum etiam poteſt addiſci (licet alio modo plura,) cum inventae ac reſtitutae verae ſunt; & contra, quidquid addiſci noua methodo nequit, cum verae adſunt vocales, id nullo etiam addiſci modo poteſt, cum falſae ſunt in earum locum ſubrogatae.

Parum igitur refert, vocales, quas inuenit nouæ patronus methodi, verae ſint an falſae, antiquae an nouæ, fictae an non fictae. Praeterea, vt quam liberaliſſime concedam, vocalium hebr. notas ſeu characteres, *ante Maſſoretharum tempora*, vel *nullas plane* fuiſſe, vel certe penitus interiiſſe, *nil tamen* aliud ſequitur, quam *characteres a Maſſorethis eſſe fictos atque excogitatos*; vocales ipſas excogitatas eſſe non ſequitur. atque vt etiam largiar, alias non raro verbis hebr. *attribuiſſe vocales Maſſorethas*, quam ævi antiquioris Judæi iis attribuiſſent, ſi eosdem vſurpaſſent characteres; nihilo tamen propterea peccarunt magis, quam nunc ii (exempli cauſa) peccarent, qui Anglicanae non linguae ſed ſcriptionis ignari, vocales verbis adiicerent ad pronuntiationem ac-

com-

commodatas, a conſuetis vero idemtidem diſcrepantes. Scilicet ab ipſis Gallis etiam ſummo conſilio hoc fieri videmus, qui, vt cum pronuntiatione conueniat ſcriptio, iam paſſim *A* vocalem ſcribunt, vbi antea *Æ* ſcribi conſueuerat: quod & in antiquioribus ſuorum monumentis, cum nouo prelo ſubiiciuntur, ſine dubitatione & ſine incommodo facere ſolent.

At, inquit D. MASCLEF, traditio, *qua vocalium hebr. ſoni ad Maſſorethas pervenerunt*, parum conſtans fuit, quippe cum alios aliter, circa illud æuum, legiſſe ac pronuntiaſſe reperiamus. Mihi vero, ſi multo etiam magis lectio illa & pronuntiatio diſcreparet, nihil res admirationis habere, *neque aſpernanda iccirco Maſſoretharum puncta* viderentur. Quid enim? ſi diuerſæ Gallorum familiæ, diuerſis vſæ dialectis, in terras fuiſſent diuerſas diuerſis temporibus delatæ, quæ vſum atque intelligentiam linguæ patriæ ad poſteros ſuos ſtudioſe propagaſſent, dubitandumne eſſet, quin illi ipſi poſteri, in legendo antiquiori libro gallico, magnopere inter ſe differrent, ſed ita tamen differrent, vt in re vel conueni-

rent omnino, vel non tam propter diuerſam lectionem quam aliis de cauſis diſcreparent? Jam nomina propria, quæ potiſſimum adducit D. MASCLEF, quam in omnibus linguis ſunt variationi, inflexioni, diſtorſioni obnoxia? quam diverſimode, vno atque eodem tempore ab vna atque eadem gente, pronuntiari ſolent? quid mirum igitur, ſi nec Judæi in efferendis propriis nominibus ſemper conuenerunt?

Sed plura me dixiſſe ſentio quam ad aſſerendam æquitatem ſupra poſitæ conditionis neceſſe erat. Contra quam conditionem nihil reliquum eſt, quod *dici* a D. MASCLEFIO poſſe videatur, *niſi hoc* vnum, (*Proleg. p. 12. 13.*) in Hebræo Codice, *abiectis Maſſoretharum punctis*, veros tamen ſupereſſe plerisque in locis vocalium characteres, nempe litteras א,ה,ח,ע,י,ו, *a Maſſorethis falſò in conſonantibus numeratas*; id quod & antiquorum ſummo conſenſu & ex rei natura luculenter approbari poſſe. Atque hic ego illud nunc vrgere nolo, ſi litteræ א, ה, ח, ע, י, ו, veræ eſſent vocales, nusquam eas in ſacro codice defuturas eſſe, vbi neceſſariæ viderentur: nolo etiam alias

alias huius generis reſponſiones conquirere. Sed ita dico, teſtimonia, quibus conſenſum demonſtrare veterum, vere incredibilem, Autor noſter (Gramm. Hebr. c.I.) contendit, nimis eſſe pauca, nimisque exigui momenti.

Atque ipſe HIERONYMUS, quem ſibi cumprimis fauere iudicat, parum fauet. Qui, dum litteram ח *duplici aſpiratione* (vt *hh*) *proferendam* aſſerit, lib. *de nominibus Hebr.* itemque dum de gutturalib. vniverſis א, ה, ח, ע, velut de diuerſarum notis aſpirationum loquitur, *ibid. paullo poſt præf.* dumque in quæſtionibus ſuis hebr. vocabulum מרחפת ita legit & ſcribit, *merahefeth*, non *meraſeth* vel *mereſeth*; רחבות ita, *rohoboth*, non *roboth*, רחל ita, *Rachel* non *Ral* vel *Rel*; apertiſſime profecto contra D. MASCLEFIUM facere intelligitur. At litteram ח conſonantem eſſe exerte negat *l.c.* nempe & *H* latinorum negatur eſſe littera: an propterea in vocalibus habetur? At litteram ע etiam ipſo vocalis nomine appellat. fateor: ſed cauſſa eſt, quod paullo ante litteram illam, ſimiliterque א *Aleph*, & nonnunquam ce-

teras gutturales, propter difficilem atque ignotam pronunciandi rationem genuinam, negligendas penitus, ſolasque vocales, quæ ad illas pertinent, efferendas dixerat. En verba eius: *Sciendum*, inquit, *quod ubi a vocali littera nomen* aliquod hebraicum, a nobis hic poſitum, latiniſque characteribus expreſſum, *incipit, apud Hebræos a diuerſis inchoetur elementis. Nam non ſolum ex Aleph, ſed interdum ex Ain, ſæpe ex He, nonnunquam ex Heth litteris, quæ aſpirationes ſuas voceſque commutant, habet exordium. Sed quia apud nos non eſt vocum tanta diuerſitas* (vt litteras illas gutturales, inprimiſque א & ע, pronuntiare decenter & romanis litteris exprimere queamus,) *ſimplici ſumus* (vocalium ad eas pertinentium) *elatione* (atque ita etiam ſcriptione) *contenti*. Non aliud tum Chriſtianorum tum Judæorum plerique his temporibus faciunt ſentiuntque: qui tamen a D. MASCLEFIO magnopere diſſentiunt.

Plura non addo. Nihil enim facilius poſſe contra dici videtur, quam veterum ille conſenſus a D. Maſcleſio nominatus: quem quo modo ſibi perſuadere potuerit

vix poſſũ demirari ſatis. Sed quia non modo ad conſenſum illum, verum etiam ad naturam rei prouocat, audiamus quo pacto ratiocinetur. *Quis credat*, inquit (*Proleg. p. 12.*) litteras hebr. XXII. conſonantes eſſe ad vnam omnes? *Inventæ erunt litteræ quæ per ſe nihil ſonant, quales ſunt conſonantes? quæ vero per ſe ipſas ſonant, & ſine quibus non ſonant aliæ, quales ſunt vocales, non erunt inuentæ? cui ergo bono, quem ob finem inuentæ ſunt litteræ? nonne propter vſum? nonne ad varios oris ſonos exprimendos? Atqui huic fini conſequendo magis aptæ ac neceſſariæ ſunt vocales quam conſonantes: ergo, cum conſtet, inuentas eſſe conſonantes, conſtare pariter debet, inuentas ſimul fuiſſe & vocales. Deinde notum eſt omnibus, in ſingulis artibus inueniri primum quod ſimplicius, tum quod magis eſt compoſitum: atqui nemo negauerit, vocales ſimpliciores eſſe conſonantibus.* Hæc ille. Quibus ſi quid efficit, illud vnum efficit, *Hebræos vocalium ſonos habuiſſe*: characteres habuiſſe, atque illos conſonantium characteribus ſimiles, ſemperque in ſcriptura expreſſos, haut quaquam efficit. quin ipſe fateri cogitur,

vocales in hebr. codice paſſim eſſe omiſſas, ergo non neceſſario adpingendas.

Quod quamuis plane ſufficere mihi poſſit, placet tamen hoc loco de illa quæſtione paullo diligentius videre, *an incredibile ſit ac τῶν ἀδυνάτων, linguæ alicuius perantiquæ conſonantes litteras prius fuiſſe inuentas, quam vocales?* Incredibile putat D. MASCLEF: mihi contra veroſimillimum videtur. Igitur afferendum cur ita ſentiam, atq; ad obiectiones reſpondendum eſt. Dabunt, opinor, omnes, priusquam linguæ vſus reperiretur, alia diu ac varia fuiſſe ſigna ad ſenſus animi explicandos adhibita. Quapropter vehementes primum ac repentinos tantum affectus vel inuiti voce declaraſſe homines videntur; tum alios minus inuiti; poſtremo diuerſiſſima quæque, data opera & ſumma voluntate. Etenim cum animadverterent, vocem ſe ſuam multis modis fingere atque articulare poſſe, labia paullulum comprimendo, linguam vel ad dentes vel ad palati varias partes allidendo, gutturdenique conſtringendo, rem aliam atque aliam, quam inter & vocem ſuam nonnihil forte ſimilitudinis reperiebant, iſta ratione ſignificare, etſi balbe & ſæpe fruſtra

ten-

tentarunt, tandemque accommodatiſſimam eſſe vocem intellexerunt, quæ in ceterorum omnium locum ſignorum ſufficeretur, ad res quaslibet, etiam nullo modo cum ſonis ſuis congruentes, ex arbitrio deſignandas: id quod

uſus & impigræ ſimul experientia mentis
paullatim docuit pedetentim progredientes.

Sed quorſum hæc diſſero? quorſum? niſi vt appareat, vocabula illa primum fabricata litteris conſonantibus diſtincta veroſimiliter fuiſſe, non vocalibus. Conſonans enim eſt *vocis modificatio*, linguae, labiorum, vel gutturis tali formatura & motu facta, quo ſpiritus emiſſus impeditur aliquantulum ac terminatur: vocalis eſt ipſa vox libera atque non impedita, quæ, pro varia conſtitutione viæ, per quam progrediendum eſt donec ad liberas perueniat auras, vel acutior eſſe ſolet vel gravior, vel craſſior vel magis tenera, vel plenior vel magis preſſa, vel iucundior vel moleſtior. Jam *A* graue ab acuto, femineum a virili, obtuſum a claro, nihilo fere minus diſcrepat, quam quælibet ex quinque vocalibus vulgo receptis ab alia. Longo quidem vſu

nos & aures noſtræ ſic adſuefacti ſumus, vti in ſermonibus noſtris *A* ab *E* diſcernamus, *A* craſſum ab tenui non item: ſed hoc a primis verborum architectis haut fuit expectandum. Hi, quamvis ſat magnam perciperent inter vocales, ſeu ſonos nudos ac liberos, tum ab iisdem hominibus, *tum* a diuerſis diuerſo affectu emiſſos, diſcrepantiam; in formandis tamen vocabulis, quæ eſſent conſtantia, promta, communiaque omnium hominum ſigna, certis affectibus haut alligata, reſpicere ad diſcrimen illud vix potuerunt. Ergo ſolis conſonantibus, quæ facilius determinari, ab *omnibus*que pari modo effingi ſolent, ſua diſtinguere verba inſtituerunt; parum ſolliciti, quibus vocalibus, quo ſono a quoque pronuntiarentur. Sicut enim nos item nobis audire vocabulum videmur, cum a diverſiſſimis hominibus diuerſiſſima voce effertur: ita illi, præterea non aliud vſurpari verbum iudicarunt, licet vocalibus pronuntiaretur (vt noſtro more loquar) plane diuerſis.

Fingamus quempiam dixiſſe *B E*, voluiſſeque, vt alius craſſiori præditus voce

idem

idem pronuntiaret; nullo certe modo effecere potuit, vt huius elocutio cum ſua perfectiſſime congrueret: quapropter acquieſcendum ipſi fuit, dum alter craſſam ſuam vocem eodem modo atque ipſe articularet ac figuraret, id eſt, eadem littera conſonante *B* modificaret. Sed fac hunc etiam dixiſſe *BE*, tertiumque acceſſiſſe, a quo eiusdem ſyllabæ pronuntiatio poſtularetur: eum dixiſſe *BA*, ſed voce quae multo clarior eſſet quam vox primi: an putas, hac pronuntiatione ceteros contentos non fuiſſe? ego vero, ſi non magis, at nec minus certe contentos fuiſſe putem, quam ſi dixiſſet *BE*: quandoquidem clarum *BA* ad craſſius *BE* propinquius quodammodo accedere videtur, quam clarum *BE* ad craſſum *BE*: ob eamque rem ei, qui primus pronuntiauit, magis forte placuiſſe elocutionem tertii quam ſecundi, iudicandum eſt. Hæc de pronuntiatione.

De ſcriptione non eſt cur multa ſeparatim dicam. Quæ quocunque tempore inveniretur, accommodata ſine dubio ad pronuntiationem fuit: igitur, vt vocabula pronuntiata conſonantibus tantum diſcre-

parunt, ſic & ſcripta. Ergo nullæ tum in litteris habitæ ſcriptæque vocales ſunt, ſed vnae conſonantes; quod oſtendere erat propoſitum. Sequitur vt de obiectionibus videam.

Cum *litteræ vocales per ſe ipſas ſonent, conſonantes per ſe ſine vocalibus nihil ſonent,* fieri non potuiſſe arbitratur D. MASCLEF, vt hæ ante illas reperirentur. Verum reſponſio in promtu eſt. Conſonantes enim per ſe vel nihil vel parum ſonare concedo: ſed quid hinc efficitur? opus eſſe quatuor, quinque, vel ſex vocalibus? nequaquam: vna enim ſufficit, vt omnes ſonent conſonantes. Si vna eſt vocalis, non requiritur in ſcriptura eius character, cum nulla alia ſit a qua diſcerni debeat. Sin plures ſunt, nec tamen in pronuntiatione diſtinguuntur, nihilo magis opus eſt, vt in ſcriptione exprimantur, certisque characteribus ſeiungantur. ergo res in vado eſt.

Sed pergit D. MASCLEF ad hunc modum: *cui ergo bono, quem ob finem inuentæ ſunt litteræ? nonne propter vſum? nonne ad varios oris ſonos exprimendos? atqui huic fini conſequendo magis aptæ ac neceſſariæ*

ſunt

unt vocales quam conſonantes. Vellem iſtius pronuntiati rationem addidiſſet Dn. Autor: mihi enim ad varios oris ſonos exprimendos, hoc eſt vt ego interpretor, ad ſonum vocis diuerſimode articulandum ac terminandum, accommodatiores videntur conſonantes quam vocales, vt ex antea dictis perſpicuum eſt.

At, nemo negauerit, vocales eſſe ſimpliciores conſonantibus; in ſingulis autem artibus inueniri primum ſolet quod ſimplicius, tum quod magis eſt compoſitum: igitur conſonantes inueniri ante vocales non potuerunt. Hæc nouiſſima D. MASCLEFI ratio eſt. quæ ſi quid cogit, etiam illud cogit, vt ſpiritus, vt ſal, vt oleum, quæ extrahi ex plantis ſolent, cum ipſis plantis ſimpliciora ſint, prius etiam fuerint quam illae ad varios vſus adhibita: ſimiliterque, vt in omnibus ſcientiis abſtractiſſima quæque, ante minus abſtracta fuerint reperta, propter maiorem ſimplicitatem. Sed quid exemplis opus eſt remotioribus? nonne ſpiritus lenis, quo græci vtuntur, ſimplicior eſt quauis conſonante? an porro in omnibus linguis ille ſpiritus repertus ante con-

ſonan-

ſonantes eſt? an in omnibus vſurpatur? an in omnibus certa nota exprimitur? Jam vocales ipſæ nonne a Græcis ſeptem numerantur? a Maſſorethis decem vel potius plures? nonne vero quæuis iſtarum vocalium quauis eſt conſonante ſimplicior? quin ergo in omnibus linguis tot vocales inuentæ ante conſonantes ſcribendoque expreſſæ ſunt? Igitur patet, haut vsque quaque verum eſſe, quod ſimpliciſſimum quodque in artibus primum reperiatur. Sed neque illud extra omnem controuerſiam poſitum eſt, an vocalis quælibet ſit quauis conſonante abſolute ſimplicior numeranda? qua de re haberem quæ moneri poſſent, ſed omitto.

Atque hactenus de argumentis D. MASCLEFI. Quid præterea contra ſententiam meam dici magnopere queat non reperio. Si quis enim obiiciat, voces illas primorum hominum, quibus vel inuiti repentinos declararint affectus, cum ſermonis quaſi quædam initia eſſent, tum veroſimiliter vocalibus potius quam conſonantibus expreſſas diſtinctasque fuiſſe; hoc igitur ſi quis dicat, licet quodammodo verum

dicat,

dicat, nil tamen efficit. Vocales enim iſtæ, non tam fuerunt quinque vulgares, quam ſoni acuti, graues, vehementes, tremuli, flebiles, horridi: qui & originem dare ſermoni paullatim reperiendo, & eum ingredi potuerunt, vocabula diſtinguere atque in ſcripturam recipi minus commode potuerunt. Aſt nonne verendum eſt, ne ſolæ conſonantes non ſuffecerint ad tam multa conſtruenda diſtinguendaque vocabula, quæ fuerunt opus? nequicquam: quia XV. vel XVI. litteris (ponamus enim tot primum eſſe inuentas) multæ vocabuloſorum myriades ſtrui poſſunt, ita vt longiſſimum quodque quatuor tantum litteras habeat, & ab omnibus tamen aliis diſtinctum ſit. ecquis autem non intelligit, quam pauculis verbis antiquum illud ac rude mortalium genus habuerit opus, ſi nobiſcum componatur? nihil igitur hæc obiectio poteſt.

At forte nulla lingua ſenſim fuit ab hominibus inuentæ atque introducta, ſed omnes a primæva illa, cuius Deus ipſe quodammodo autor fuit, ortæ ac propagatæ ſunt? quaſi vero de eo quæreremus,

quid

ſonantes eſt? an in omnibus vſurpatur? an in omnibus certa nota exprimitur? Jam vocales ipſæ nonne a Græcis ſeptem numerantur? a Maſſorethis decem vel potius plures? nonne vero quævis iſtarum vocalium quavis eſt conſonante ſimplicior? quin ergo in omnibus linguis tot vocales inventæ ante conſonantes ſcribendoque expreſſæ ſunt? Igitur patet, haut vsque quaque verum eſſe, quod ſimpliciſſimum quodque in artibus primum reperiatur. Sed neque illud extra omnem controuerſiam poſitum eſt, an vocalis quælibet ſit quavis conſonante abſolute ſimplicior numeranda? qua de re haberem quæ moneri poſſent, ſed omitto.

Atque hactenus de argumentis D. MASCLEFI. Quid præterea contra ſententiam meam dici magnopere queat non reperio. Si quis enim obiiciat, voces illas primorum hominum, quibus vel inuiti repentinos declararint affectus, cum ſermonis quaſi quædam initia eſſent, tum veroſimiliter vocalibus potius quam conſonantibus expreſſas diſtinctasque fuiſſe; hoc igitur ſi quis dicat, licet quodammodo verum

dicat,

licat, nil tamen efficit. Vocales enim
ſtæ, non tam fuerunt quinque vulgares,
quam ſoni acuti, graues, vehementes, tre-
nuli, flebiles, horridi: qui & originem da-
e ſermoni paullatim reperiendo, & eum
ngredi potuerunt, vocabula diſtinguere
itque in ſcripturam recipi minus commo-
le potuerunt. Aſt nonne verendum eſt,
ne ſolæ conſonantes non ſuffecerint ad
am multa conſtruenda diſtinguendaque
vocabula, quæ fuerunt opus? nequicquam:
quia XV. vel XVI. litteris (ponamus enim
ot primum eſſe inuentas) multæ vocabu-
orum myriades ſtrui poſſunt, ita vt longiſ-
imum quodque quatuor tantum litteras
habeat, & ab omnibus tamen aliis diſtin-
ctum ſit. ecquis autem non intelligit, quam
auculis verbis antiquum illud ac rude
nortalium genus habuerit opus, ſi nobis-
um componatur? nihil igitur hæc obie-
tio poteſt.

At forte nulla lingua ſenſim fuit ab ho-
minibus inuenta atque introducta, ſed
mnes a primæva illa, cuius Deus ipſe
uodammodo autor fuit, ortæ ac propaga-
e ſunt? quaſi vero de eo quæreremus,
quid

aliorum verò unam alteramve ſententiam refutare poſſem, ſi in recenſendis philoſophorum placitis circa hoc argumentum prolixior eſſe vellem. Sed cum proprio meo exemplo didicerim, cognitionem *variarum de anima opinionum* magis mentem incertam, quam certam reddere, neque id præſcripta his Obſervationibus magnitudo concedat, Lectori B. earum recenſione moleſtus non ero.

§. II. Equidem non vana ducor opinione, me plus in hac re æque obſcura ac ſublimi viſurum, quam alii hiſce intenti ſtudiis, quos conſulere licuit, viderint; aut futurum, ut ego difficillimam *de anima* doctrinam tam perſpicue explanem, ut nullum dubium circa illam ſuperſit: juvabit tamen, qui ſolus hujus obſervationis finis eſt, præjudicium aliquod indicare, quod multis, niſi me fallunt omnia, animam conſiderantibus, obicem & remoram hactenus poſuit. Quod vero in omnibus meis lucubrationibus promittere ſoleo, & hic polliceor; quippe me facilè & libenter ceſſurum, ſi modeſte convictus fuero, unam alteramve mearum ſententiarum locum habere non poſſe.

§. III. Quia ſecundum tritum illud verbum, *is bene docet*, vel ſaltem rem proponit, *qui bene diſtinguit*, certum eſt, nihil magis conducere ad intelligendam interiorem alicujus rei naturam, quam ſi ante omnia ejusdem *operationes & effectus veros* ab illis, quorum cauſa eſſe falſo illa-

res

Obſervatio CXXXVII.

I. IOH. AUGUSTINI EGENOLFI,

de

rincipiis moventibus Mechaniſmum corporis humani.

§. I.

Um nuper *de anima humana* agere coepiſſem, plures, tam veteres, quam recentiores Scriptores, qui eius naturam, quomodo in corpore agat, enucleare ſtudueat, hactenus evolvi. Neque enim erroneorum accedo opinioni, qui ſentiunt; quod ideo animam inquirere ſit ſupervacaneum, quia ...nem eius naturam mente aſſequi nequeamus. quamuis largiar, nos homines eſſentiam hu... inter omnes creaturas nobiliſſimæ minus, ... cunctarum reliquarum intelligere: neque ...nen exinde ſequitur; non licere nobis ipſius ...ctiones perſcrutari, vt, illis intellectis, de ejus ...tura eo maturius, quantum imbecillitas noſtra ...titur, judicare queamus. Quos, ita vt dixi, ...nſului, nominare, interque eos alios laudare, alio-

aliorum verò unam alteramve ſententiam refutare poſſem, ſi in recenſendis philoſophorum placitis circa hoc argumentum prolixior eſſe vellem. Sed cum proprio meo exemplo didicerim, cognitionem *variarum de anima opinionum* magis mentem incertam, quam certam reddere, neque id præſcripta his Obſervationibus magnitudo concedat, Lectori B. earum recenſione moleſtus non ero.

§. II. Equidem non vana ducor opinione, me plus in hac re æque obſcura ac ſublimi viſurum, quam alii hiſce intenti ſtudiis, quos conſulere licuit, viderint; aut futurum, ut ego difficillimam *de anima* doctrinam tam perſpicue explanem, ut nullum dubium circa illam ſuperſit: juvabit tamen, qui ſolus hujus *obſervationis* finis eſt, præjudicium aliquod *indicare, quod* multis, niſi me fallunt omnia, animam conſiderantibus, obicem & remoram *hactenus* poſuit. Quod vero in omnibus meis lucubrationibus promittere ſoleo, & hic polliceor; quippe *me* facile & libenter ceſſurum, ſi modeſte convictus fuero, unam alteramve mearum ſententiarum locum habere non poſſe.

§. III. Quia ſecundum tritum illud verbum, *is bene docet,* vel ſaltem rem proponit, *qui bene diſtinguit,* certum eſt, nihil magis conducere ad intelligendam interiorem alicujus rei naturam, quam ſi ante omnia ejusdem *operationes & effectus veros* ab illis, quorum cauſa eſſe falſo illi

organa & inſtrumenta, quibus in diverſis artibus utimur, dari, quæ non occaſione & ad modum earum machinarum videantur inventa & confecta, quæ in corporibus viventium, præcipue hominis reperiuntur, experientia docet, & integro libro demonſtravit ROBERTVS de FLVCTIBVS, cui titulus: Ars ſimia Naturæ; & jam ſuo ſæculo SALOMO docuit, *Eccleſ.* 12, 2. *ſeq.* Anne enim *oculi* cameram obſcuram & ſubtiliſſima arte confectum tubum opticum; *naſus* antliam pneumaticam; *aures* tubum locutorium; *lingua* molitorem; *dentes* vero molam elegantiſſime referunt? *Larynx* profecto cum uvula ceteriſque internis colli & oris partibus organum præbet muſicum, omnia manu facta longiſſime ſuperans. Cum enim in his una fiſtula, non niſi unicum tonum queat edere, ibi e contrario, unica, ut ita dicam, fiſtula ad minimum ſupra viginti ſonos puros, apud nonnullos vero omnes fere, quotquot ſunt, in re Muſica, proferre valet. *Pulmone*, qui inſtar follis ſe habet, auram ſuppeditante, dicti hi toni tot modis a peritis inter ſe variari, flecti, dividi, ſupprimi, & tam jucunda auribus modulatione efferri poſſunt, ut nec monochordium, nec ullum inſtrumentum muſicum idem præſtare poſſit: præbet proinde hoc organum, non modo omnis muſicæ inſtrumentalis fundamentum & originem, ſed &, ſi numerus canentium augeatur, ſuaviorem harmoniam & ſymphoniam pro-

ferre poteſt, quam acceptiſſima quævis inſtrumenta.

§. VII. In *circulatione vero ſanguinis* quot machinæ, quot operationes inſunt plane miraculoſæ? Fere nihil ſunt omnes inventiones hydraulicæ, ſi comparentur cum ſtupenda diffuſione ſanguinis e corde per arterias, & reditu ejus in idem per venas. Ea ipſa monentur Mathematici, multum eſſe, quod vel ex contemplatione corporis humani arti & principiis ſuis poſſint addere. Nihil dicam de *veſica*, ſimili utri perfuſorio; nihil denique de *manibus*, quarum quævis quatuor præbet forcipes. *Continuitas motus* inter omnes has operationes mechanicas præeminet, atque revera eſt perpetuum mobile, quod fruſtra hactenus Mechanici quæſivere, fruſtraque forte in perpetuum quæſituri ſunt. *Truncus* ædificio reſpondet ſecundum architecturæ principia bene extructo; & in *tria* poteſt dividi *tabulata*. Supremum præbet *muſeum & ſpeculam ſeu obſervatorium* domini corporis *animæ*, quo oculis auribus & naſo ſentit, quæ circa ſe fiunt. Hoc ipſum contra variam externam vim & injuriam artificioſiſſimo *capillorum tecto* munitum eſt. Alterum tabulatum, quod ab infimo per diaphragma ſeparatur, *conclave recreationis ſpirituum vitalium* continet. Ibi enim cor & pulmo, quæ præcipua ſunt organa vitalia, conſervantur. Ultimum, quod ventri includitur, jecur, ſtomachum & viſcera continet, *culinam & promtuarium*, vel

llam penariam præbet; *duabusque rerum ſocietarum & ejiciendarum*; quarum exitus, foribus quaſi ædditi, pro arbitrio hominis aperiri & claudi hcunt. *Ligna* hujus ædificii ſuppeditat Sceleton, muſculi & caro *lapides*, nervi *calcem* & vincula. ſpiritus vero vitales ſunt *miniſtri domeſtici*, qui per nervos, venas, & arterias, tanquam *ſcalas*, aſcendunt & deſcendunt, modoque ſe huc modo illuc inferunt, & omne adminiſtrant, quod ad conſervationem corporis ceu totius ædificii fieri neceſſe eſt.

§. VIII. Lapis profecto eſſet, qui hæc ita contemplans non diceret, ut ſacer olim Pſaltes cecinit: *Gratias tibi ago, quod tam mirifice creatus ſum: ſtupenda ſunt tua opera, quæ de re anima mea convicta eſt. Pſ. 139. v. 14.* Augemus vero hanc admirationem, quo magis ſtudemus, ſummæ admirabiles corporis machinationes cauſasque earum perſcrutari. Sed ut ad rem redeamus, facile poſſem ex ante dictis probare, omnem actionem humanam corpoream eſſe mechanicam, ſed quia forte hoc nemo in dubium vocabit de *motuum talium cauſa vel principio* nunc acturus, ad mentem meam melius explicandam, *tres* eorundem motuum conſtituo *ordines*.

§. IX. Motum ORDINIS PRIMI voco, *omnes internas vel immanentes operationes*, in corporibus viventibus, quæ a natura ipſa proficiſcuntur, & neque hominis, in quo fiunt, neque alius cujusdam adhibita cura & opera impediri

 poſſunt,

poſſunt, niſi vis accedat. Huc referenda circulatio ſanguinis, reſpiratio pulmonis, digeſtio ſtomachi, excretiones, transſpirationes, corporis incrementum, quod creſcendo acquirit, motus vulgo dictus tonicus, vitalis, fermentationis, fluiditatis, molimina naturæ, ut febres aliiſque morbi ſimiles, quos mire prorſus modo natura inſtituit, inplantata hominibus æque ac brutis virtute, ejiciendi omne id, quod eſt in internis corporis partibus, præcipue ſanguine, ſtomacho, & viſceribus, heterogeneum & nocuum, vel toti machinæ corporis, vel huic tantum aut illi ejus parti. Probe vero memor, *unius effectus plures quandoque dari cauſas*, nullam hoc aſſerto vim infero Theologorum placitis, quæ ex Scriptura probant, quod *morbi & ſic mors peccatorum ſtipendium*.

§. X. Motus SECVNDI ORDINIS nomine mihi venit id, quod nonnulli *motum localem* vocant, quo intelligo *omnem actionem*, vel totius corporis, vel hujus, aut illius partis ejusdem *externam & transeuntem*, quæ ſine præcedente deliberatione, meditatione, & ratiocinio inſtituitur. Huc refero omnes actiones externas, quæ homini cum brutis ſunt communes, quatenus illas homo ſine antecedente conſilio perficit. Sic imminente graviore periculo, vel ex improviſo apparente, homo æque ac brutum animal clamat, fugit, obmuteſcit, ſenſus externos amittit, in graviſſimos morbos incidit, vel ſe

defen-

fendit modo a natura indito. Elegante PHOCYLIDES *verſ.* 118.

Ὅπλον ἑκάστῳ νεῖμε θεὸς, φύσιν ἠερόφοιτον,
Ὄρνισι μὲν πολλὴν ταχύτητ', ἀλκήντε λέουσι,
Ταύροις δ' αὐτοχύτοις κεράεσσιν, κέντρα μελίσσαις
Ἔμφυτον ἄλκαρ ἔδωκε: λόγος δ' ἔρυμ' ἀνθρώποισι.

prægnans fuerit, fœtui maculas, vel alia ſigna nprimit, cujus rei nobile exemplum in grege ACOBI habemus *Geneſ.* 30. Pertinet huc ſtus ſtandi, cubandi, eundi, dormiendi, item fectus celeriores, quatenus non ex antecedente eliberatione procedunt.

§. XI. TERTII denique ORDINIS motus ihi ille eſt, quem vocare ſolent nonnulli Philoſophi *rationalem*, qui nihil aliud eſt, quam actio *terna*, & *tranſiens*, vel totius corporis, vel cuiusdam ejus partis, quæ ex decreto rationis inſtiitur. Hoc ſolo motu non ſolum a ceteris eaturis, vita carentibus, ſed & a brutis homo ſtinguitur. De hoc vero alibi, ἐὰν ὁ Κύριος λήσῃ, καὶ ζήσωμεν, dicendi locus erit.

§. XII. Non pauci eruditi aſſerunt, *cauſam am eſſe omnium & ſingulorum horum motuum, imam nempe rationalem*, quam vel in cereim, vel in cor locant, vel expanſam aut ſaltem iciosſam eſſe credunt in toto corpore, vel comcti integrum corpus, vel totam cuivis parti

 inſi-

inſidere. Hanc putant ad omnia membra corporis, hoc eſt, artificioſa ſua organa ſe habere, ut artificem, plures artes callentem, ad ſua inſtrumenta diverſæ naturæ, e quibus modo hoc modo illud aſſumat, eoque utatur. Sed cur paululum ab iis recedam, inducor ſequentibus.

§. XIII. Si *motus*, quos voco *primi* & *ſecundi ordinis*, accuratius in homine æque ac brutis conſideramus, videntur illi in utriſque uno modo fieri, & ex uno provenire principio; eqvus non modo æque ac homo edit, bibit, audit, videt, ſentit, currit, ſed & quandoque in tenebris conſtitutus, ea, quæ ſunt obſcura rectori equiti, obſervat. Unde hoc? an *a ſimulacro rationis*, quod nonnulli tribuunt brutis? Simulacrum tale dari vix crediderim, niſi mihi demonſtratum *fuerit*, qua in re conſiſtat, & e quibus principiis oriatur, quod nondum audiviſſe aut legiſſe memini.

§. XIV. Proinde potius aſſeruerim, quod ſapientiſſimus rerum *omnium conditor indiderit in principio ejusmodi vim creaturis viventibus, ut quævis earum pars, & quodvis membrum ad totius corporis commodum & conſervationem faciat, quod ſuum eſt.* Hinc ſi imminet periculum, omni modo ſe totum corpus & quævis pars opponit. Eleganter hoc explicat HORATIUS *Libro II. Sat. I. v. 50.*

Ut, quo quisque valet, ſuſpectos terreat usque,
Imperet hoc natura potens, ſic collige mecum.

Den-

Dente lupus, cornu taurus petit: unde niſi intus Monſtratum fuerit — — —

nili modo incidit arboribus virtutem, obdu-
ıdi locum cortice, tanquam velamento, ubi
nus abſciſſus eſt., contra cœli injuriam, ne
atur corruptio, per quam tandem arbor de-
ıeretur. Hæc potentia, quam nonnulli vocant
inctum naturalem, vel *ſpiritum architectonicum*,
i *lumen*, cur ægre percipere poſſem, quod ex
ima rationali proveniat, cujus veri effectus
ılto nobiliores ſunt, in ſubſequentibus expo-
m, ubi tentavero; anne media incedere quea-
ıs via, inter illos, qui ſtatuunt, omnes motus
homine provenire ab anima rationali, & in
ıtis a rationis ſimulacro; illoſque, qui cre-
nt: in mechaniſmo corporum brutorum pla-
nullum eſſe ſenſum, neque principium aliud
ovens præter rem commotam. Objici hic
ſſet, *actiones animantium tam miras eſſe, ut ius a principio rationali provenire videantur*;
tanto minus judicandum eſt, rationale prin-
ium eas producere, quanto magis diverſus
chaniſmus ſingulis corporum viventium par-
us eſt additus, quantumque cœleſtis artifex
ınes humanos opifices viribus & divina vir-
e & poteſtate ſuperat. Structor organi mu-
indere poteſt organo ſuo hanc virtutem, ut
itis ponendis proferre ſonos diverſos poſ-
Quot operationes diverſas minora illa
ologia, quæ circumferre ſolemus nobiſ-

cum in marſupiis, ſæpe ſimul efficiunt, dum horam, minutam, ſecundam, & monſtrando & reſonando indicant, lunæque & planetarum curſum, diei & noctis longitudinem, ſignum Zodiaci, in quo Sol verſatur, aliaque forte oſtendunt? Quis vero dubitare vellet, Deum omnipotentem & fontem omnis ſapientiæ creare potuiſſe ejusmodi organum mechanicum, quod moveret *pro libitu*, & circumſtantiarum neceſſitate ex motu indito perpetuo, & virtute innata, illam externam partem, quæ ad commoditatem, vel conſervationem corporis movenda erat. Virtus hæc in corpore ſe habet, ut ventus ad organum muſicum, & plumbum ad *horologium*, durat illa quoad vita ineſt *animantibus*, unde curſus quoque horologii *corporis*, i. e. actiones mechanicæ eo usque impelluntur & perficiuntur in illis, licet una *alterave* rotula in utroque horologio gradum *quandoque* ſiſtat, opeque aliunde deſumta ipſi medendum ſit.

§. XV. Sed forte non abſonum erit, prolixiore rem illuſtrare ſimili, quo totum negotium, tresque illi ordines dati motuum non male exprimi videntur. Inter machinas noſtris temporibus inventas, non ultimas partes obtinet *organon illud muſicum*, cujus tonus per campanas formatur, quodque Belgæ & Germani *ein Glocken-Spiel*, Galli *Carillon* vocant. Quatuor hoc organon omni hora, atque ita quoad durat, reddit diverſos effectus. Primus eſt, quod horam

ndicat, & ejus partes, vel quadrantes, ut audian-
ur, faciat. Secundus effectus eſt, quod indicato,
novis quadrante brevem cantilenam edat, non
ingratam auditu. Tertius, quod ubi horæ finis
ieſt, ejusque numerum indicavit, ampliorem
antilenam ſatis jucunde proferat. Quartus deni-
ue, quod quandoque oberrante magiſtri manu,
egantiſſimis, & jucundiſſimis cantionibus &
ymnis, tam eccleſiaſticis quam profanis audi-
ores oblectet.

§. XVI. Deſignatio horæ & partium ejusdem
dicat corpus organicum adhuc vigere, atque
a *cum viventium vita* convenit. Cantilena
evior poſt quadrantes edita, idem eſt in or-
ano, quod in viventibus *motus primi ordinis.*
olixior, quæ hora finita auditur, convenit cum
otu noſtro *ſecundi ordinis*; manus denique ar-
ficis, extraordinario modo organum pro lubitu
ovens, ſimilis eſt *motui* noſtro *tertii ordinis.* Id
men hic monendum judico: ſimile hocce
tra ſuum tertium extendendum non eſſe. Non
im ignoro aut nego, multo *arctiorem connexio-
m & vinculum ſtrictius intereſſe inter animam
corpus*, quam inter Magiſtrum & dictum or-
anum.

§. XVII. Ex his itaque dictis ſatis ut opinor
erque apparet, *diverſorum motuum poſſe ſtatui
verſa principia.* Etenim motus primi & ſe-
ndi ordinis perfici videtur ex *inſtinctu illo, &
gore naturali*, quem Deus in creatione corpo-
ribus

ribus viventibus indidit omnibus. Quemadmodum enim ſine hoc corpus vivens brevi deſtrueretur & interiret; ſic ille per ſe, neque urgente alio quodam naturali principio omne illud ſine fine agit, ad quod agendum a DEO factus eſt. Hunc ipſum *inſtinctum*, *qui principium motus primi & ſecundi ordinis eſſe videtur*, cum in brutis æque ac hominibus reperiatur, rationis h. e. animæ effectum dicere vix poteſt, quicunque non *rationem* ſimul brutis vult concedere. Hanc vero *unam cauſam eſſe motus tertii* nemo negabit.

§. XVIII. Præcipuum meæ ſententiæ argumentum hoc eſſe poſſit, quod, qui animam rationalem corporis gubernatricem conſtituunt, in omnibus motuum ordinibus ſine *diſcrimine*, in Deum æque ac corpus humanum, & animam ipſam iniqui eſſe videantur. *In Deum*, quod cum dederit brutis corpora *inſtinctu naturali* & inſita quadam materiali virtute mobilia, homini dederit corpus per ſe immobile, & quod *tanquam mancipium rationis* non niſi ab ea ſola moveri poſſit. Neque *principatui animæ* conveniens videtur, omnes res etiam minimas, quæ fiunt in corpore, curare & adminiſtrare. Sicut enim regi turpe foret & ignominioſum, ſi in diſſipando per agros fimo, aut ſimili labore, ignobilioris conditionis hominibus conveniente, occupatus ſit; ita auram divinæ particulæ & reginam corporis humani injuria videntur afficere, qui credunt, plurimas

imas ipſius operationes tales eſſe, quales conve-
niunt brutis, aut rebus vita plane carentibus.
Quid, quod ex hac opinione ſequeretur, quod
nima ſæpe *errores*, ſua ſapientia indignos *& ho-
mini fatales committat*, dum materiam peccan-
tem, quæ facile per febrem, ſcabiem, aut ſimile
naturæ molimen, quod vocant medici, extenua-
ri, ſanguisque ab illa purgari potuiſſet, in hujus-
modi impellat locum, quo aut lethale vulnus,
ut morbum incurabilem neceſſario producat &
fficiat. Taceo quod in ipſum noſtrum corpus
niqua dici poſſet hæc opinio, quia *illud minoris
ſſe dignitatis*, ut jam ante dictum, *quam corpora
rutorum* fere aſſerere videtur.

§. XIX. Si porro anima in motibus cujuscun-
ue generis tam liberum haberet, ut vulgo cre-
itur, imperium, non tam crebro infirmitatis ſuæ
onvinceretur. Bene dicit Salvator: *nemo ve-
rum longitudini ſuæ ulnam poteſt addere, licet
maximam curam adhibeat Luc. XII.* Quantam
æpius fruſtra impendimus operam, ut fluxum
anguinis, ut in hæmoptiſi aut aliis morbis ſimi-
bus, vel ventris tantummodo fluxum, ut in di-
rrhæa & dyſenteria, pluribusque hujus generis
ffectibus, ſiſtamus? Hæc ſi ab anima pen-
erent, *nullo eſſet opus remedio, ſed ſola noſtra
oluntas ſufficeret* ut morbo mederi poſſemus.

§. XX.

§. XX. De mente captis, lunaticis, epilepticis, ſimilibusque ægrotis crediderim, manifeſtum eſſe, quod immaterialis ipſorum anima non poſſit ſuis quaſi radiis diſſipare nubes morbi, neque ſuo lumine ſenſus externos aptos reddere, ut quisque eorum ſuo fungatur officio, ipſaque anima ſua ſenſa per eos declarare queat, nihilo tamen minus inſtinctu illo innato, motus primi vel ſecundi ordinis in illis æque perfici videmus, ac in ſanis corpore & animo hominibus. Quod ſi igitur omnium ordinum motus ab uno eodemque oriantur principio, neceſſe foret, cum *parium par ſit ratio*, ut materia in ſanguine hominis corrupta vel peccans omnes ſimul motus impediat. Hoc vero dum non fit, docemur; *diverſos motus in corpore, etiam a diverſis naſci principiis.* Si vero aliquis objiciat; in corpore latere impedimentum, vel ipſo me fatente, quod privet uſu externorum ſenſuum ejusmodi hominem; ſicut obſcuritas diei, non a ſole, ſed nubibus, radios ſolares impedientibus, quin ad terram usque perferantur, proveniat: *reſpondeo*, neceſſe eſſe, ſi hoc ſit, ut omnes ſimul motus eodem modo impediantur: hoc vero cum non accidat, ſequi: impedimentum hoc tantum afficere motus tertii, non vero primi & ſecundi ordinis, & proinde non omnium motuum eſſe eandem naturam, neque idem movens principium.

§. XXI.

§. XXI. Denique corollarii loco ad aliam reſpondebo objectionem, quæ contra prolata moveri poſſit. Dicat aliquis: ſi mens non cauſa eſt motuum omnium, qui fiunt in corpore humano, quomodo corpus non modo commoveri, ſed & perturbari poteſt unica idea vel cogitatione & imaginatione, eaque ſæpe erronea? Sed jam aliquo modo ad hoc dubium *reſpondi*, concedendo talem poteſtatem in corpus animæ, qualem habet magiſter in organum vel horologium muſicum. Vid. §. 15. in fine. Quemadmodum enim ejus manus pro lubitu, quotieſcunque vult, organo oberrans, eſt cauſa cantilenarum auribus modo gratarum, modo ingratarum; ita anima multis obnoxia erroribus propter amiſſam Dei imaginem in corpore, etiam per aliud principium mobile, tam ſalutares quam erroneos producere motus vel effectus poteſt.

TANTUM.

Obſer-

Obſervatio CXXXVIII.

JAC. WILHELMI FEVERLINI,

Philoſophiæ Profeſſoris Altdorfini,

de

Paradoxis Socraticis: Solam Scientiam eſſe Bonum; Virtutes eſſe Scientias,

Ariſtotelem, eadem refutantem, Logomachiæ accuſans.

§. I.

Occaſio & utilitas diſquiſitionis.

PAradoxa merito nuncupatur ſententia SOCRATIS: *Non niſi unicum eſſe bonum, ſcientiam; unicumque malum, inſcitiam*, vi cujus Pietatem, Juſtitiam, aliasque virtutes Scientias definivit. Vir Clariſſimus GOTTLIEB STOLLE, in libro perquam egregio cui tit: Hiſtorie der Heidniſchen Morale p. 46. communibus erroribus ſapientiæ Ethnicæ effatum hoc annumerat. Memini in aliquo

quo Diario litterario me legiſſe, Paradoxon Socraticum *non obſtante cenſura Stolliana* defendi poſſe.

Hac igitur occaſione in ſenſum atque fundamentum ejusdem accuratius inquirere decrevi, ſperans, operam non fore inutilem, quæ illuſtrandæ Philoſophiæ Socraticæ, egregiis ſententiis Moralibus peculiaribusque ratiociniis refertæ, impenditur. Lectis autem, atque relectis iis, quæ in XENOPHONTE, ÆSCHINE, CEBETE hodie ſuperſunt, illius Philoſophiæ monumentis, deprehendi, Socratem quoad Paradoxon hoc a reliquis Philoſophis, inprimis ARISTOTELE id ipſum refutante, verbis tantum diſſidere, id quod jam nunc demonſtrabo.

§. II.

Paradoxa hæc eſſe Socratis, probatur e Laërtio.

Socrati ſententiam hanc juſte adſcribi, non ſolum e DIOGENE LAERTIO conſtat, qui *lib. II. de Vitis Philoſ. Segm. 31.* hæc de eo refert: ἔλεγε δὲ καὶ ἓν μόνον ἀγαθὸν εἶναι, τὴν ἐπιστήμην· καὶ ἓν μόνον κακὸν, τὴν ἀμαθίαν. πλοῦτον δὲ καὶ εὐγένειαν οὐδὲν σεμνὸν ἔχειν· πᾶν δὲ τοὐναντίον κακόν. *Dicebat & unicum eſſe bonum ſcientiam, & malum unicum inſcitiam. Opes ac nobilitatem non ſolum nihil in ſe habere honeſtatis, ſed e contrario omne malum.* Idem etiam docet CEBETIS Tabula, quam Socrati- *Cebete.*

cani eſſe *Diſſ. mea de Cebete, Miſcellanearum horum Tomo III.* inſerta oſtendit; Clauſula enim, quam ante GRONOVIUM fere ſola Paraphraſis Arabica exhibuit, *p. m. 226. edit. Berkel.* hæc habet: *Unde colligitur, hac* (opulentiam, famæ amplitudinem, victorias,) *atque ſimilia neque bona neque mala; verum intelligentiam ſapientiamque ſolas Bona, ut Ignorantiam ſolum Malum eſſe.* ODAXIVS ſuam Cebetis verſionem ita abſolvit: *Quapropter hæc neque bona neque mala cenſeantur. Ceterum ſapientia duntaxat Bonum. Inſipientia vero Malum. Recte inquam & ſufficienter mihi dicere videris.* GRONOVIANÆ autem editioni hæc debemus Græca: ἀλλὰ τὸ φρονεῖν μόνον ἀγαθὸν, τὸ δὲ ἀφρονεῖν κακόν. Imo totus hic Dialogus idem placitum vel proponit vel ſupponit, e. g. *p. 164. ſq.* principia vitiorum & ipſa vitia in univerſum nominibus πλάνης καὶ ἀγνοίας *erroris & ignorantiæ*, *p. 195.* primam virtutem ἐπιςήμης *ſcientiæ* nomine appellat. Dum enim *ſolam ſcientiam Bonum eſſe* ſtatuit, Virtutes, quas e Bonorum numero excludere nequit, Scientias definiat neceſſe eſt.

Xenophonte. Ita apud XENOPHONTEM *de factis & dictis Socratis Memor. lib. IV. p. m. 510.* ὁ ἄρα περὶ τοὺς θεοὺς νόμιμα εἰδὼς, ὀρθῶς ἂν

ἡμῖν

ἡμῖν ἐυσεβὴς ὡρισμένος εἴη, ἐμοὶ γοῦν, ἔφη, δοκεῖ. *Qui ergo circa divinum cultum leges poſitas ſciat, recte a nobis pius definiatur? Ita, inquit, videtur, p. 511.* Juſtum definit εἰδότα τὰ περὶ ἀνθρώπους νόμιμα, *ſcientem quæ legibus poſita ſint, circa hominum convictum & ſocietatem.* conf. *lib. III. p. m. 488. ſq.* de quo loco deinceps erit dicendi locus.

§. III.

Tali etiam modo ARISTOTELES Socratem refutaturus ejus dogma proponit *Moralium Nicomachicorum lib. VI. cap. 13. & ult.* Cum duplicem indicaſſet virtutem, alteram naturalem, alteram proprie dictam, quarum hæc non ſit ſine prudentia, ita pergit: *Vnde etiam omnes virtutes prudentias eſſe inquiunt, & Socrates partim recte quærebat, partim errabat, quod enim prudentias eſſe omnes virtutes opinabatur, errabat,* ὅτι μὲν γὰρ φρονήσεις ᾤετο εἶναι πάσας τὰς ἀρετὰς ἡμάρτανεν: *recte dicebat, quod non ſine prudentia eſſe eas aſſerebat. Signum autem illud eſt, quod nunc omnes, dum definiunt virtutem, habitum dicunt, & quidem ſecundum rectam rationem, recta autem ratio eſt, quæ eſt ſecundum prudentiam. Videntur igitur vaticinari quodammodo omnes talem eſſe habitum virtutem, qui ſecundum prudentiam exiſtit. Paululum tamen tranſeundum eſt; virtus enim non tam* *Refutant Ariſtoteles, Caſelius, Stollius, Meder.*

ſecundum rectam rationem κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, *quam cum recta ratione* μετὰ τοῦ ὀρθοῦ λόγου *habitus eſt: at recta de hujusmodi rebus ratio eſt prudentia. At Socrates quidem rationes virtutes eſſe exiſtimabat: ſcientias enim eas eſſe omnes dicebat; nos cum ratione eſſe arbitramur.* Σωκράτης μὲν οὖν λόγους τὰς ἀρετὰς ᾤετο εἶναι· ἐπιστήμας γὰρ εἶναι πάσας· ἡμεῖς δὲ μετὰ λόγου. *Ex his igitur quæ dicta ſunt conſtat, neque proprie Bonum eſſe ſine prudentia, neque prudentem ſine morali virtute quempiam poſſe.*

Vberius refutationem hanc proponit ARISTOTELES *Magnorum Moralium lib. I. cap. I.* ubi de virtute in genere agit. *Pythagoræ ſuccedens Socrates de hac re melius & copioſius diſſeruit, ſed ne ipſe quidem recte. Quoniam virtutes ſcientias efficiebat,* τὰς γὰρ ἀρετὰς ἐπιστήμας ἐποίει, *quod fieri nullo modo poteſt. Cunctæ ſiquidem ſcientiæ cum ratione: atqui ratio in ſola animæ parte gignitur, qua cogitamus & ratiocinamur,* ἐν τῷ διανοητικῷ τῆς ψυχῆς. *Quocirca virtutes omnes in animæ parte rationali ſint,* ἐν τῷ λογιστικῷ τῆς ψυχῆς *neceſſe eſt. Evenit itaque ut qui virtutes ſcientias faciat, irrationalem animæ partem* τὸ ἄλογον μέρος *extinguat, quod faciens affectum ac morem perimit. Quamobrem non recte hac in parte diſputationem de virtute inſtituit.*

Sub

Sub finem ejusdem capitis ſequentia legimus huc facientia verba: *At ne Socra-* *'s quidem recte virtutes ſcientias faciebat: r enim nihil fruſtra eſſe arbitratus eſt. Ta-* *'en dum poneret, virtutes eſſe ſcientias, ei 'eniebat, virtutes eſſe fruſtra. Quid ita? In ientiis namque contingit, ut una eademque 'era & ſcientiam cognoſcamus, quid qualis-* *ue ſit, & ipſi docti evadamus, ſcientiamque neamus. v. g. medicinam ſi quis novit, quid ', is ſtatim ſit medicus neceſſe eſt. Idem ! in reliquis ſcientiis; at in virtutibus non 'em eſt. Neque enim ſi quis noverit, quid juſtitia, continuo etiam juſtus eſt. Itidem in aliis. Evenit igitur, & fruſtra virtu-* *r eſſe, & non eſſe ſcientias.*

Eodem lib. I. Magn. Mor. c. 35. p. m. 212. *'eo non recte Socrates ſentiebat, putans 'rtutem eſſe rationes,* λόγους, *quoniam nihil odeſſet, agere fortia atque juſta ſine no-* *ia & proareſi rationis,* μὴ εἰδότα καὶ *'ɑιρέμενον* τῷ λόγῳ: *ideo virtutem dixit ė rationem, ſed male.* Invenio eandem agiritæ Antitheſin Moral. Nicomach. . VII. cap. 3. *Dubitaret autem quispiam, omodo recte exiſtimans aliquis* ὑπολαμ-*'νων aget incontinenter. Nam ut ſciens iſpiam talis ſit, ajunt nonnulli, fieri nullo 'do poſſe: abſurdum enim eſt* δεινὸν, *ſi ad-* *ſcientia,* ἐπιστήμη, *ut exiſtimabat So-*

crates, aliud quid dominari, ac quaſi mancipium hominem trahere: Socrates enim adverſus rationem omnino pugnabat, quaſi nulla eſſet incontinentia: neminem ſiquidem ajebat exiſtimantem, præter id, quod optimum eſt, agere: ſed ex ignoratione. οὐδένα γὰρ ὑπολαμβάνοντα πράττειν παρὰ τὸ βέλτιστον, ἀλλὰ δι' ἄγνοιαν. Eudemiorum lib. I. cap. 5. *Socrates igitur ſenex finem ſummum ponit homini virtutis cognitionem, & quid ſit juſtitia, quid fortitudo, & ſingulas ejusdem partes inquirit, & recte id, quando virtutes omnes ſcientias eſſe arbitrabatur, ut juxta hunc noſſe juſtitiam & juſtum eſſe coincidant: quo circa non quo pacto & ex quibus fiat, ſed quid ſit virtus, veſtigat. Id quod in ſcientiis contemplativis uſu venit.* Reliqua repetunt lib. I. Magn. Mor. cap. I. dicta.

CASELIVS ad locum citatum Cebetis p. m. 195. ubi primam virtutem Scientiam dicit: *Virtutes vero*, inquit, *ſcientiæ non ſunt. Eſt igitur hoc loco* γνῶσις τῶν πρακτέων καὶ τῶν φευκτέων. STOLLIVS l. c. rejicit hoc noſtrum Socraticum, & *DAN.* HEINSIVM carpit, quod in Oratione de Socrate, qua brevem ſapientiæ ipſius Epitomen exhibuit, approbaverit,

HENR. BVRCHARD. MEDER in Diſſertatione ſua, *de ſplendida magis,*

quam ſolida, Ethnicorum Philoſophorum doctrina Morali, Reſpondente laudato ſæpius GOTTL. STOLLIO, Halæ 1705 edita Cap. II. §. V. *In eo*, inquit, *e veritatis via longiſſime aberravit Socrates, quod ſibi perſuaſerit, hominem, ſi modo ſciat, quid honeſtum, quid pium & juſtum, iam gaudere capacitate atque libertate vera virtuti operandi. Aſt Exc. Thomaſius & Buddeus in ſcriptis ſuis Moralibus ſatis probatum dederunt: Voluntatem prius eſſe emendandam, qua ſanitati reſtituta, intellectus demum corrigitur, & absque præjudiciis omne videt verum.*

§. IV.

Satis operoſus fuit Ariſtoteles in refutatione Paradoxi noſtri Socratici, & hujus ipſius interpretationi atque confutationi reliqui innituntur ejusdem ſententiæ impugnatores. Verum non eſt omni exceptione major teſtis Stagirita: Accuſatur plagii & arrogantiæ, qua aliorum Philoſophorum quorumcunque ſententias, ſiniſtre explicatas, ridiculas abſurdas atque erroneas ſiſtere ſtuduerit, ut ſuas ſibi unice debere veritates videretur, omniumque admirationem & venerationem lucraretur. ſe IO. BARTHOLD. NIEMEIERVS, Theologus & Philoſophus Helmſtadienſis, Diſſ. *de Ariſtotele ejusque Philoſophia*, Helmſt. *Ariſtotelis autoritas labefactatur.*

Hemlſt. a. 1703. excuſa §. XXXII. & XXXV. diffiteri nequit; *Ariſtoteli ſtudium Veteres Philoſophos inſectandi exprobrari ſolere, id quod arrogantiæ ipſius adſcribatur*, itemque *quod Veteribus Philoſophis multa ſurripuerit, non ſolum eorum nominibus ſuppreſſis, ſed & ut omnem gloriæ partem occuparet;* quamvis excuſare & defendere accuſatum nitatur. Suſpectum igitur eſſe debet Ariſtotelis teſtimonium.

Non diſquiram nunc, an alia quoque Veterum placita indignis modis tractaverit, id vero docebo, noſtrum Socraticum mala fide retuliſſe. Deinde cum ſententia Socratis, uti quidem Ariſtoteles eandem proponit, nimis videatur abſurda, ſuſpicandum eſt, ab uſitatioribus vocum ſignificationibus paululum receſſiſſe, præcipue ſi conſideremus V. CL. IO. CLERICVM in *Silv. Philolog.* Aeſchini ſuo ſubjunctis Cap. II. §. 1. an Virtus doceri poſſit, ad explicandam AESCHINIS Socratici ea de re ſententiam varias vocabuli Virtutis ſignificationes recenſuiſſe. Præterea obſervandum, ſæpius in eo peccari, dum Veteribus, qui forte nonniſi obſcuram atque confuſam rei habuerunt notitiam, claras atque diſtinctas Ideas, qualibus quidem nos gaudemus, affingimus. Quæ cum ita ſint, manifeſtum eſt, Ariſtotelicum Paradoxi

noſtri examen novo opus habere examine.

§. V.

Niſi brevitati ſtudendum eſſet, e SAM. WERENFELSII lib. de *Logomachiis Eruditorum* Cap. VIII. Signa Logomachiæ n. II. III. IV. V. denominata excerperem, atque ad præſentem controverſiam prolixius applicarem. Sed paucis me expediam. Ariſtotelis præcipuum contra Socratem argumentum eſt indirectum. Ex dogmate ipſius; *Virtutes ſunt Scientiæ*, duas has elicit concluſiones, 1) modo quis ſciat, quid ſit Virtus, Pietas, Juſtitia, continuo etiam eſſe pium, juſtum; 2) non eſſe in ſcientia Morali diſquirendum, qua ratione virtus obtineatur, ſatis eſſe, ſi, quid eadem ſit, teneamus. Vtramque Socrati aſſignat, cum vero utraque falſa ſit, & quidem manifeſtiſſime falſa, Paradoxon quoque ipſum rejiciendum eſſe putat. Non nego firmam atque evidentem eſſe conſequentiam. Si quidem Socrates *virtutis* nomine *ſolam Voluntatis perfectionem* intellexit, *Scientiam ad Intellectum* unice retulit, atque Virtutis adæquatam & accuratam definitionem tradere in animo habuit.

> *Logomachiam eſſe controverſiã hanc, & Socrati ab Ariſtotele injuriam fieri, oſtenditur.*

Sed quis ſibi perſuadeat, Virum ceteroquin non ineptum tam pronam conſe-

quentiam non prævidiſſe, & ipſarum conclusionum falſitatem & abſurditatem non intellexiſſe? Sane contrarium diſertis verbis Socratem ſtatuiſſe, adeoque mentem ipſius a Stagirita mala fide exprimi, e fide dignis monumentis, Xenophonte nimirum, e quo Ariſtoteles Paradoxon hoc didiciſſe videtur, & Cebete evincam. XENOPHON in locis ſupra citatis, ſi una cum antecedentibus & ſequentibus conſiderentur, ex ore Socratis refert, virtutem non ſola notitia agendorum abſolvi, ſed praxin requirere. EVTHYDEMVS, non improbante Socrate, *pium* deſcripſit, *qui deos veneratione proſequatur:* Ipſe Socrates quærit: *qui deos, uti oportet, honorat, piusne eſt*, annuente Euthydemo. *vid. lib. IV. p. m.* 510. & ſequenti pagina talia profert: *Qui igitur illas, quæ circa convictum hominum leges poſitæ ſunt, non ignorant, hi juſta facient? Iſtuc, inquit. Qui vero juſta faciunt, juſti ſunt? Quinam alii, inquit, ſint? Recte igitur eos definiemus juſtos eſſe, qui ſciunt, quæ legibus poſita ſint, circa hominum convictum & ſocietatem.* Lib. III. p. 488. *Sapientiam & Temperantiam non diſcrevit, ſed bonum cognoſcere atque amplecti, malum ſcire & evitare ſapientis & temperantis eſſe judicavit. Interrogatus, an illos, qui ſciant, quæ agere oporteret,*

teret, contra vero faciant, ſapientes & abſtinentes eſſe arbitretur? σοφὺς καὶ ἐγκρατεῖς: *Imo, inquit, inſipientes potius atque ignaros,* ἀσόφυς καὶ ἀμαθεῖς. Quid nunc manifeſtius, quam ex mente Socratis notitiam agendorum reperiri poſſe ſine eorundem obſervatione; Sapientis autem eſſe non ſcire tantum, quæ facere oporteat, ſed etiam ſecundum hanc notitiam vivere.

Vrgebis ex Ariſtot. Eth. Nicom. lib. VII. cap. 3. exiſtimaſſe Socratem *abſurdum ſi adſit ſcientia, aliud quid dominari, ac quaſi mancipium hominem trahere: neminem ſiquidem ajebat ſcientem præter id, quod optimum eſt, agere, ſed ex ignoratione.* Non nego huic objectioni aliquam ſpeciem conciliari per ſequentia Xenophontis loca: lib. IV. p. m. 511. *Qui igitur illas, quæ circa convictum hominum leges poſitæ ſint, non ignorent, hi juſta facient? Iſtuc inquit,* lib. III. p. 488. *Juſta & omnia, quæ virtus operatur, bona atque honeſta ſunt, ſed neque talia ſcientes* εἰδότες *aliud quid eligunt, neque ſcientiæ præditi* ἐπιςάμενοι *alia facere poſſunt.* Verum ſcrupulum omnem tollunt locum modo citatum immediate ſequentia verba: *& ſi conantur, aberrant,* καὶ ἐὰν ἐγχειρῶσιν, ἁμαρτάνειν; unde talem diſcimus Socratis ſententiam, Conſcientiæ certæ & ſatis inſtructæ magnam

eſſe & difficulter ſuperabilem, non tamen omnino invincibilem vim & efficaciam.

Falſiſſimum etiam eſt, Socrati viam virtutis tam facilem & expeditam fuiſſe viſam, ut ſcire quid ſit virtus ſufficiat. CEBES in *Tabula p. m. 186. ſeqq.* Veram eruditionem in edito loco, excelſo tumulo collocat, viam ad eandem a paucis tritam, præcipitem, aſperam deſcribit, adſtantes mulieres Continentiam & Tolerantiam hortari viatores, ut bonis ſint animis, nec per ignaviam deſperent. *p. 193. ſqq.* refert ad portam ſepti Beatorum hoſpitibus propinari vim purgatricem, qua ejiciantur Ignorantia & Error apud Impoſturam hauſtus, & Arrogantia, & *Cupiditas*, & Incontinentia, & Iracundia & Avaritia &c. tum demum, ubi purgati fuerint, ad Virtutes adduci. Imo e XENOPHONTIS *lib. I. de Socr.* conſtat, Socratem non ſolam cognitionem de virtute, ſed preces etiam & exercitationem inprimis virtutis media putaſſe. Manifeſtum igitur puto, Paradoxon noſtrum in alio plane ſenſu, quam quo Ariſtoteles interpretatur, eſſe intelligendum.

§. VI.

In quo Logomachia Varii vero ſunt modi, quibus Logomachia hæc in aprico poni, & conciliatio inter diſſentientes inſtitui poteſt. 1) Vocabu-

abulum virtutis vel in *complexo* vel *minus* *hæc con-*
omplexo ſenſu uſurpatur: poſteriori modo *ſiſtat*
olum voluntatis habitum denotat, ex- *doce-*
luſa notitia, quæ præcedere debet; in *tur.*
riori ſenſu utrumque & notitiam agen-
lorum, & habitum eadem faciendi,
omprehendit. Illuſtrant complexum
unc ſenſum verba CICERONIS de offi-
iis lib. II. c. 5. *Etenim virtus omnis tribus*
n rebus fere vertitur: quarum una eſt in per-
piciendo, quid in quaque re verum ſincerum-
que ſit, quid conſentaneum cuique, quid con-
ſequens, ex quoque gignantur, quæ cujusque
rei cauſa ſit: alterum cohibere πάθη *&* ὁρ-
μάς*: tertium iis, quibuscum congregamur, uti*
moderate & ſcienter &c. Poſita autem
complexa ſignificatione fieri poteſt, ut
unam tantum partem, notitiam nempe,
potiſſimum reſpiciamus, unde nova oritur
acceptio.

Ita CICERO non obſtante modo pro-
lata virtutis definitione lib. V. de Finibus
Bon. & Mal. cap. 14. *Sunt*, inquit, *beſtiæ*
quædam, in quibus ineſt aliquid ſimile vir-
tutis, ut in leonibus, in canibus, ut in equis:
in quibus non corporum ſolum, ut in ſuibus,
ſed etiam animorum aliqua ex parte motus
quosdam videmus. in homine autem ſumma
omnis animi eſt, & in animo rationis, ex qua
virtus eſt, quæ RATIONIS ABSOLUTIO
defi-

definitur. SOCRATES etiam ll. cc. Xenoph. non diſputavit de eo, *an virtus in operatione conſiſtat*, id potius tanquam certiſſimum & notiſſimum fundamenti loco ſuppoſuit, ut exinde concluſionem ſuam, quam perſvadere alteri volebat, eliceret. De *Pietate* diſputans, ex Euthydemo primum ſciſcitabatur, an pium putet, qui Deos veneratur, & quidem non pro lubitu, ſed ſecundum leges? Cum is affirmaſſet, infert, pium ſcire debere, quo pacto deos oporteat venerari, neque putare alio modo, quam quem ex legibus nouit, faciendum hoc eſſe, neque quenquam eſſe, qui deos honoret aliter, quam putet oportere. Cumque repetiiſſet, pium eſſe, qui Deos, uti *oportet*, *honorat*, tandem dogma ſuum, in *cujus* gratiam reliqua præmiſerat, promit: Qui circa divinum cultum leges *poſitas ſciat*, recte pium definiri.

De notitia igitur, quam virtus includit, unice vel ſaltem præcipue ſolicitus erat Socrates. Clarius id ipſum eluceſcit e diſputatione de Juſtitia, ubi inter alia quærit: Arbitrarisne igitur, quosdam obtemperare poſſe legibus, ignaros eorum, quæ leges præcipiant; altero ſtrenue negante. Videtur ſane Socrates id unice docere voluiſſe, neceſſarium eſſe, ut bene acturus atque virtuti veræ operam daturus, ſciens & e Con-

ſcien-

ſcientia certa agat, quæ etiam eſt ARISTOTELIS doctrina, lib. VI. Mor. Nicom. cap. ., circa medium: *eos, qui a legibus præcepta & juſta inviti faciunt, vel ex ignoratione, juſtos non eſſe dicendos.*

Quare re ipſa non diſſentiunt Socrates & Ariſtoteles, dum alter virtutem, h. e. id quod in eadem Intellectus eſt, Scientiam nominat, alter virtutem, quæ habitus voluntatis eſt (virtutem enim habitum electivum ἕξιν προαιρετικὴν in mediocritate conſiſtentem definit, Mor. Nicom. lib. II. cap. 6.) Scientiam eſſe negat. Fortaſſis eandem conciliationem CASELIVS aliquo modo tetigit, quando *loco* §. *III. citato* Ceneti primum contradicit, negans virtutes eſſe ſcientias; ſtatim vero hæc ſubjungit verba: *Eſt igitur hoc loco* (virtus) γνῶσις τῶν πρακτέων καὶ φευκτέων.

Fateor autem hac diviſione nominali nondum ſatis diremtam eſſe controverſiam; ſequentibus enim SOCRATIS apud Xenoph. l. IV. p. m. 511. legendis revera contradicere videtur caput Peripateticorum. *Putasne eſſe aliquos, qui cum ſciant, quæ oporteat facere, putent tamen ſibi ea non eſſe facienda? Neminem, inquit.* SCISNE

QVOS-

QVOSDAM ALIA FACIENTES, QVAM PUTENT OPORTERE? NON, INQVIT. Sed præter ea, quæ ad ſimilem exceptionem ſupra §. V. reſpondi, 2) indicabo ambiguitatem Scientiæ, qua voce vel nuda ac otioſa vel efficax notitia intelligitur: poſteriorem Summe Rev. Dn. D. BVDDEVS, in Philoſ. Inſtrum. Cap. I. §. III. deſcribit, *qua animus hominis ita diſpoſitus eſt, ut felicitatis vera, quam Philoſophia intendit, revera etiam ſit particeps*. Priorem ARISTOTELES intellexit; agit enim de ſcientia virtutis in vitioſis reperiunda; poſteriorem SOCRATES; juxta CEBETEM enim p. m. 195. nonniſi a vitiis purgatus ad ſcientiam intromittitur. (Male igitur *Diſſ. Mederiana* §. *III. citata* Socrati Excell. THOMASIVM & BVDDEVM opponit docentes, *voluntatem prius eſſe emendandam quam intellectum*, cum potius hac in re egregie conſentiant.

Poſſunt, quæ modo dixi, illuſtrari e controverſia Theologica de notitia ſacra impiorum, quibus aliqui omnem ſcientiam Theologicam denegant, aliqui adſcribunt, fere nonniſi verbis diſſidentes. Nullum igitur dubium eſt, Ariſtotelem, ſi mentem

So-

Socratis penitius inſpexiſſet, (quod vero ob Præjudicia nimiæ erga ſe *Confidentiæ*, nimiæque erga alios *Diffidentiæ* neglexit,) nunquam ejusdem aſſertum fuiſſe refutaturum: evidentiſſimæ enim ſunt veritates: *virtutem*, inprimis in ſenſu complexo acceptam, *eſſe ſcientiam efficacem*, &, *ubicunq; eſt notitia virtutis efficax, illico ipſam eſſe virtutem*, ita ut identicas propoſitiones has jure meritoque dixeris.

§. VII. Nunc obſcurum amplius eſſe nequit, quo ſenſu Socrates ſecundum Laërtii & Cebetis loca, §. II. citata, *ſolam ſcientiam Bonum eſſe, ſolam inſcitiam Malum* judicaverit: virtutem nempe ſolam Boni nomen mereri putat, quod placitum Stoici etiam ſuum fecerunt. *Meminit* CICERO *de Nat. Deor. l. 1. libri cujusdam ab Antiocho Academico conſcripti, quo probavit, Stoicos & Peripateticos re conſentire, verbis diſcrepare.* *Speciatim de Paradoxo: ſolam ſcientiam eſſe Bonum.*

Ne vero quoad hoc aſſertum Socratem una cum Stoicis erraſſe, atque a Peripateticis aliisque Philoſophis re ipſa diſſenſiſſe putes, adſcribam elegantiſſima Clariſſimi WERENFELSII verba, e *lib. de Logomachiis Erudit. Cap. II. §. 6.* *Nota eſt illa inter Peripateticos & Stoicos controverſia, ſi-*

ne aliquid præter virtutem , valetudo puta, aut divitiæ aut honor, in bonis numerandum: itemque ſitne aliquid malum præter vitia, an inopia, an dolor. Ajunt Peripatetici, negant Stoici. Magnum in re graviſſima diſſenſum diceres. Quid? an Ariſtotelici hæc virtuti æquant? honorem? divitias? Minime illud quidem, concedunt omnium bonorum virtutem longe eſſe maximum, cum quibus cetera minora bona vix comparari poſſint. Quid Stoici? Nimirum hæc externa corporisque bona prorſus contemnunt? Neque illud certe. Tantum bona eſſe negant, contrariis autem præponenda eſſe concedunt; προηγμένα igitur vocant, quod Cicero præcipua, præpoſita reddit. Contraria autem inopia, dolor, annon ſunt mala, annon fugienda? fugienda concedunt Stoici, mala eſſe negant, ſed ἀποπροηγμένα rejectanea conſ. CICERO Tuſc. Quæſt. l. 2. & de Finibus Bonor. & Mal. l. 4. ubi ridet Stoicos vocibus ludentes, atque hinc Logomachiis anſam præbentes.

TANTUM.

Obſerv.

Obſervatio CXXXIX.

M. SIGISMUNDI JACOBI APINI,

de

Loricis Linteis Veterum.

Partem hiſtoricam exhibens.

Σύνοψις.

1. Exponitur Loricarum *etymologia.* §. 2. *Synonymia.* §. 3. *Homonymia.* §. 4. *Definitio generalis.* §. 5. *Inquiritur in Inventorem.* §. 6. *Differentia loricarum oſtenditur.* §. 7. *ad* 12. *Loca evolvuntur, quibus loricarum lintearum mentio facta.* §. 13. *Eruditorum opiniones recenſentur de nominatis loricis linteis, quæ ad tres claſſes revocantur, quarum I.* §. 14. *IIda.* §. 15. *IIIia proponitur.* §. 16. *Finis imponitur obſervationi.*

§. 1.

SI quoddam reperitur inſignioris efficaciae præſidium, quo Ars militaris ad muniendum & defendendum cor-

pus utitur, profecto illud dici meretur LORICA, cui veterani Martis filii magno prolixoque affectu plauſerunt. Derivatur lorica a *loris*; e quibus initio fiebat. Ita enim VARRO de Lat. Lingua L. IV. *Lorica a loris, quod de corio crudo pectoralia faciebant. Poſtea ſucceuderunt Galli e ferro, ſub id vocabulum ex annulis ferream tunicam.* Probat hoc etymon LIPSIVS L. III. de Re Milit. Rom. Dial. VI. MATH. MARTINIVS in Lexico Philolog. ſub h. v.

§. 2. *Græcis* Lorica dicitur χιτὼν, θώραξ, καρδιοφύλαξ, unde VARRO recte vertit: *Pectoralia*, & SVETONIVS in vita *Auguſti Thoraces*. *Germani* diverſimode loquuntur; valde enim familiaris illis *eſt* vox Panzer, licet minus recte, quia *hæc* vox non continuam ferri laminam proprie notat, ſed eam loricam, quæ ex catenulis inter ſe connexis conſtabat, quamque hodierno die Polonorum militia equeſtris adhuc gerit, & *paludamentum* audit antiquis ſcriptoribus vid. MARTINIVS l. c. ſub h. v. Arma vero contra hoc pallium bellicum dicebantur *Veruta*, Panzerſtecher, Wurffſpießlein. Interim tamen hæc vox Germano-

mano-

ianorum optime exprimit Græcorum θώρακα, & Latinorum *Pectorale*. Panz enim najoribus noſtris idem erat, quod hodie obis Wanſt ſeu *Venter*: unde Panzer t & Belgorum *Panz-Yſer*. a tegumento ectoris levi inflexione factum opinamur. Nec infrequenter uſurparunt vocem Krebs, prouti LVTHERVS fecit ad Sap. V, . I. Theſſ. V, 8, ob ſimilitudinem, quam abet lorica cum cancri vel cauda vel ma-ori teſta, dorſum animalis obtegente. Fu-ſe ſiquidem veteribus thoraces caudam ancri referentes, & alios ad formam teſtae bricatos, probat DVRRIVS in diſſ. de Ve-erum armis bellicis ad Eph. VI. Et licet liæ verſiones v. gr. *Moguntina* vetuſtior, & ecuſa Noribergæ *Colonienſis*, Ulenbergii, t & *Vinarienſes* in bibliis Erneſtinis, ple-ius ad captum vulgarem loquantur, τὸν ώρακα nominantes den Panzer; conve-ientiſſime tamen, meo quidem judicio, d ſtylum modernum vocatur ein Bruſt-harniſch, Küraß/ qua voce audita, ſtatim nimi noſtri ſenſus aliis innoteſcunt, nec pſa haec denominatio obſcuri quid in-olvit.

§. 3. Varias etiam vocabuli ſignificationes recenſere inſtituti ratio requireret, ſed brevioribus nobis eſſe licuerit, quod eas Vir in his rebus tradendis diligentiſſimus J. LIPSIVS magna cura congeſſit Poliocret. Dial. II. T. III. Opp. edit. Veſal. p. 513-521. multisque teſtimoniis confirmavit, quod non ſolum pro *tegmine pectoris militari*, ſed etiam frequentiſſime pro *tegmine aliarum rerum* aut *inductione* metaphorice accipi ſoleat.

§. 4. His præmiſſis, damus generalem Loricæ definitionem, quod ſit *indumentum corporis contra varias lethiferas aggresſiones illud muniens, & ex varia materia conſtans.*

§. 5. Tradita nunc loricae, cujuscunque etiam fuerit materiae, *definitione generali*, magnam toti tractationi noſtrae dabit lucem, quædam de *Inventore & differentia* loricarum proprie ſic dictarum monuiſſe. Sed dolendum, nihil certi hac in re (quod prius attinet) definiri poſſe. Ea enim rerum antiquarum eſt conditio, ut, deficientibus idoneis hiſtoriarum monumentis melius ſit tacere, quam tale quid proferre, quod nec probari, nec perſuaderi aliis poteſt.

ſt. VARRO equidem gloriam inven-
onis Gallis tribuit, cui tamen merito re-
ondet laudatus LIPSIVS de Re Milit.
om. L. III. p. 147. *Quin ego loricas æreas*
omae diu reperio ante Gallos notas &c.
LINIVS L. VII. c. 56. ait: *Loricam* MY-
DIAS MESSENIUS *inveniſſe dicitur*; cui
ſſentitur POLYDORUS VERGILIUS
e rerum inventoribus L. II. c. XI. Incer-
um igitur, quis ſingularum ſpecierum fue-
it autor.

§. 6. Pergo potius ad declarandam Lo-
icae unam alteramve *differentiam*. Ubi
ene attendi meretur, quomodo in ſpecie
ifferat linea, ne cum aliis propter com-
nune nomen confundi videatur. Datur
empe 1) *lorica hamata* e circulis ferreis
ibi invicem implexis effecta. 2) *Squamea*,
uæ a ſquamis piſcium vel ſerpentum, Græ-
is θώραξ λεπιδωτός vocabatur, eo quod la-
ninae æreae vel ferreae minores, hamis in-
icem, in modum ſquamarum, connecte-
antur. Ab iisdem laminis, plumarum
ormam referentibus, 3) *plumatae loricae*
num traxere nomen. His non erant diſſi-
niles 4) *corneae* Sarmatarum, draconis

ſquamas vel nucis pineae ſpeciem repræſentantes. Laudatur etiam 5) *lanea* & 6) *ſegmentata* a LIPSIO de Militia Rom. L. III. Dial. VI. L. IV. Dial. IX. L. V. Dial. XI. & Anab. ad L. III. Dial. III. qui etiam de omnibus his nominatis & aliis pluribus ſpeciebus ex profeſſo agit, ut Iliada poſt Homerum ſcriberem, ſi prolixius eas recenſere vellem. Sufficiat ſaltem ad differentiam *lineae* declarandam eas adduxiſſe, cujus paulo ſpecialior a nobis nunc habenda erit ratio.

§. 7. Hoc ut rite recteque fiat, ante omnia fundamentum, ſeu quibus *in locis* loricarum lintearum mentio facta *ſit*, exponendum erit. Teſtantur vero antiquiſſimarum rerum ſcriptores, e quibus LIPSIVS l. c. plura jam collegit, hoc loricarum genus a *Græcis*, ſeorſim *Macedonibus*, *Thracibus*, ab *Hiſpanis*, *Italis*, immo ab ipſis *Imperatoribus* & *Regibus* fuiſſe adhibitum. Unum ergo alterumve locum in medium proferamus.

§. 8. A *Græcis* ſeorſim *Macedonibus* initium faciam. HOMERO Iliad. β. *Ajax Oilæus* dicitur λινοθώρηξ, itemque *Adraſtus*.

Ad

Ad quæ loca PLINIUS reſpicit L. XIX. c. I.
cum ſcribit: *Thoracibus lineis pugnaſſe,*
paucos tamen, teſtis eſt Homerus. In AL-
CÆO etiam Poeta apud ATHENÆUM
θώρηκες νεόλινοι, thoraces e novo lino, recen-
ſentur. Immo communiter Athenienſes,
Iphicrate duce, de quo CORNELIUS
NEPOS ſeu ÆMILIUS PROBUS inquit:
Genus loricarum mutavit, & pro ferreis at-
que æneis lineas dedit: quo facto (en cauſam)
expeditiores milites reddidit. THUCYDI-
DES etiam ipſo operis initio indicare vi-
detur, Athenienſes lineas tunicas geſtaſſe:
οὐ πολὺς χρόνος, ait, ἐπειδὴ χιτῶνάς τε λινοῦς
ἐπαύσαντο φοροῦντες &c. Alias autem rarus
apud Græcos ſerici, rarus admodum lineae
veſtis uſus fuit, teſte OCTAVIO FER-
RARIO de re veſt. P. II. L. IV. cap. XI. in-
ſert. Tomo VI. Antiq. Rom. Theſauri J.
G. GRÆVII. Geſtarunt vero etiam *Ma-*
cedones, quorum arma olim erant, DIONE
autore in Caracal. θώραξ λινοῦς τρίμιτος, ἀσπὶς
χαλκῆ, i. e. *thorax lineus trilix, clypeus æ-*
neus. Sic Alexander apud PLUTARCHUM
θώρακα λινοῦν διπλοῦν: *thoracem lineum bili-*
cem, conf. ARRIANUS de Militia Alex. M.

CVRTIVS L. IV, 6. VII, 9. VIII. 2. & JOH. BAPT. CROPHIVS in Antiq. Maced. L. III. c. IV. inſ. Tomo VI. Antiq. Gr. JAC. GRONOVII, p. 2918. & 2922.

§. 9. *Thracibus* etiam adſcribit XENOPHON L. V. Anab. χιτωνίσκους ὑπὲρ γονάτων, πάχος ὡς λίνου στρωματοδέσμου, i. e. *tuniculas ſuper genua, craſſitie ut linum, quo ſtragula vinciuntur.* Quo loco etſi præciſe loricarum non mentio fiat, ſufficit tamen geſtaſſe tuniculas craſſitie ut linum, quo ſtragula vinciuntur. Figura enim ad rem nihil facit, modo lineae fuerint. Ideoque etiam hic locus ſine deliberatione a LIPSIO l. c. fuit adductus, quia tunicæ iſtae vice thoracum fuerunt.

§. 10. Apud Hiſpanos etiam hoc loricarum genus fuiſſe in uſu credit LIPSIVS, quando l. c. p. 151. ait: Cujusmodi Hiſpanorum credo fuiſſe, quo pugna Cannenſi POLYBIVS deſtituit, ἐν λινοῖς περιπορφύροις χιτονίσκοις: in lineis purpura praetextis tunicis. Quod ipſum ex eo LIVIVS. Atque ita de iisdem Hiſpanis STRABO L. III. Λινοθώρακες οἱ πλείους Σπάνιοι δὲ ἁλυσιδωτοῖς χρῶνται: *In lineo thorace plerique, pauci hamatis*

natis utuntur. Quin etiam Chalybes a- ɔud XENOPHONTEM L. IV. Anabaſ. atquin ferri ibi copia) in hoc thorace: ἶχον, ait, θώρακας λινοῦς μέχρι τοῦ ἤτρου : *Habe- ɩant loricas lineas ad imum ventrem usq;.*

§. II. In Italia quoque loricas linteas ha- ɔuiſſe teſtatur LIPSIVS l. c. Et LIVIVS Auguſtum legiſſe aſſerit in *thorace linteo* ſcriptum, de Coſſi opimis ſpoliis. Qui ve- ɩus fuerit oportet & ab illo ævo. SILIVS ɛtiam populariter Faliſcos ita armat:

Indutosq; ſimul gentilia lina Faliſcos.

Meminit & alibi:

- - - lævumque tegmine thorax
Multiplicis lini claudit latus.

Adducitur etiam plerumque locus LIVII ɛx L. X. H. R. Dec. I. ubi de Samnitibus di- ɩit: *Prioribus Samnitum ea deteſtatione obſtri- ɩis, decem nominati ab Imperatore, eis edi- ɩum, ut vir virum legerent; donec ſexdecim nillium numerum confeciſſent. Ea LEGIO LINTEATA ab integumento conſepti, quo ſacrata nobilitas erat, appellata eſt, his arma nſignia data & criſtatae galeae, ut inter ce- ɩeras emineret.* Magna circa hunc locum Criticorum lis eſt. Fuerunt enim multi, qui,

qui, hunc locum explicantes, dixere, *legionem linteatam* dictam eo, quod lineis loricis armarentur. In hunc ſenſum SIDONIVS APOLLINARIS ſcribit, L. VIII. ad Leonem: *Linteatum dici, veſte ſeu alio tegumento linteo indutum.* Alii contra non ita intelligendum eſſe locum citatum volunt, ac ſi tot lintei thoraces Samnitibus fuiſſent, ut ſexdecim millia ipſorum illis armari potuiſſent, ſed appellatam linteatam legionem a Livio vult FESTVS POMPEJ. L. X. *quod Samnites ſinguli ad aram velis linteis circumdatam, ſe non ceſſuros Romano militi juraverant.* Vid. MARCELLI DONATI dilucid. in T. Livium, collectae a JANO GRVTERO in theſauri Critici Tomo VI. p. 21. Quamvis igitur poſteriorem ſententiam priori longe anteferendam facile concedam, interim tamen Feſtum Pompejum in eo a textu aberraſſe judico, quia Samnites ad aram velis linteis circumdatam, ſe non ceſſuros Romano militi juraſſe, crediderat, cum ſaltem ab *integumento CONSEPTI* dicantur, h. e. ſepto aut muro includebantur, qui poſtea integumento circumdabatur; quo ſymbolo illis

qua-

quaſi injungebatur, ut, ſicuti ſeptum hocce illos unitos teneret, ita coram hoſtibus ſtarent conjunctis viribus, ſecundum illud: Unita vis fortior. Hoc etiam ab illis poſtmodum juramento confirmatum eſſe admodum credibile mihi videtur.

§. 12. Ipſos denique Imperatores atque Reges has loricas, ut monumentum corporis firmiſſimum, valde æſtimaſſe conſtat. Sic LIVIUS & SUETONIUS Auguſtum *lorica ſub veſte munitum fuiſſe tradunt*, & de Imperatore Galba SUETONIUS L. VII. p. 582. ex edit. Grævii 1691. H. C. dicit: *Loricam tamen induit linteam, quanquam haud diſſimulans parum adverſus tot mucrones profuturam.* DION etiam in Caracalla meminit, *eum imperatorem inſtituiſſe genus militum, quos Alexandrinos appellarit: eos thorace ex triplici lino uſos eſſe.* Porro apud XENOPHONTEM in Pædia Cyri L. VI. legitur: *Abrades, Rex Suſorum, induebatur thorace lineo, more patrio.* Celebratur quoque *Amaſis* Ægyptiorum Regis *linteus thorax* ab HERODOTO L. III. de quo PLINIUS L. XIX. c. I. innuit: *Mirentur hoc ignorantes, Ægyptii*

quon-

quondam Regis, quem Amaſin vocant, thoracem in Rhodiorum inſula oſtendi in templo Minervæ, 365 filis ſingula fila conſtantem. Ita LIVIVS L. IV. c. 20. meminit thoracis linei a Coſſo, interfecto Tolumnio, adempto, ac in templo Jovis Feretrii ſacrato. Hæc potiora ſunt exempla, quæ ex LIPSIO, & fontibus ipſis colligere & addere placuit. Plura adduci potuiſſe non nego, ſed cum ex his paucis rei veritas pateat, neque oratio pro inſtituti ratione texatur longior, pergendum ad diverſas eruditorum opiniones ſeu commentationes in dicta loca, ut videamus, quæ hactenus multorum animos opinio traxerit, judicaturi deinde, quid veritati magis conſentaneum videbitur.

§. 13. Commodiſſime autem quicquid hactenus mihi innotuit ad tres claſſes revocatur. Prima continet eorum ſententiam, *qui lineas chlamydes bombyce ſpongia, lanaque minutatim diſſecta ad inſtar culcitræ fartas eſſe* credunt. Ita cum aliis vult TITIVS in controverſiis. Sed eum merito magnus Antagoniſta, VILLIOMARVS reprehendit, primo, quod chlamydes

mydes cum tunicis confundit: deinde, quod puerili errore bombycem, quod erat ſericum, pro goſſipio, quod Itali *bambaggio* vocant, poſuerit. Et quare *lineum* diceretur, quod tamen ex alia materia confectum erat.

§. 14. Secunda claſſis CASAVBONI & SALMASII commentationes comprehendit, *qui thoraces ſeu loricas opera atque artificio coactiliariorum &* ποιλοποιῶν, *qui linum aceto vel auſtero vino, cui ſal eſſet adjectum, probe macerabant, fuiſſe factas* exiſtimarunt. Sic enim CASAVBONVS in notis ad Sveton. L. VII. Imp. Galba p. 582. ait: *Linteis ſive lineis loricis pro thoracibus eſſe uſos veteres, norunt omnes, ſed quomodo illæ fierent, & qua ratione linum ita indureſceret, ut etiam ferro reſiſteret, hoc non norunt omnes. Fiebant autem linei thoraces opera atque artificio coactiliariorum &* πιλοποιῶν, *qui linum aceto vel auſtero vino, cui ſal eſſet adjectum, probe macerabant; deinde ita cogebant, ut ſoliditatem ac craſſitiem lintei octies decies aut ſæpius in ſe complicati haberet.* Probat hanc ſuam ſententiam ex NICET. ACOMINA-

MINATI Libro I. rerum Iſaaci Angeli, cujus verba latina tantum apponamus: *Ipſe Conradus*, ait, *ſine ſcuto tunc dimicabat, ſed pro lorica textum quoddam geſtabat, e lino factum, vino auſtero probe ſalito maceratum, ſæpius replicatum: quod quidem ſale & vino coactum adeo firmum adverſus ictus erat, ut penetrari a nullo telo poſſet. Erat autem hujus texti plagellæ octodecim & eo plures.* SALMASIVS *in Plinianis exercit. in Caji Julii Solini Polyhiſtore* T. I. p. 346. non parum ab hac ſententia recedit, ita tamen, ut circa materiam ipſe ſecum non convenire videatur. Verba ejus ita ſonant: *ex lana coactili & centonibus tunicas ac tegmenta ſibi parabant milites ad tela vitanda.* Πιλητὰς θώρακας *Græci vocabant.* Θωρακονάκτας *recentiores dixere, hoc eſt,* νακτὰς θώρακας. *Nam* νακτὰ & πιλητὰ *eadem. Unde &* νάκτης, *fullo. Nam centones ex lana erant coacta, qui non ſolum ferro, ſed igni reſiſtebant.* Porro Tom. II, p. 702. l. c. ait: *Indorum lineæ veſtes texebantur ex arborum lana (h. e. lanugine) nec aliud apud Indos linum. Notetur tamen, quod lana illa arborum etiam linum dicta ſit.*

Falſus

ſalſus igitur MELA, *cum ſcripſit, Indorum lios lino veſtiri, alios lana, quam ſylvæ fe-unt.* Recentiores commentatores, uti actenus obſervavi, vel Caſaubonum vel almaſium ſequuntur, ut illos adducere on opus eſſe videatur.

§. 15. Ad tertiam claſſem eos refero, *ui thoracem lineum a loricis non niſi ma-eria diverſum fuiſſe judicant, quod illæ ſſent* annulis & catenulis æneis conſertæ, æ autem ex torulis trilicibus, quadrilici-us aut bilicibus &c. Eximius hujus rei teſtis ſt HERODOTVS Lib. III. cap. 47. ἐόντα, nquit, μὲν λίνεον καὶ ζώων ἐνυφασμένων υχνῶν κεκοσμημένον δὲ χρυσῷ, καὶ εἰρίοισι ἀπὸ ὅλα τῶν δὲ εἵνεκα θωυμάσαι ἄξιον ἀρπεδόνη ἑκάστη τοῦ θώρηκος ποιέει· ἐοῦσα γὰρ λεπτὴ ἔχει ρπεδόνας ἐν ἑωυτῇ τριηκοσίας καὶ ἑξήκοντα ἀσας φανεράς, h. e. *lineum ex xylo, & fre-uentibus animalibus intertextis, ornatum ero auro & lanis,* (*) *propterea admira-ione dignum faciunt, ſingula thoracis fila, uæ cum exilia ſint, habent tamen ſingula i ſe tricena ſexagena fila omnia conſpicua.*

(*) De qua textura ex inſtituto egit SALMASIVS in Vopiſcum, p. 511. èdit. Pariſ.

OCT. FERRARIVS de re veſtiaria P. II. Lib. IV. c. XI. *thoracem lineum nonniſi materia diverſum fuiſſe credit*, quod illæ eſſent annulis & catenulis æneis conſertæ, hæ autem ex torulis trilicibus, quadrilicibus aut bilicibus. *Toros* appellat funiculos ex multis filis tortos, qui propterea a numero dicebantur bilices & trilices: qui deinde tori inter ſe filis conſerebantur, & firmiſſimum opus præſtabat, ut exemplum Amaſis Ægyptiorum Regis confirmat, cujus lorica filis contexta, quorum ſingula *trecentis ſexaginta quinque filis* conſtarent. Quin idem in caſſium deſcriptione, ſtamina ſingula, *centenis quinquagenis filis* conſtare ait, vocatque *ſtamina*, quæ alii *toros*, Græci *βρόχας* in reſtibus. *Fila* autem, ex quibus ſtamina illa ſive tori conſtabant, licia etiam vocata docere loricas bilices ac trilices apud VIRGILIVM. Hæc SCALIGER de loricis lineis. Nemo ergo lineas tunicas, porro ait FERRARIVS, mirabitur pro armatura geſtatas, niſi qui in veterum ſcriptis plane peregrinatur. - - At Caſaubonus ad Svetonium diverſa ratione hujusmodi thoraces linteos factos

cre-

credit. Veriſimilior tamen Scaligeri opinio eſt, propter loricas bilices, trilices, quæ in coactilibus locum habere non poterant. His illuſtre teſtimonium JOH. SCHEFFERI addo, qui *de antiquorum torquibus* cap. IV. inſ. Tomo XII. Theſ. Antiq. Rom. J. G. GRÆVII p. 917. ait: *Quid eſt trilix lorica? quæ conſtat ex loris tribus in unum funem contortis & conſertis hamis, quomodo hodie Germani* Zwillich, Trillich *appellamus, veſtem non ex ſingulis, ut fit vulgo, ſed duplicibus triplicibusque filis in unum contortis textam. Fuerunt ergo torques veteres vere tortæ ex uno pluribusque filis, habueruntque ſuos non quidem diſcretos, verum ſerie continua junctos annulos, in quo a ceteris vulgo dictis differebant.* Reliquorum aniles fabulas lubens prudensque prætereo, an vero alii meliora protulerint non liquet.

§. 16. Hæc ſunt, L. B. quæ tecum communicare potui. Deſiderantur in his laboribus ſubſidia debita, quibus tamen pro dignitate materiæ hac vice me deſtitutum fuiſſe mea ſponte agnoſco. Si in veterum ſcriptorum monumentis eruen-

dis atque congerendis judicium non ubique attuli, veniam dabis, & meliora ſperabis. Satis interim ex his elucet, quid ſententia *de loricis linteis* partim veri, partim falſi in ſe contineat. Poteris ex diverſis adductis eruditorum ſententiis facile colligere, quod, etſi nihil certi habere videantur, tamen in eo conveniant, fuiſſe in uſu ejusmodi loricarum genus. Dabimus operam, ut, ἐὰν ὁ Θεὸς θελήσῃ καὶ ζήσωμεν, *in ſequenti Tomo Obſervationem Critico-phyſicam* æquo Tuo judicio ſubjiciamus, qua commentatorum opiniones modeſte expendamus, & meliorem, quod ſperemus, ſententiam in medium proferamus.

Obſervatio CXL.

POLYCARPI LYSERI, de Prætenſis terminis technicis, a Moſe adhibitis.

PHiloſophorum hodiernorum plerique in hoc non leuem ponunt operam, ut ſuarum ſententiarum fundamenta cum Scriptu-

Scripturæ S. pronunciatis concilient. Quo ſucceſſu alii definiant. Mihi in *hiſtoria eruditionis* eruenda alioqui occupato, hac vice nonnulla dediſſe ſufficiat Clariſſimo quidem Viro D. ANDREÆ RÜDIGERO, eiusque *phyſica divina*, non tamen, ut exiſtimo, veritati contraria, quem diſſenſum Cl. Autorem haud ægre laturum eſſe confido.

§. I.

Exiſtimat Cl. RÜDIGERUS, Lib. I. cap. I. Sect. I. §. 3. *Moſen vera phyſices principia a maioribus ſuis tradita accepiſſe, atque in ſuis ſcriptis docuiſſe.* Doctrina phyſica alia eſt philoſophica, alia hiſtorica. Ad illam humana ratio ducit. Haec traditione diſcitur & reuelatione, abſoluiturque cognitione earum rerum, quae ad hiſtoriam naturalem faciunt. Phyſicam eam, quae humano ingenio acquiritur & excolitur, aut hujus doctrinae vera principia, Moſes a maioribus non accepit, literarumue monumentis conſignauit.

§. 2. MOSIS *maiores phyſicam aliquam in ſcientiae formam redactam tenuiſſe* non perſuadeor, licet empiricam methodum, per experimenta aliqua cultam, apud eos viguiſſe concederem forte. Hodie in multis vetulis ruſticisque variam deprehendimus obſeruationum phyſicarum cognitionem, qui tamen, artis phyſicæ ignariſſimi, ad principia, quæ tenent, non reuocant. Erant maiores Moſis ſimpliciori vitæ generi addicti, quos philoſophatos eſſe non conſtat. Non in-

de tamen minus fuerunt accepti Deo, quippe qui ſanctos ſuos ex eruditione humana non æſtimat. Itaque quod maiores non habuerunt, Moſes ab iis nactus non fuit.

§. 3. Præterea qua ratione ſcientia patriarcharum phyſica ad Moſen eſt deriuata? Non Iudæorum Moſes, ſed Ægyptiorum inſtitutione eſt gauiſus. Aſt demus, ingentem fuiſſe in patribus Hebræis principiorum phyſicorum notitiam, eandemque ad Moſen usque eſſe conſeruatam, tamen *illa patrum principia a Moſe in ſcriptis proponi, aſſeri nequit*. Geneſeos liber initia mundi, ortum uniuerſi, hiſtoriam naturalem primam tradit, non principia phyſica. Aliud vero eſt *principia rerum hiſtorice*, aliud eadem *philoſophice docere*. Prius fit, non poſterius, in Moſis ſcriptis, id quod, niſi textui uim inferre uelimus, ſatis patet. Quapropter cum de principiis phyſicis ueterum Moſis maiorum nihil conſtet, nosque *ſcripta Moſis ex immediata inſpiratione diuina profluxiſſe ſciamus*, non erit cur aliunde notitiam Moſis phyſicam arceſſamus, atque in hiſtoria doctrinam philoſophicam quæramus.

§. 4. Probabile eſſe putat Cl. Dn. D. RÜDIGERUS, Lib. I. c. I. Sect. I. §. 4. *Moſen in Phœnicia ſtudiorum cauſſa verſatum eſſe*. Ego huius aſſerti nullum reperio idoneum fundamentum. In ſacro potius codice Moſes dicitur *a filia Pharaonis adoptatus, atque ab ea educatus, poſtea a ſocero nutritus, ouibus paſcendis præfectus, indeque rurſus*

in

in Ægyptum a Deo miſſus. Nulla ibi itineris, ſtudiorum gratia inſtituti, nulla profectionis ad Phœnicios ſuſceptæ mentio.

§. 5. Sunt ex Judæis, horumque ſequacibus, qui & patriarchas & Moſen humana eruditione inſignes valde fuiſſe fingunt, ideoque ridiculo conatu, quæcunque a gentilibus Mercurio aut aliis ſapientia præcipuis tribuuntur, de Moſe dicta putant. Exiſtimant forte, non ſufficere ad Moſis gloriam ea, quæ in Pentateuchum relata legimus, *niſi adhuc ad Phœnicios mitteretur erudiendus, & varia humana ſapientia inſtituendus.* Vel ſolum hoc omnem rem reddit ſuſpectam, quod illi, qui in Moſis libris, Geneſi præſertim, *omnia omnis eruditionis principia tradi* affirmant, ipſi ignorantiæ ſuæ teſtimonia dant, adeoque de eruditionis principiis vt cœci de colore iudicant. Mireris etiam eos, qui theſaurum ſapientiæ humanæ in Moſe ſe reperiſſe credunt, maxima tamen ſcientiarum inopia laborare. Valeant itaque iſti, mihique ignoſcant, quod nudam veritatem cum ictis illorum pigmentis commutare nolo.

§. 6. Ad Moſen redeo, & hoc addo, longe forte maiorem fuiſſe Moſis tempore Ægyptiorum eruditionem, quam Phœnicum, ita ut Ægypto ſtudiorum gratia exire non oportuerit. Fundamentum ſuæ hypotheſeos ſe reperire putat Cl. Autor in *terminis Phœnicum technicis*, qui tamen, de iis conſtaret, nihil aſſerto ponderis addunt. Interim qua illi ratione in Moſis ſcriptis deprehendantur, diſpiciamus.

§. 7. Ne fruſtra ad terminos technicos provocaſſe videatur Cl. Autor, monet §. 5. poſſe nos *ſuppoſito ſenſu aliquo technico ex quibusdam difficultatibus felicius extricari, quam ſenſu proprio retento.* Fateor hiſtoriam creationis Moſaicam, ſi ratione ſola diiudicetur, multas offerre difficultates. Dici poterat hiſtoriam Moſis naturalem uariis ueterum falſis niti hypotheſibus.

§. 8. Nam cum Moſes terram a cœlo diſtinguit; cum primam terræ faciem conſtituit inanem & uacuam; cum firmamentum aliquod in cœlo ponit; cum aquas ſupracœleſtes ab inferioribus ſeparat; cum terram ab aqua ſegregat; cum plantas e terra producit; cum ſolem & lunam in firmamento cœli locat; cum duo numerat luminaria magna; cum lunæ lumen aſſignat; cum luminaria in hunc uſum condita perhibet, vt diuidant dies, tempora & annos; cum *piſces & volatilia* ex aqua profert; cum e *terra animantia* ducit; cum hominem ad imaginem Dei conditum dicit; cum homini imperium maris & terræ concedit; cum homini animam a Deo inflatam narrat; cumque alia refert, credi poterat, ad *erroneam vel vulgi, vel veterum philoſophorum* quorundam loqui opinionem. Quæ tamen ſuſpicio, ſi ad diuiniorem reſpiciamus hiſtoriæ Moſaicæ auctoritatem, ſtatim concidit.

§. 9. Neque enim *diuinas veritates*, imo ne ullas quidem hiſtorias, *ad rationis ductum examinare fas eſt.* Vera methodus ex difficultatibus

emer-

emergendi, quæ in ſacris occurrunt, eſt, ut *rationem ſubjugando dictis fidem habeamus*, atque *noſtri intellectus imbecillitatem* agnoſcamus. Myſterium Trinitatis, aliaque diuinitus propoſita, ſenſu technico explicantes multas ſuperamus difficultates. Abſit vero, vt tam periculoſæ licentiæ indulgeamus, quæ quicquid ex quoque fingeret. Interim videamus; quinam ſint illi technici termini, quos Moſes adhibuit.

§. 10. Ex mente Cl. Autoris §. 5. *ſqq. cœlum* & *terra* Moſi ſunt principia prima phyſica ſenſu Ægyptiorum technico. Aſt hoc euinci nequit. PORPHYRIO quidem teſtante Ægyptii *mundum* dixere creatum, eumque oui inſtara Deo productum, atque deinde in duo fruſta cœlum & terram diſſiluiſſe. Inde tamen nihil colligas præter *primos creationis effectus*, minime uero principia phyſica.

§. 11. Forte apud alios termini dicti technici ſenſu illo, quem Cl. Autor innuit, obtinuerunt. Non arbitror. Ἀὴρ ζοφώδης & πνευματώδης SANCHONIATHONIS principium duplex, agens & patiens, motum & quietem, bonum & malum, lucidum & tenebricoſum indicant, quam hypotheſin apud ueteres, inprimis Orientales, philoſophos uiguiſſe hiſtoria philoſophica docet. Nulla igitur ſubeſt cauſa, cur illis cœlum & terram, contra veterum mentem, denotari perhibeamus.

§. 12. DIODORVS SICVLVS ex veterum ſententia refert, *cœlum* & *terram* olim *miſtam naturam habuiſſe*, neque ab inuicem fuiſſe ſeparata. Namque veteres, chaos aliquod ſtatuentes, *mundum confuſum fuiſſe* docent. Egregie cum Diodori philoſophis conuenit OVIDIVS, qui ita:

Ante mare & terras, &, quod tegit omnia, cœlum
Unus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere chaos, rudis indigeſtaque moles,
Nec quicquam niſi pondus iners, congeſtaq; eodem
Non bene junctarum diſcordia ſemina rerum.

Patet τὴν μίαν ἰδέαν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς Diodori Ouidio dici *unum toto in orbe naturæ vultum, quem dixere chaos*. Rurſus DIODORI μεμιγμένη φύσις quid aliud præter *congeſta eodem non bene junctarum diſcordia ſemina rerum* denotat.

§. 13. Niſi ſententia veterum aliunde eſſet nota, ex collatione ſatis pateret, non principiorum primorum, ſed *confuſionis generalis omnium rerum* mentionem ab utroque fieri. Vterque chaos delineat. Si autem DIODORVS principia nominat phyſica, quomodo illa poſt creationem fuerunt ſeiuncta? Nam ex quo cœlum & terra a ſe inuicem fuerunt ſeparata, chaos interiit. Eadem autem principia phyſica, quæ in chao fuerunt miſta, in omnibus corporibus miſta & nunc ſunt. Quapropter cœlum quidem & terra in creatione ſeparata, elementa vero conuenienter miſta fuerunt.

§ 14.

§. 14. Recte §. 7. ſibi obiicit CL. AUTOR, *cælum & terram* a veteribus *pro primariis effectibus, non principiis, ſumi*, neque ſoluit obiectionem EURIPIDES, qui unam fuiſſe olim coeli & terræ faciem dicit, quia ſublata bruta, volatilia, arbores & alia fuerunt producta. Prorſus cum OVIDIO & DIODORO conſentit EURIPIDES, qui idem innuunt. Quodque alia ratione intelligi nolit, patet ex hypotheſi veterum, qua non niſi *ſublato chao res naturales cœperunt*, atque diuiſis a ſe inuicem cœlo & terra phænomena præſentia apparuerunt. Quodſi veteribus *cælum & terra bina fuiſſent principia*, incommode ſtatueretur, ex ſeparatione principiorum phyſicorum produci arbores & alia corpora, quippe quæ ex miſtione potius & combinatione varia principiorum oriuntur. Itaque EURIPIDIS mens eſt, ante ſeparationem cœli & terræ nihil fuiſſe prognatum, poſtea vero varia viuentia eſſe orta.

§. 15. Non eſt ſententiæ huic aduerſarius ARISTOTELES, dicens, *terram haberi matris loco, cælum vero, ſolem*, & ſimilia, *patris vices gerere*. Innuit influxum cœli & corporum cœleſtium in terram, *non vero bina principia*. Hanc ARISTOTELIS & EURIPIDIS ſententiam plures veterum philoſophorum confirmarunt. Quæ poſtea CL. AUTOR hanc in rem affert, non maiori probabilitate gaudent. Aegyptios illos, qui omne corpus naturale *ex ſole & luna aliquid trahe-*

trahere dicunt, nil aliud velle credendum, quam quod ad corpus omne in globo terraqueo producendum *ſol & luna influxu ſuo operentur*, quæ ſententia cum veteri philoſophia congruit optime. Solem & lunam *cauſas productorum ſocias efficientes* vocare, non eſt principia productorum ponere.

§. 16. De cætero quamvis veteribus philoſophis quibuſdam cœlum & terram bina deſignaviſſe principia phyſica largirer, Moſen tamen idem docere ſolum Geneſeos primum caput negat. Nam *verſ. 10.* aridum illud, mari contradiſtinctum, vocatur *TERRA*; *v. 12.* terra producit herbas, arbores & plantas; *v. 17.* Sol, luna & ſtellæ terram illuminant; *v. 20.* volucres in ſuperficie terræ volant; *v. 25.* bruta terræ imponuntur; *v. 26.* homini dominium in terram conceditur; quæ & alia ad principium *aliquod* phyſicum verſus centrum a *peripheria movens*, ſive *ad aëreas bullulas*, applicari nequeunt.

§. 17. Quæ de *AQUA* Moſes habet, non minus technica CL. AUTORI *§. 12. ſeqq.* habentur, atque *fluidum* deſignare creduntur. Fingamus rem ſic ſe habere, difficultates non evaneſcunt, quod CL. AUTOR exiſtimat, ſed augebuntur. Sit רקיע aër atmoſphæricus. Gen. I. 6. ita verſio fluet: *Et dixit DEUS, fiat aër atmoſphæricus in medio fluidi, & ſit diviſio inter hoc & illud cœlum fluidum.* Hac ratione cœlum fluidum in duas quaſi ſectum fuit partes, ita ut inter-

intergerinus paries eſſet aër atmoſphæricus. Quis vero dixerit, cœlum fluidum *eſſe diuiſum, non continuum?* Non diuidit, quod a diuiſo longe maiori includitur. *Exiguus globulus in mare projectus non poteſt dici diuiſor maris.* Terra noſtra, & aër ejus atmoſphæricus diuiſionem vaſtisſimi illius cœli fluidi non faciunt.

§. 18. Pergamus in ſacro textu. Verſus 7. ita ſonaret: *Et fecit DEUS aërem atmoſphaericum, & diſtinctionem fecit inter cœlum fluidum, quod infra aërem atmoſphaericum, & inter cœlum fluidum, quod ſupra aërem atmoſphaericum.* Eædem hic recurrunt difficultates. Diuiſio cœli fluidi nulla eſt, cum illud ſit continuum.

§. 19. Verſus 8. dicit: *Et appellavit DEUS aërem atmoſphaeriuum cœlum.* Idem illud *cœlum Moſes a terra diſtinguit.* Eſt etiam cœlum Moſi locus, in quo ſol, luna & aſtra mouentur. Itaque ſententia CL. DN. D. RÜDIGERI locum non inuenit, niſi velimus Solem & ſtellas in aëre atmoſphærico collocare. Imo ſi *cœlum* Moſi notat *ætherem*, & *terra aërem*, deinde רקיע ex CL. AUTORIS mente aërem atmoſphæricum, ex Moſis vero ſententia cœlum, cœlum & terra Moſi non eſſent diuerſa, ſed *eadem principia.* Qua denique ratione Moſes Oceanum potuit vocare collectionem cœli fluidi Gen. I. 10? Mitto alias difficultates, quæ ex Moſaici textus inſpectione CL. AUTORIS hypotheſin premunt.

Obſer-

Obſervatio CXLI.
M. IOHANNIS ELIÆ VLICHII,
Paſtoris Pretzſchenſis,
Ἐξέτασις,
Vbi B. Lutherus primam habuerit concionem Evangelicam?

Imminente jam *altera ſeculari ſolennitate*, qua emendatorum per D. LVTHERVM ſacrorum memoria renovabitur, Deoque debitæ pro maxima, quam Eccleſiæ conceſſit, *felicitate* grates a purioris doctrinæ cœtu decernendæ ſunt, non immerito multa, *quæ ad illuſtrandam Reformationis Hiſtoriam* faciunt, in lucem nunc prodeunt, ſi vel maxime in abditis locis delituerint hactenus, cumque tineis certaverint atque blattis. Magna præſertim laude ferendus eſt Summe Reverendus ERNESTVS SALOMO CYPRIANVS, Vir magni nominis, quem DEVS cum omnibus bonæ cauſæ aſſertoribus ſoſpitet! Iſte enim larga manu ex grammatophylaceis ſuis communicavit hactenus, jurisque publici fecit, quæ antea lucem non viderant. Nuper admodum ex ejus manu in conſpectum noſtrum

noſtrum proficiſcebatur B. WILHELMI ERNESTI TENZELII, Polyhiſtoris haud incelebris, Relatio hiſtorica *de primordiis & primis progreſſibus Reformationis Lutheri*, cui Theologorum illud decus ἀνέκδοτα hactenus, & ad Reformationis hiſtoriam ſpectantia ſponte adjecit, ex quibus non parum me profeciſſe ingenue fateor.

Quoniam vero nemo, quoad ego quidem meмini, *de loco*, in quo B. LVTHERVS *primam evangelicam concionem habuit*, hucdum fuit ſolicitus, non injucundum fore exiſtimavi, ſi argumentum iſtud pertractandum ſuſciperem, & quodnam illud, cui tam inſignis obtigerit honor, templum fuerit, inquirerem. Jure meritoque gratulamur WITTENBERGÆ, almæ ſtudiorum matri ac nutrici candidiſſimæ, de prima, quam Megalander noſter ibidem ventilavit, diſputatione theologica, Pontificiis indulgentiis oppoſita. Hac enim ipſa divinitus excitatus Reformator muros Babylonis Romanæ auſpicato aggreſſus eſt, eosdemque concutere cœpit. Utrum vero & Wittenbergæ primam habuerit concionem evangelicam, an alibi, difficilis inveſtigationis res eſt. Conſtat equidem inter omnes, B. LVTHERVM ante, quam de Reformatione cogitaret, Wittenbergæ magno cum applauſu docuiſſe in cathedra etiam Eccleſiaſtica. Templum erat ad cœnobium Auguſtinianorum pertinens, ſed *exiguum & anguſtum, ſtabulo Bethlehemitico*, ut cum MYCONIO loquar, *non abſimile*, iſtud

quam

quam ſæpiſſime ſermonibus B. LVTHERI perſonabat. Nec deerant auditores Oratori ſacro, quippe qui conferto agmine concurrebant, templumque, tanta enim erat hominum copia, ruinam minabatur. Spatioſius itaque templum erat quærendum, oppidanum ſcilicet, quod LVTHERO noſtro haud ægre aperiebat Paſtor loci, SIMON HEINSSIVS: Ille enim a diuturno morbo, quo minus partes officii peragere poſſet, impeditus, munus concionandi in templo oppidano ad LVTHERVM, Virum diſertum ſatisque robuſtum, detulit, quo magna cum induſtria & alacritate fungebatur. *Conf. ſupra commemor. Tenzelii Relat. Hiſtor. p. 231. ſeqq.* Sed omnes iſti ſermones Lutheri, ante Reformationem habiti, ad Pontificiorum genium fere compoſiti erant, multisque ſcatebant erroribus. Evangelicarum proinde concionum nomine ornare iſtos non auſim.

Nec γνησίως evangelicus ſermo dicendus eſt, quem miſſus ille a DEO veritatis evangelicæ vindex, *de indulgentiis & gratia* Wittenbergæ habuit. Contigit hoc eodem tempore, quo theſes latinas TEZELIO oppoſuit, quod conſtat ex *Præfatione ad Tom. I. Jenenſem*, ubi B. Viri verba ita fluunt: *Ego contemptus edidi diſputationis ſchedulam, ſimul & Germanicam concionem, de indulgentiis, paulo poſt etiam reſolutiones, in quibus pro honore Papæ hoc agebam, ut indulgentiæ non damnarentur quidem, ſed bona opera charitatis*

præferrentur. Forſan ſermo ille Germanicus
ſum plebis typis exſcriptus fuit, quemadmo-
n Poſitiones latinæ in gratiam eruditorum
ſignatæ ſunt. Ille, inquam, ſermo de Indul-
tiis pure Evangelicus non eſt, nec caret er-
ibus. Sicut enim LUTHERUS non re-
te, & uno quaſi impetu, *ſed ſenſim paula-
ique ad tantum illuminationis faſtigium ex-
vit,* ita in primis ejusdem ſermonibus &
iptis, & in concione præſertim allegata, ejus-
mque Apologia, ſcintillæ ſaltem lucis evange-
æ deprehenduntur. Problematice enim ple-
que tractat, Pontificis adhuc autoritatem agno-
t, atque de purgatorii dogmate nondum du-
tat, quod probe attendit SECKENDORFFIUS
Hiſt. Luther. Lib. I, p. 24. Ex his omnibus in
edium allatis quivis facile intelliget, honorem
ncionis primæ, ex parte Evangelicæ, Witten-
rgenſibus non poſſe eripi.

Quid vero dicendum *de concione Lutheri pri-
a pure evangelica*, omnibusque numeris abſo-
ta? Illa ſane non niſi Reformationis negotio
lurima ex parte peracto expectanda fuit. Sed
bi quæſo? Nemo facile alium præter Witten-
ergam, nobis admodum vicinam, indicabit lo-
um; Illa nimirum eſt, quæ Solis inſtar lucis ev-
ngelicæ radios per omnem terram emiſit. Ex
oc Sione exivit lex, & verbum DEI ex iſthac
axonica Hieroſolyma. Nec ego gloriam pri-
næ evangelicæ concionis celeberrimæ Leucoreæ,

cujus in me merita ad urnam usque prædicabo, dubiam reddere animum induxi meum. Hoc tamen celare non poſſum, quod ſcrupulum mihi injecerit lectio Inſcriptionis, quam ſiſtit oculis *tabula in templo SAGENSI ſuſpenſa.* Eſt autem *SAGA* pagus, brevi ſpatio diſtans ab oppido PRETZSCH. Incolæ ſacra communia habent cum civibus Pretzſchenſibus: nihilominus proprio ſuo gaudent templo, ſeu potius ſacello, non adeo informi, in quo Eccleſiæ Pretzſchenſis Diaconus ſtatis diebus per hyemem verba ad populum facere tenetur. Aedem hanc ſacram introeuntium oculos ſtatim incurrit Tabula, ſequentem referens inſcriptionem:

D. O. M. S.

Vir ſine vi ferri, vi verbi, & *inermibus armis,*
Vir ſine re, ſine ſpe, contudit *orbis opes.*

ANNO REPARATAE *SALVTIS HVMANAE*
M DC XXI.
RUINOSUM HOC TEMPLUM,
IN QVO B. LVTHERVS PRIMAM EVANGELICAM CONCIONEM HABUISSE PERHIBETUR,
DEMOLITUM,
FUNDITUS NOVUM HOC AEDIFICATUM CULTUIQUE DIVINO CONSECRATUM EST ANNO MDCXXII.
DIE IOHANNIS BAPTISTAE,

VIRO

VIRO REVER. STRENUO NOBILISSIMO
ATQVE PRAESTANTISSIMO
DN. JOHANNE LOESERO,
HAEREDITARIO IN PRETATZSCH,
ILLUSTRISSIMI ELECTORIS SAXONIAE
MARESCHALLO VIGILANTISSIMO,
ET CANONICO NUMBURGENSI
DIGNISSIMO,
GALLO GRAULIO,
QUAESTORE,
M. PETRO WANCKELIO,
PASTORE EMERITO,
JACOBO DECIO,
PASTORE DESIGNATO,
MARTINO ACHNITIO,
DIACONO,
JOHANNE SCHREPLERO,
AUGUSTINO NYBERO,
AERARII PRAEFECTIS.

* * *

In Aedem Sacram Læſerianam Sagae.

LOESERI HANC AEDEM RENOVAT PIA
CURA VETUSTAM
JOHANNIS CELEBRIS NOBILITATE
VIRI,

*PRIMA EXERCITII DEDIT HIC MONU-
MENTA LUTHERUS,*
*LUX EVANGELII CUM REPARANDA
FORET.,*
*QUAM LOCUS HIC SANCTUS, DOCUERE
EFFECTA PER ORBEM,*
*HINC EVANGELII SPARSA FAVILLA
FUIT.*
GRATIA SIT CHRISTO, QVI PRAEMIA
DIGNA LUTHERO,
LOESEROQVE ITIDEM MAGNA RE-
PENDET, AMEN.

Pſ. LXXX.

DEUS VIRTUTUM CONVERTERE, RESPICE DE COELO, ET VIDE, ET *VISITA* VINEAM ISTAM, ET PERFICE EAM, QUAM PLANTAVIT DEXTERA TUA.

Quæ inſcriptio, per integrum jam, ſi quatuor adjicias annos, ſeculum in hoc ſacello conſpicua, ſatis manifeſte docet, dediſſe B. LVTHERVM loco alias obſcuro hanc nobilitatem, ut de prima ejusdem concione evangelica gloriari poſſit. Quid enim clarius his verbis: IN QVO B. LUTHERUS PRIMAM CONCIONEM EVANGELICAM HABUISSE PERHIBETUR. Ipſa etiam vox *PERHIBETUR*, meræ conjecturæ non

non

n' eſt, ſed idem notat ac *AFFIRMATUR*, wird für wahr geſaget und beſtätiget. (*)

Et qui poterat B. M. PETRUS WANCKE- VS, *Paſtor Pretzſchenſium*, quem credo in- iptionis autorem, de aſſerti hujus veritate bitare? Erat enim μακρόβιος, quippe qui num ætatis octogeſimum primum, miniſterii ro quinquageſimum attigit, atque adeo mi- ſtris verbi ſemiſecularibus annumerandus, oc longo temporis intervallo accurate per- ſtigare poterat Vir integerrimus ſolertiſſimus- re, quæ ante aliquot luſtra in Parochia ſibi ncredita contigere notatu digna. Succedebat EORGIO COLLOPINO, Paſtori itidem ngævo, Lutheri diſcipulo, qui, magno ſuo æceptore adhuc ſuperſtite, munus hoc ſuſce- t in humeros, eodemque maxima cum lau- ; ultra XL annos functus eſt.

V 3 Liceat

(*) Quod *perbibere* idem notet ac *affirmare*, vidit etiam CHRISTOPH. CELLARIVS, Vir de elegantioribus litteris immortaliter meritus, *in Theſauro Erudit. Scholaſtica*, ad cujus inſpectionem provoco. Allegat etiam verba TERENTII: Vos æquo animo æqua noſcere oportet, ſi vos vultis *perbiberi* probos. VARRO *lib. 2. de re R. c. V.* phraſi utitur: *perbibere teſtimonium*, quæ nihil quicquam dubitationis admittit. Plura exempla ſuppeditat JOAN. FRISIUS in *Diction.* ſuo.

Liceat in memoriam Viri, de Eccleſia Pretſchenſi optime meriti, adjicere, quæ in vetuſtiſſimis ſchedis, ad Acta Viſitatoria pertinentibus, reperi: Der Pfarrherr Georgius Collepinus iſt ein frommer und faſt gelahrter Mann, der denen Viſitatoren referiret, daß vor wenig Jahren die Bauern auf den hier eingepfarrten Dörffern ein Feuer angezündet, und ihre Kühe dadurch gejaget, mit dem Aberglauben, daß ſie viel Milch das Jahr hindurch geben ſolten. Solches ihr Thun ſey von dem Herrn Erb-Marſchall Hanns Löſern an ihnen mit Geld-Buſſe geſtrafft worden.

Noverat laudatus COLLOPINVS, imo exacte noverat, quæ res geſtæ eſſent in Parochia. Quare etiam fugere ipſum non poterat, B. LVTHERVM, cujus, ut ſupra dixi, *diſcipulus erat, in templo Sagenſi prima verba evangelica feciſſe ad* populum. Hoc peculiare felicitatis genus, quod Sagenſibus obtigit, piiſſimus vir quam ſæpiſſime ipſis revocavit in memoriam, poſteriſque ut commendarent, fideliter monuit. In eadem felicitate prædicanda totus etiam erat digniſſimus COLLOPINI ſucceſſor WANCKELIVS. Quotiescunque occaſio ferebat, ferebat autem ſæpiſſime, toties acclamabat Sagenſibus: Ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λαληθῆναι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. In omnium itaque ore ferebatur iſto tempore, *B. Lutherum in templo Sagenſi primam evangelicam habuiſſe concionem.*

Hinc

Hinc ubi reſtaurandum erat ruinoſum hoc
nplum, quod accidit anno M DC XXII, ab
livione iſtam inſignem felicitatem vindicavit,
mæque evangelicæ concionis Lutheri monu-
ntum poſteris ſtatuit allegata inſcriptione.
WANCKELIVS. Jam vero dicere quis
ſſet: credo equidem, Lutherum primam con-
nem habuiſſe in hoc templo, quæ prima di-
tur, *non ratione ſubjecti prædicantis*, ſed
tione loci, in quo concio habita eſt; in quam
ntentiam & ipſe inclinabam, inhærens tantum
rbis ſuperioribus: IN QVO B. LVTHE-
VS PRIMAM EVANGELICAM CONCIO-
EM HABVISSE PERHIBETVR. Putabam
mirum, B. LVTHERVM nullo alio mi-
ſtro Eccleſiæ prævio primum evangelice con-
onatum eſſe apud Sagenſes, utut alibi quam ſæ-
ſſime conciones evangelicas habuerit; Aſt
ctens oculos ad duo ſequentia, quæ tabula ex-
bet, Diſticha, hæſitare cœpi. Expendat enim
nevolus Lector verba:

RIMA EXERCITII DEDIT HIC MONV-
MENTA LVTHERVS,
LVX EVANGELII CVM REPARANDA
FORET.
VAM LOCVS HIC SANCTVS, DOCVERE
EFFECTA PER ORBEM,
HINC EVANGELII SPARSA FAVILLA
FVIT.

Exiſtimant alii, *Lutherum inauguraſſe tantum hoc templum noviter exſtructum*, ducti forſan verbis inſcriptionis Germanicæ, quæ in alia tabula juxta cœmeterium ita leguntur:

Die Kirche, welche hier vor deinen Augen liegt/
Hat Doctor Luther ſelbſt faſt vor zweyhundert Jahren
Perſönlich eingeweyht/ nachdem es GOtt gefügt/
Daß ſich die reine Lehr hier muſte offenbahren.
Er hat auch auſſerdem auf dieſen Predigt-Stuhl
Geſtanden/ und darauf des HErren Wort gelehret/
Weil dieſe Kirche nun iſt eine Luthers-Schul/
So wirſt du Leſer ſie nicht laſſen unbeehret.

At enim vero Germanica hæc inſcriptio nec vetuſta nec germana eſt, minimeque eandem cum latina inſcriptione fidem meretur. *Eſt* enim probe notandum, quod SECKENDORFFIVS *Lib. III. p. 516.* de Sacelli TORGAVIENSIS inauguratione commemorat. *Sacellum*, inquit, *arcis Torgavienſis primum ædificium ſacrum in Saxonia fuit, quod a cœpta* Reformatione *exſtructum eſt, ideoque Elector Saxo, omiſſis ritibus veteribus, non niſi concione verbi divini & precibus ceremoniam peragi voluit, accerſito Luthero, qui primum in eo ſermonem haberet.* Quodſi vero ante ſacellum arcis Torgavienſis nullum ædificium ſacrum a D. Luthero inauguratum fuit, Sagenſi templo perangusto iſte honor quo jure tribui poſſit, non video. Imprimis ſi tempus attendo. *Sacelli Torgavienſis inauguratio*

anno

nno 1544. Dom. XVII. a Trin. peracta eſt:
onge prius vero, *B. Lutherum in templo Sagenſi
ncionatum eſſe*, vel ex morte generoſisſimi
OHANNIS LOESERI infero. In gratiam &
l preces LOESERI, amici ſui integerrimi,
r Lutherus concionatus eſt Sagæ. Ille vero
OESERVS anno 1541. diem obiit ſupremum.
Quomodo itaque referes concionem Sagenſem
d annum 1544. vel ad ſequentem 1545? ultra
nim non potes ab obitum ipſius Lutheri. Quam-
obrem exſpirat, quicquid alii de inauguratione
ejus templi ſomniant, ſi de recens condito
templo eam intelligunt. Habent autem me
conſonum, qui credunt, D. Lutherum prima ſua
concione evangelica conſecraſſe hanc ædem,
dudum exſtructam, atque inauguraſſe, ut ſit
poſthinc tabernaculum divinum, in quo verbum
Dei pure doceatur, riteque adminiſtrentur Sa-
cramenta.

Quo vero anno hæc effecta dederit Heros
ille invictus, ſatis exploratum non habeo. Puto
tamen anno 1522 exiguo Sagenſium templo
inſignem hanc obtigiſſe felicitatem. Eodem
anno d. 30. April. concionatus eſt ZWICKA-
VIÆ, in templo Franciſcanorum, *de fide*, & a
meridie *de bonis operibus*; quæ conciones vere ev-
angelicæ fuerunt. Nullus autem dubito, Lu-
therum aſcendiſſe in ſuggeſtum Sagenſis templi,
antequam Zwickaviam ſe conferret, ibidemque
pro roſtris diceret. Diſtat enim Saga ab urbe

 Electo-

Exiſtimant alii, *Lutherum inauguraſſe tantum hoc templum noviter exſtructum*, ducti forſan verbis inſcriptionis Germanicæ, quæ in alia tabula juxta cœmeterium ita leguntur:

Die Kirche, welche hier vor deinen Augen liegt/
Hat Doctor Luther ſelbſt faſt vor zweyhundert Jahren
Perſönlich eingeweyht/ nachdem es GOtt gefügt/
Daß ſich die reine Lehr hier muſte offenbahren.
Er hat auch auſſerdem auf dieſen Predigt-Stuhl
Geſtanden/ und darauf des HErren Wort gelehrt/
Weil dieſe Kirche nun iſt eine Luthers-Schul/
So wirſt du Leſer ſie nicht laſſen unbeehret.

At enim vero Germanica hæc inſcriptio nec vetuſta nec germana eſt, minimeque eandem cum latina inſcriptione fidem meretur. Eſt enim probe notandum, quod SECKENDORFFIUS *Lib. III. p.* 516. de Sacelli TORGAVIENSIS inauguratione commemorat. *Sacellum*, inquit, *arcis Torgavienſis primum ædificium ſacrum in Saxonia fuit, quod a cœpta Reformatione exſtructum eſt, ideoque Elector Saxo, omiſſis ritibus veteribus, non niſi concione verbi divini & precibus ceremoniam peragi voluit, accerſito Luthero, qui primum in eo ſermonem haberet.* Quodſi vero ante ſacellum arcis Torgavienſis nullum ædificium ſacrum a D. Luthero inauguratum fuit, Sagenſi templo perangusto iſte honor quo jure tribui poſſit, non video. Imprimis ſi tempus attendo. *Sacelli Torgavienſis inauguratio*

anno

nno 1544. Dom. XVII. a Trin. peracta eſt: nge *prius* vero *B. Lutherum in templo Sagenſi ncionatum eſſe*, vel ex morte generoſisſimi HANNIS LOESERI infero. In gratiam & preces LOESERI, amici ſui integerrimi, Lutherus concionatus eſt Sagæ. Ille vero OESERVS anno 1541. diem obiit ſupremum. uomodo itaque referes concionem Sagenſem d annum 1544. vel ad ſequentem 1545? ultra nim non potes ab obitum ipſius Lutheri. Quam brem exſpirat, quicquid alii de inauguratione ejus templi ſomniant, ſi de recens condito emplo eam intelligunt. Habent autem me onſonum, qui credunt, D. Lutherum prima ſua oncione evangelica conſecraſſe hanc ædem, ludum exſtructam, atque inauguraſſe, ut ſit oſthinc tabernaculum divinum, in quo verbum Dei pure doceatur, riteque adminiſtrentur Sacramenta.

Quo vero anno hæc effecta dederit Heros ille inuictus, ſatis exploratum non habeo. Puto tamen anno 1522 exiguo Sagenſium templo inſignem hanc obtigiſſe felicitatem. Eodem anno d. 30. April. concionatus eſt ZWICKAVIÆ, in templo Franciſcanorum, *de fide*, & a meridie *de bonis operibus*; quæ conciones vere evangelicæ fuerunt. Nullus autem dubito, Lutherum aſcendiſſe in ſuggeſtum Sagenſis templi, antequam Zwickaviam ſe conferret, ibidemque pro roſtris diceret. Diſtat enim Saga ab urbe

Electoratus Saxonici primaria, Wittenberga, duorum tantum milliarium ſpatio; cujus ad arva facili negotio potuit excurrere vir θεός-δοτος, primamque ibi ad preces Lœſeri ſui habere concionem evangelicam. Non una me movet ratio, ut mihi perſvadeam, ſtatim poſt reditum e Pathmo, arce ſcil. Wartenburg, Sagenſibus hunc præſtitiſſe honorem: Rediit autem anno 1522. d. 6. Martii. Sed hoc dum opinor, quæſtio oritur, annon Lutherus redux factus prius Wittenbergæ, quam Sagæ, populum docuerit? Ita mihi tandem perſuadeo. Utut enim B. Lutherus ab Electore FRIDERICO, cujus ſine præſcitu redierat, juberetur abſtinere a concionando in arce, i. e. in templo omnium Sanctorum, inde tamen non ceſſavit ab omni actu concionandi, quin potius veritatem docuit *publice*; imo ne ullum quidem diem prætermiſit, quo auditores numero fere innumeros *ſermone ſacro* non recreaverit, quod SCHVRFFIVS Electori d. 15. Martii prolixe ſignificavit. Diebus ſeptem continuis, nempe a Dom. Invocavit d. 9. Martii, ad 15. Martii adverſus abuſus conciones habuit tertius noſter Elias. Reperiuntur ſermones in *Tom. II. Altenb. fol. 99. ſeqq.* Ex quo conſtat, primas poſt reditum Lutheri conciones evangelicas Wittenbergæ fuiſſe auditas.

His peractis primarius hic Chriſti ſervus, ita enim prædicatur a JOH. CALVINO in *Ep. 57.* pauperculam ſalutavit Sagam, ſaluberrimæque

ibidem

ibidem doctrinæ ſparſit ſemina. Nec miror, qui factum ſit, ut locus tam ignobilis id honoris fuerit conſecutus. JOHANNES LOESERUS, Præſes Nobilitatis Saxonicæ, Toparcha in Pretzſch, Vir excelſi animi, piiſſimique cordis, ſimul ac primos evangelicæ doctrinæ radios animadvertit, omnem movit lapidem, ut in ſuis etiam prædiis & oppido tenebræ Antichriſtianæ diſcuterentur, & ſacra emendarentur propediem. De qua cura pervetuſtum manuſcriptum, Gentis Lœſerianæ Hiſtoriam referens, ita loquitur: Hanß Löſer / der Chur-Sachſen Erb-Marſchall / und Ritter des Heil. Grabes auff Pretzſch / iſt ein hertzhaffter verſtändiger Mann / und Liebhaber Gottes Worts geweſen / hat die reine Lehre / durch Herrn Lutherum geläutert, zuerſt angenommen, und bey ſeinen Unterthanen ausbreiten laſſen.

Imo a veriſimilitudine non abeſt, quod narrare ſolent, qui *πατροπαράδοτα* gloriæ Lœſerianæ præ ſe ferunt, magnam viri autoritatem, qua comitiis provinciarum Saxonicarum præſidebat, & incomparabilem, qua apud FRIDERICVM SAPIENTEM pollebat, gratiam Evangelio tuendo, recipiendo, & amplificando non poſtremum pondus addidiſſe. Huic Heroi in toga & ſago inclyto operam ſuam probavit LVTHERVS, & ipſe evangelicam concionem in templo Sagenſi habuit, nec non ordinavit omnia, quæ ſpectant ad cultum públicum.

Ita

Ita jubebat officii ratio; erat enim Propheta & Repurgator Sacrorum, maximis dotibus inſtructus: ita etiam exigebat affectus ille prorſus ſingularis, quo generoſiſſimum proſequebatur Loeſerum. Juvat unum atque alterum amoris mutui allegare argumentum. Svadente LVTHERO uxorem duxit LOESERVS, in quem finem Lutherus epithalamii loco transmittit expoſitionem capitis ſeptimi prioris *Epiſt.* ad Corinthios, addita epiſtola dedicatoria, quæ *Tom. II. Altenb. p. 383.* legitur.

Motione aërisque mutatione ſi qua opus *erat*, valetudinis cauſa PRETZSCHAM petebat Lutherus, quin aliquando Loeſero ſuo in ſylvas *proficiſcenti*, erat enim Vir Generoſiſſimus *multus in venatione*, ſe comitem dabat, & in ipſo *ſtrepitu venatorio* in Pſ. 147. meditabatur, quæ *meditamenta* Wittenbergæ ſuæ redditus *literis* conſignavit, eorumque copiam fecit Loeſero, addita epiſtola lectu jucundiſſima, quæ habetur in *Tom. V. Altenburg. p. 935.*

Recens ubi natus erat Luthero noſtro filius, munus ſuſceptoris deferebat Loeſero, amico ſuo certiſſimo, hac Epiſtola invitatoria; quæ typis exſcripta proſtat in Unſchuld. Nachrichten *An. 1711. p. 572.*

Gnade, und Friede in Chriſto.

Geſtrenger / Ehrenveſter / lieber Herr Gevatter.

Wie ich nechts gebeten / ſo bitte abermahls um unſers HErrn Chriſti willen / Ew. Geſtr. wolte ſich demüthigen / GOtt zu Ehren meinen lieben jungen Sohn / den mir dieſe Nacht GOtt beſcheret hat / von meiner lieben Cäthen / förderlich und hülfflich erſcheinen / damit er aus der alten Adams Art zur neuen Geburth Chriſti durch das Heil. Sacrament der Tauffe kommen / und ein Glied der Chriſtenheit werden möchte, ob vielleicht GOTT der HErr einen neuen Feind des Pabſts und des Türckens erziehen wolte / ich wolte ihn gerne um Veſper-Zeit tauffen laſſen / auff daß er nicht lange ein Heyde bliebe / und ich deſto ſicherer wäre, Ew. Geſtr. wolte ſich unbeſchwert herein finden, und ſolch Opffer GOtt zu Lobe helffen vollbringen. Wormit ichs wuſte zu verſchulden bin ich willig und bereit. Hiermit GOtt ſamt den Eurigen befohlen / Amen. In der Nacht um 1. Uhr / Mittwochs nach S. Pauli 1533.

Ew. Geſtr.

williger Diener /

Martin Luther.

Dem Geſtrengen, Ehrenveſten / Hn. Hanß Löſern / Erb-Marſchall in Sachſen / meinem günſtigen und freundlichen lieben Gevatter.

Nec

Nec illud tandem omitti debet, ipſum Lutherum amico ac Fautori ſuo maximo *Læſero concionem funebrem habuiſſe*, quod ex eodem MSto, cujus ſupra mentionem feci, didici.

Quis non miratur vinculum illud adamantinum, quo LUTHERI LOESERIq; corda ad urnam usque juncta manſerunt atque compacta? Hæc ipſa Pyladea amicitia calcar addidit Luthero, ut ſubditis Lœſerianis primo Evangelium prædicaret, quin ipſum etiam Lœſerum νεόφυτον hac occaſione in fide confirmaret atque reficeret. Manet itaque Wittenbergam gloria prima concionis Evangelicæ. Manet etiam Sagam noſtram ſingularis ille honor, quod poſt Wittenbergam primus facile ſit locus, quem D. Lutherus ſermone Evangelico ſacrorumque emendatione nobilitavit & clarum reddidit. *Magnam* etiam laudem adepta eſt Eccleſia *Pretzſchenſis*, ad quam ſpectat Saga noſtra, ab ipſo *Reformationis* tempore ad hunc usque diem ſalva ac illibata manente doctrina Evangelii. Quid enim non molitus eſt *κοσμοκράτωρ*, quo lucem Evangelii noſtris in regionibus rurſus extingueret? Excitavit CAROLSTADIUM, ZWINGLIUM, OECOLAMPADIUM, SCHWENCKFELDIUM, Anabaptiſtarum, aliorumque Fanaticorum multiplicem Lernam atque hydram; qui omnes ad excidium reſtauratæ doctrinæ Evangelicæ, tanquam ſcopum unicum, collineabant. In ipſa D. LUTHERI cathedra decurrente ſeculo

lo

lo decimo ſexto ſteterunt viri διεστραμμένα loquentes, Calvinianorumque diſpergentes errores. Hinc novi Catechiſmi, aliique venenati libri prodiere in lucem, itaut, aſſerente D. ÆG. HUNNIO, ex Wittenberga ſub alieno pallio atque nomine Calviniſmus longius latiusque fuerit diſſeminatus, quam Calviniani ipſi ſuis ex nidis propagare multo tempore potuiſſent.

Quanquam vero Crypto-Calvinianiſmus Wittenbergæ tunc temporis reperet, multasque occuparet provincias, tamen Pretſchenſem Eccleſiam corrumpere non potuit. Tanta enim erat JOHANNIS LOESERI, ſupra laudati Johannis Nepotis, in doctrina ſinceritas, tanta etiam Paſtoris PETRI WANCKELII, nutare neſcii, conſtantia, ut ne latum ungvem cederet impoſtoribus, a quibus uterque multas perpeſſus eſt injurias: Lœſeri fata & merita in Eccleſiam, a Crypto-Calvinianis impugnatam, Manuſcriptum jamjam allegatum hiſce pauciſſimis verbis exponit: Hanß Löſer hat tempore Calviniſmi viel ausgeſtanden, von welchen er das Land wieder reinigen helffen. Florente puriori doctrina in Eccleſia Pretzſchenſi, dum alibi Calviniſmus ὡς γάγγραινα excreſcebat, ſæpius quam ſemel accidit, ut Cives Wittenbergenſes filios recens natos Pretzſcham portarent, ſanctique Baptiſmi lavacrum, non omiſſo Exorciſmo, ab Eccleſiæ miniſtris illis expeterent, uti in Diptychis per multa luſtra hic aſſervatis videre eſt.

Tan-

Tantam itaque felicitatem ut oblivioni tradamus, abſit a nobis, quin potius hoc potiſſimum tempore, quo ſolenne Jubilæum Evangelicum recurrit, grata mente iſtam recolamus, Deumque ſupplices veneremur, ut ſequenti centenario in his regionibus ſibi ſemper colligat Eccleſiam, eandemque usque ad conſummationem ſeculi foveat ac tueatur.

Obſervatio CXLII.

GODEFR. HECHTII,

Rectoris Lycéi Luccavienſis,


de

Duobus Nummis argenteis, raræ antiquitatis,

Quos Frontiſpicium Tomi VI. exhibet.

NUmmos proferre duos placet, eosdemque argenteos, rarae antiquitatis, in agro pagi *Klein-Melſo*, qui locus prædium jamjam *Zabeltizianum* eſt, repertos, & a ruſticis falce & aratro erutos, & caſu ad me denique, exiguo tamen pretio, quod ejus rei ignaris ſolvimus, delatos. Alterum ita ſitu ac vetuſtate

CHOROGRAPHIA TRACTUS REMI MONTANI in comitatu Ruppinensi, qui est in Marchia Media, Odera et Albi comprehensa.



Miſcell. Lipſ.
Tom. VI. p. 321.
ſqq.

No II.



No I.





HOROGRAPHIA TRACTUS REMI
MONTANI in comitatu Ruppinenſi, qui eſt
n Marchia Media, Odera et Albi comprehenſa.



e attritum in margine, ut inſcriptio, cujus vix ſuperſunt obſcura quædam veſtigia, cognoſci penitus haud queat, facies tamen & effigies plana adhuc & TITI VESPASIANI eſſe videatur. Namque vultum ſi explores, fronte incurvata, naſo eminentiori, mento præacuto, ac collo craſſiore ex figura, quam *in Frontiſpicio hujus Tomi VI Numero I.* ſiſtimus, animadvertes. Altero latere inſcriptio quodammodo patet, his literis: TRIPO i. e. TRIbunitiæ POteſtatis. Adjectis ſimul Pontificatus Maximi inſtrumentis, *lituo, capeduncula, gutto, aſpergillo* &c. Ipſe ego rei nummariæ ſubſidiis nondum adeo inſtructus, eruditis exiſtimatoribus monimentorum, quae huc ſpectant, copia affluentibus, eundem nummum ulterius explanandum permitto.

Venio ad alterum, HADRIANI Imperatoris imagine ſignatum, qui in agro Dynaſtiae *Valdowienſis*, ac Diœceſis quidem *Luccavienſis*, ſuperiori anno ab ruſtico inventus, & *in Frontiſp. Tomi VI. Miſc. Lipſ. Numero II.* aeri inciſus eſt. Inſcriptio nummi ſatis perſpicua eſt, quam ita lego: IMP. CAESAR. TRAIAN. HADRIANVS AVG. Repeto de induſtria inſcriptionem, ut emendata ſcribendi ratio ex nummo, qui omne negotium in re dubia conficit, manifeſta ſit, pateatque in primis, HADRIANVS, non ADRIANVS, ſine aſpiratione ſcribendum Imperatoris nomen. Quae conſvetudo ſcribendi probata eſt *Chriſtophoro Cellario*, & *C. S. Schurz-*

T. VI. Obſ. CXLII. XLIII. & XLIV. X *flei-*

ſleiſchbio, quorum uterque hanc præferunt alteri atque nummorum fide ſimiliter nituntur. (a)

Imago, quae in ſiniſtro latere expreſſa eſt, dextra manu, ut *Trog. Arnkielius* interpretatur, faſcem, ſiniſtra ſcipionem, aut potius haſtam planam tenens, a dextra literas, quae ſequuntur, expreſſas habet: P M T R P i. e. Pontifex Maximus TRibunitiae Poteſtatis; ab ſiniſtra vero COS.III. Atque in Cimbria ejusdem imaginis, cum aliis, repertum HADRIANI nummum ex *Jo. Dan. Majore* refert itidem Arnkielius (b.) Ejusdem Imperatoris nummos cum TRAJANI ANTONINI, erutos in Ducatu Lignicenſi, teſtis *Cl. Chriſtianus Stieffius* eſt, atque memorat, (c) conſervaria *Davide Schindlero*, Sacerdote t. t. apud Lignicenſes eruditiſſimo, ac rei *antiquariæ* maxime perito, qui vero tandem *Superintendens* Lignicenſis jam anno 1714. naturæ debitum reddidit.

Occaſionem, qua in has *alias*que regiones nummi veteres & rari fuerint delati, alii aliam fuiſſe, arbitrantur. Non nulli, ac ſagaciores quidem illi, bello, aut rerum commerciorumque pe-

(a) Orthograph. voce Hadrianus, p. XXXIV. & in ſupplemento p. V. Cellarius p. LII. & CXI.

(b) in Monum. Cimbr. Lib. I. c. XXI. §. XLII. p. CLIII.

(c) de Vrnis Lignicenſ. §. VIII. p. XXXIX.

permutatione, in Germaniam aſportatos commode ſcienterque putant, propterea, quod certum exploratumque eſt, & fide ſcriptorum firmum, *Germanus externis interfuiſſe bellis, ac ſtipendium meruiſſe.* Quibus adeo peregrinationibus, ſive belli, ſive commercii etiam, cauſa inſtitutis, pecunia longe lateque circumfertur, atque ad remotiſſimas gentes nationesque venit.

Eius ſententiae praecipui ac facile principes ſunt auctores, TROGILLUS ARNCKIELIUS, cum primis C. S. SCHURZFLEISCHIUS, GVIL. ERN. TENZELIUS, & JO. CHRISTOPH. BECMANNUS. Ac de eis quidem nummis, qui in agro Lignicenſi inveniuntur, conjicit SCHURZFLEISCHIUS, haud dubie *Quados*, Romanis implicatos bellis; in eas oras, velut praedam ab hoſte captam, aſportaſſe. (d) In ea re conſentientem cum SCHURZFLEISCHIO teſtem IO. SCHEFFERUM advocat ARNKIELIUS, atque coniecturae coniecturam addit. (e) Plane idem ſuſpicatur ac docet TENZELIUS, non exiſtimandum ſtatim, quando peregrinae nationis nummi in tumulis Svecorum inveniuntur, conſediſſe illis in regionibus Saracenos aut Romanos, ſed populos & incolas ex

(d) de *Lignicio* diſp. §. X.

(e) Lib. I, cap. XXI, §. X. Monum. ſepulcr. Cimbr.

Septentrione, patria, profectos, virtutis militiæque, cui operam apud exteros navabant, ſignum veluti hos nummos in patriam retuliſſe. (f)

Accedit his & ſuffragatur BECMANNVS, qui pariter, belli fortunam expertos majores noſtros, docet, cum primis *Francos, atque Saxones*, quando THEODOSIO M. contra MAXIMVM opem tulerint, atque inde putat, nummum aureum THEODOSII M. qui in Anhaltinorum, ſpeciatim *Coſvicenſium*, finibus repertus, atque expreſſus ab ipſo eſt, in Germaniam delatum, ac poſtliminio in lucem aſpectumque, multis poſt ſeculis, expoſitum. (g)

Addimus & alteram, quæ afferri ſolet, cauſam, quando *per commercia*, quæ Germaniæ civibus intercedebant cum exteris, colligunt, nummos externos, maxime Romanos, in Germaniam veniſſe. Quæ conjectura etiamſi fidem mereatur, & firma ſit, eis cum primis finibus, qui Rheno Danubioque proximi, commerciis viam aditumque patefaciebant, & commeatum liberum permittebant; tamen ſi interiores Germaniæ regiones reſpicias, & eas quidem, qua in Septentrionem pertinent, atque antiquiora tempora recogites, & commerciorum florem, & gentis cultum,

(f) Colloq. menſtr. menſe Nov. cIɔ Iɔcxcv p. Iɔcccclxii.

(g) Hiſt. Anhalt. P. IV, c. VII, §. XIX.

tum, qui ex permutatione publica eſt, vel maxime deſiderabis.

Vt altera ſuſpicio, qua, belli tempore in interiorem Germaniam allatos nummos, autumant, validior ſit, & cum fide ſcriptorum, qui de Germanis aliquid memoriæ prodiderunt, propius conveniat, nec animum dubio ita ſuſpenſum relinquat. Indicio maxime ſunt nummi, eis in finibus, & locis, quibus effodiuntur, conſediſſe iam tum homines, nec ſylvis amplius horridas fuiſſe regiones, quando nummi eiusmodi rerum permutatione publica, primum in lucem aſpectumque prodierunt. Quæ eo conſilio hic adeo, ut palam ſit, Luſatiam noſtratem (h) non adeo ſterilem antiquiſſimis illis temporibus, ſed vel commerciis, vel bello, quod malim ego quidem, cives, virtute meritisque claros, ad exteros miſiſſe.

(h) *Buſtum Luſatiæ antiquiſſimum*, ex ſuperiorum memoria temporum illuſtratum, proximo TOMO VII. *horum Miſcell. Lipſ.* occurret, & legi a B. L. ibidem poterit. Varii in eo ſepeliendi ritus apud Græcos, Romanos, Germanos, Venedosque deſcribentur, aliaque notatu digniſſima a CL. DN. M. HECHTIO, Fautore noſtro honoratiſſimo, adjicientur.

Obſervatio CXLIII.
IOANNIS LVDOLPHI BVNEMANNI,
Gymnaſii Mindenſis Rectoris,

exhibens

varias Lectiones epiſtolæ R. P. Manderſcheidii, Reginæ Svec. CHRISTINÆ vitam complectentis.

CLARISSIME PEZOLDE,

IN *Tomo ſecundo Miſcellaneorum Tuorum Lipſienſium multis* doctis placuit epiſtola P. Manderſcheidii, Reginæ Sveciæ CHRISTINÆ vitam complectens. *Quum vero hujus epiſtolæ exemplar quibusdam in locis plenius & accuratius ſcriptum poſſideam, & Tibi & aliis rem gratam me facturum credidi, ſi ex illo* varias lectiones *indicarem. Illas, quæ alicujus momenti Tibi videbuntur, pro lubitu proximo Tomo* adjun-

adjungere poteris cum particula Hiſtorica de Adventu ejusdem Reginæ Monaſterii in Weſtfalia, & colloquio cum Ieſuitis habito.* *Agas quam felicisſime, mihique faveas. Mindæ, V. Id. Sept.* cIↄ Iↄcc xvii.

Ad Miſcellan. Lipſ. Tom. II. p. 702. ſqq.

Mannerſchiedii. MSS. meum exemplar habet: *Manderſcheid.*

pag. 703. *ſe toga feminam prodit.* MS. *SOLA toga ſ. p.*

p. 704. *curandi corporis cura.* MS. *ornandi c. c.*

Nonnumquam 15. diebus. MS. melius: *quinto-decimo die.*

p. 704. *induſium aſperſum, & diuturna — plane.* ex MS. ita ſunt refingenda: *Vidi nonnumquam ego cum illa colloquens induſium adſperſum EX diuturna ſcriptione multis atramenti maculis immo nonnumquam lacerum.*

Hoc otioſum. MS. *hoc otioſorum eſſe.*

Vita rigorem. MS. *vitæ tenorem.*

(*) Hanc *de adventu Reginæ CHRISTINÆ monaſterii in Weſtphalia* relationem ob chartarum anguſtias *futuro Tomo VII. Miſcell. Lipſ.* reſervare cogimur.

Mane vigilans. MS. *evigilans*, aptius.

p. 705. *vidi — dicentem.* MS. rectius: *Audivi ipſam dicentem.*

Mortem ait eſſe non magis q. ſ. MS. *Mortem ait ſe non magis curare quam ſomnum.*

Profunda nocte per integras quoque ſex horas. MS. *prof. nocte per campos ad 4. 5. 6. nonnunquam horas.*

Se hoc ſolatium reportaturam. MS. *habituram ſe hoc ſolatium.*

p. 706. *tamdiu horruit.* MS. *tam horruit.*

Coram conſiſtere. MS. *coram illa conſiſtere.*

Vix triennis. MS. *vix SEPTENNIS*, quod propius ad verum; nam anno 1626. d. 8. Dec. nata, anno 1632. d. 6. Nov. vix ſexennis amiſit parentem.

Quis credat tantam filiam viginti ſeptem annos natam. MS. *quis credat, filiam TANTUM ſeptem annos natam.*

Nutibus dependeat. MS. *nutibus aut conſiliis dependeat.*

p. 707. *neque quisque — nuberet.* MS. *neque QUISQUAM ei umquam perſuadere potuit — nuberet.* conf. Juncker. Contin. Schaubühn. Job. Ludolf. ann. 1653. f. 427. & ann. 1654. f. 523.

Quæ etiam &c. MS. *UT etiam audaciſſimo cuique.*

p. 708.

p. 708. *ſeu Gallicos videtur noſſe de memoria.* MS. *Gallicos non plane de memoria.*

Philoſ. omnes evoluit. MS. *philoſoph. omnes VETERES evoluit.*

Legit ex S. Patribus complurimos — Nazianzenum: Plenius ita in MS. *Legit ex SS. Patribus quamplurimos Auguſtinum, Ambroſium, Hieronymum, Tertullianum, CYPRIANUM, SED HORUM LECTIONE NON ITA CAPITUR, MAXIME AMAT LACTANTIUM, Clementem Alexandrinum, Arnobium, Minutium Felicem, ex parte S. Hieronymum & Cyprianum, ſed præ omnibus Nazianzenum.*

Memoria — humana — MS. *memoria eſt plus quam humana.*

p. 709. *ſine ſubſidio —* MS. *ſine cujusque ſubſidio.*

Diſcurrit. Eadem vox barbara in MS.

p. 710. *Dom. Pimentel.* MS. *D. Antonius PIEMENTELLI* (ita ubique hæc vox in MS.) de quo Iuncker c. l.

p. 711. *conſtat 1200 imper.* MS. 1200 *imperial.*

D. 10. Dec. MS. *d. 10. Octobr.* 1653.

Obſervatio CXLIV.

M. JO. DAVIDIS SCHREBERI,

Scholæ Illuſtris Portenſis R.

complectens

Addenda quædam ad Vitam G. FABRICII.

INter adverſa Viri Celeberrimi G. FABRICII in *Vitæ ipſius expoſitione num XIX. p. 140.* iſtud quoque referendum duxi, quod malevoli hominis cujusdam falſo crimine, tanquam venenato quodam petitus telo, ac nomen ipſius apud Saxoniæ Electorem, *AUGUSTUM*, de fœda impietate fuerit delatum, qua ductus videlicet Scholæ provincialis alumnis *precibus pro hoc patria Patre,* ad Gotham tum ſedente cum exercitu, & bellum gerente adverſus *JOH. FRIDERICUM interdixiſſet.* Poſt editam illam Vitam Viri Excellentiſſimi & ſine honoris præfatione nunquam mihi nominandi DN. D. DAVIDIS LICHTENHANII, *Archiatri Martisburgenſis Celeberrimi,* ſingulari humanitate ac beneficio rarior a me perluſtratus eſt libellus: NICOLAI LEUTINGERI *de Marchia Brandenburgenſi, ejusque ſtatu, Jo-*

achimo

achimo I. & Joachimo II. Electoribus, Commentariorum Partis VI. L. III. Viteberga, a. 1594. in 8. evulgati. In horum L. I. p. 10. b. f. LEUTINGERUS iſte, qui celebrioribus Fabricii diſcipulis adjungi debet, non confirmavit modo, quæ de calumnia iſthac *e Bojemo* adduxeram; ſed integram quoque Georgii appoſuit epiſtolam, qua Victori *AUGUSTO* gratulatus, ejusque ſub finem ſuam, quamquam obſcurius paulo, teſtatus eſt innocentiam. Quod libellus iſte, ut dixi, paucorum in manibus, atque adſervari tamen par eſt ſollicite, quicquid *ad commendationem Fabriciani nominis* pertinet, integrum illum locum transſcribendum arbitratus ſum, & cogitabit hac occaſione benevolus Lector, *quam crebro variis vexari criminationibus Viros bonos, qui in Scholis liberales artes docent, & ſiniſtris carpi contingat rumoribus*, & ut diſcrimen tamen etiam vera inter ac vana mox ſoleat dispaleſcere.

Illuſtrisſime Princeps, Potentisſime Elector, Domine clementisſime:

„*Imperia divinitus dari, divinitus conſervari, ſi quis dubitaret in amplisſima familia Saxoniæ divinæ providentiæ exempla cerneret. Ea enim non tantum armis externis ab Imperatoribus & vicinis Regibus petita eſt ſæpius, verum etiam bellis civilibus ita exagitata, ut appareat, Dei bonitate in hunc usque diem defenſam & ſervatam eſſe*

mira-

„mirabiliter. Ante annos 479. Marchio Al-
„bertus, qui Patriam Clementiæ Tuæ Frei-
„bergam condidit, bello Ottonem Patrem ce-
„pit & incluſit in carcerem. Poſt Patris mor-
„tem novum bellum fecit fratri Diterico,
„quem tota terra Orientali pepulit, eique ni-
„hil præter Weiſſenfelſam in Thuringiæ fi-
„nibus reliquit; obiit tandem miſerrime in
„caſula ruſtica, & fratri eſt coactus relinque-
„re, quod ei injuſte ademerat. Hæc duo bella
„inteſtina paucorum annorum fuerunt.

„Secutum eſt aliud atrox Alberti Land-
„gravii Thuringiæ, ante annos 486. qui fra-
„trem Henricum ditione ejecit, filios Fride-
„ricum & Dizemannum ſpoliare honoribus
„& fortunis tentavit: is mortuus in exilio
„eſt, & pietas filiorum ſingularis præmia ha-
„buit. Id bellum duravit annos ſexdecim, cum
„in hac regione, patria noſtra, Rudolphus,
„Adolphus, Albertus Imperatores arma cir-
„cumferrent.

„Poſt multorum annorum quietem, ante
„annos 121. Fridericus Elector & Wilhelmus,
„alter Bojemorum, alter Brandenburgenſium
„copiis ſævierunt incendiis in ſuos ipſorum
„populos, cui bello cum jam ſtarent adverſæ
„acies in Voitlandia, Deus ipſe fratrum uni-
„co colloquio finem ſalutarem impoſuit.

Ante

*„Ante annos 20. quid ſit actum C. T. illu-
„ſtri ſima meminit, cum Hiſpaniæ, Italiæ,
„Belgicæ, Pannonicæ gentes uno tempore
„confluxiſſent in hanc patriam Germaniæ
„magnæ: quas gentes Deus ductu & auſpiciis
„Ducis Mauritii, fortisſimi C. T. fratris, ex
„hoſtibus amicas fecit: factas rurſus hoſtes
„in aditu Alpium Juliarum virtute compe-
„ſcuit.*

*„Tumultui ſeditioſorum, quibus agnatus
„C. T. ducem nuper ſe præbuit, tua Dux Au-
„guſte, Princeps illuſtrisſime, vigilantia &
„amor in patriam mature ivit obviam, arcem
„improborum opinione invictam cepit, cives
„ſervavit, perduelles contumaces affecit ſup-
„pliciis. Deo igitur immortali pro tanta pa-
„triæ noſtræ a tot annis tutela gratias meri-
„to agimus: Tibi, Elector Auguſte, Victori,
„ex animo hanc felicitatem gratulamur, par-
„tam quietem amplectimur, votis precibus-
„que pacem diuturnam a DEO flagitamus,
„quod quanquam publice in noſtris Scholis
„eccleſiisque fiat, ego tamen meam humilita-
„tem & obſervantiam C. T. perpetuo debi-
„tam his literis declarare volui, quas Elector
„Amplisſime, ut animo clementi C. T. legat,
„quanta poſſum ſubmisſione rogo & exopto.*

Deus

„Deus æternus C. T. cum illuſtriſſima „uxore, & ſtirpe generoſiſſima tueatur, ſer- „vet, extollat. E ludo illuſtri Miſenæ a nato „Servatore M. D. LXVII. M. Maji D. X.

Hæ ſunt literæ, quibus *AUGUSTO* Electori ſuam teſtatus eſt pietatem FABRICIUS, ſeque non eum eſſe monſtravit, quem finxerant probra in ipſum turpiter jacientes. Ipſius vitam *L. III. dictor. Commentar. p. 68. b.* ſ. ſ. percurrit LEUTINGERUS, unde cum quædam obveniant, quæ fugerunt me, de eadem commentantem, illa hic etiam lubet adjungere.

Addendum nimirum eſt *ad n. XXXIX.* & maxime *p. 336. Vita Fabriciana*, „quod diploma, no- „bilitatis ornamentis Fabricium donans, autogra- „pho atque Sigillo Cæſareo munitum, cum ali- „quanto ſerius defuncto jam Fabricio Miſenam „eſſet translatum, nihilominus in loco publico, „Paulo Crellio, Caſparo Eberhardo, Jacobo Lech- „nero Theologis, Chriſtophoro Reuſchnero Me- „dico, aliisque Eccleſiæ miniſtris omnibus, cum „Friderico Penſoldo Rectore, Petro Thomæo, „Wolfgango Figulo, Stephano Schirmeiſtero „Profeſſoribus, Præfecto, peregrinis, Scholaque „univerſa, præſentibus, Notario publico aſcito, „recitatum ſit.

Addendum e *p. 69. b. ad num VI.* maxime *p. 48.* de inſigni prorſus liberalitate *WERTHERORUM* erga Fabricium ſequens teſtimonium: „Solebat „hoc ſæpius occinere auditoribus, ne paupertate

mo-

„moverentur, quo minus alacriter ſtudiorum perſeque„rentur curſum, nunquam ſe in adoleſcentia crediðiſſe „*apud Wertheros ſibi duo millia coronatorum* in hunc „uſum a Deo depoſita, jubebatque bono eſſe animo.

De celebritate nominis Fabriciani *ad n. XL. p.* 343. hoc referatur LEUTINGERI *e p.* 70. *Commentariorum*: „Præ„fuit gubernationi Scholæ illuſtris *annos viginti quinque* „tanta cum laude nominisque ſui fama immortali, ut „non ſolum diſcendi cauſa Baronum, nobilium, magno„rumque virorum filii frequentes huc mitterentur, ſed et„iam ex locis remotioribus videndi ſaltem Viri cauſa, „Principes, Comites, Abbates, omnisque generis doctrina „atque dignitate præſtantiſſimi inde ex Italia, Galliis, An„glia, Dania, Polonia, Bohemia & aliis regnis certatim huc „commearent.

Addendum imo etiam *ex eadem pagina ad n. XXXIX. p.* 334. iſtud: „In magna erat gratia apud Auguſtum Ele„ctorem Saxoniæ, a quo etiam extraordinario donabatur „ſtipendio, *qui ſua manu interdum ei ſcribebat*, quid fie„ri vellet, & quidem *Latinis* verbis; etſi enim Elector in „adoleſcentia negligentius literarum ſtudia tractaverat, „eam tamen anno ætatis quadrageſimo, cum rectius ſtu„diorum dignitatem intelligeret, priorem recompenſan„do negligentiam, poſtmodum præſtitit diligentiam, ut „rariſſimo hujus ſeculi, ſed multo magis ejus ordinis, ex„emplo, latine exacte ſcribere, loqui & perorare poſſet, „delectareturque libellis ſupplicibus majorem in modum, „ſi Latino Idiomate conſtarent.

Addendum *ad n. XL. p.* 348. ubi elogia Fabricii habentur, illud *e pagina* 70. b. „de eo Caſpar Eberhardus „Theologus, urbis Miſenæ Superintendens, Conſiſtorii„que Electoralis ibidem Aſſeſſor, & Ebrææ linguæ Profeſ„ſor in ludo illuſtri; poſtea Doctor, Paſtor & Profeſſor „Vitebergenſis ita pronunciabat: *hic Poëta Chriſtianus* „*bene cantat, bene docet, bene vivit*; hujus laus decora „atque jucunda Domino noſtro Jeſu Chriſto, & omnibus „piis grata, & poſteritati ſalutaris erit.

Fabri-

Fabricium in carmine pangendo mirum quantum abhorruiſſe ſtyli ethnicismum *n. XIII. p.* 97. ſcripſi. Addatur vero hic quod LEUTINGERUS p. 71. narrat: „Cum „poemata ſua revideret, & in iis profana, tanquam ſilices „& urticas ex agro culto eradicaret, motus Hiero„nymi voce graviſſima: *abſit*, inquit ille, *ut de ore Chri„ſtiano ſonet Jupiter Omnipotens, audiatur me Her„cule, &, me Ecaſtor, & cetera portenta magis, quam „Numina*; Auguſtinum imitatus, qui Muſas adoleſcens „quod Deas vel jocando quaſi memoraſſet, ſerio pœnituit „& emendavit. Ob id a JOHANNO MAJORE hoc „ſcommate eluſus notatusque eſt:

„*Fabricius Veneres omnes e carmine tollit:*
„*Miror qui potuit tollere: nulla fuit.*

„Et alias quoque virum optimum calumniæ morſu impe„tere frequenti non erubuit, cui ille nihil aliud reſpondit: „*ſe nihil morari Johannem Majorem, ejusque glorias, quas „ſibi ſtolide venditaret; precari, ut ex Majore Maximus „pietate & virtute evaderet, tandemque ad ſe ipſum reſi„piſcendo rediret; laudem ſane ejus ſe minime appetere, „ut cujus ſciret verſus eſſe optimos, ſed vitam peſſimam.*

Concludit LEUTINGERUS ſuam de Fabricio narrationem *p.* 71. *b.* his verbis „*huic viro me plurimum debere „animo grato agnoſco, quem vivum audivi*, Præceptorem „*metui, Doctorem amavi, præſentem admiratus ſum, ab„ſentem deſideravi, mortuum luxi; ejus memoriam jucun„dam ſub alto pectore ſemper conſervabo*, & quod ſupra jam monui, apponi proinde non obſcuræ famæ Noſtri debet diſcipulis, quorum *num.* XXXVI. quædam leguntur nomina.

S. D. G.

In-

Index Obſervationum:

Quarum CENTVM ET VIGINTI DVÆ Tomis quinque prioribus occurrunt.

TOMI VI.

Obſervatio CXXIII. De Nominibus & Cognominibus Germanorum, & aliorum Populorum Septentrionalium veterum, *Dn. Conſiliarii & Gogravii* HERMANNI ADOLPHI MEINDERS, *p.1. usq; ad p.* 22.

CXXIV. EJUSDEM ad Diſſ. de nominibus & Cognominibus apud Romanos & Germanos, NOTÆ ET ADDITAMENTA, quæ exhibent: (1) Vſum Nominum & Cognominum apud *Hebræos*, p. 24. ſqq. (2) apud *Romanos*, p. 28. ſqq. (3) apud *populos Septentrionales*, p. 31. ſqq. (4) apud *Batavos*, *Friſios*, & *Hollandos*, p. 34. ſqq. (5) Sententiam *Ubbonis Emmii* de Nominibus & Cognomentis *Gentilitiis veterum Germanorum*, p. 37. ſqq.

CXXV. De Mortibus Apoſtatarum, DN. M. DAN. FRIDERICI JANI, p. 41. ſqq.

CXXVI. Cogitationes de ſtudio litterario, Dn. JO. LAVRENTII de MOSHEIM, *p.* 63. *ſqq.*

CXXVII. De Convivio Judæorum funebri, ad illuſt. Ezech. XXIV, 17. Dn. M. JO. CHRISTIANI HEBENSTREITII, *p.* 83. *ſqq.*

CXXVIII. De eo, quomodo Paulus dicatur non redactus ſub ullius poteſtatem, ad illuſtr. 1. Corinth. VI. verſ. 12. Dn. L. JO. CONR. SCHWARZII, P. P. *p.* 103. *ſqq.*

CXXIX. Nova Phoſphori ſolidi Phænomena, explicata, & ad intelligenda meteora quædam applicata, Dn. JO. MATTHÆI BARTHII, *p.* 110. *ſqq.*

CXXX. De vero Auctore Conſolationis Ciceronianæ, Dn. M. GODOFREDI BALTHAS. SCHARFFII, *p.* 119. *ſqq.*

CXXXI. De Vſu Crucis apud Gentiles, Dn. M. JO. CHRISTIANI KOCHII, *p.* 132. *ſqq.*

CXXXII. De Differentiis Oratorum, & dicendi genere civili, Dn. M. JO. CHRISTIANI RüDIGERI, *p.* 150. *ſqq.*

CXXXIII. An *D. Joh. Hoffmannus*, Prof. Lipſienſis, & Canonicus Miſnenſis, *anno 1413. Epiſcopus* deſignatus, *& ſequenti anno 1414. Conſtantiam ad Synodum miſſus* fuerit? Dn. M. CAROLI SAMUELIS SENFFII, *p.* 159. *ſqq.*

CXXXIV.

CXXXIV. De Lumine Lunæ deficientis, Dn. M. CHRISTOPHORI PYLII, *p. 169. ſqq.*

CXXXV. De VSU POESEOS profanæ in Theologia Exegetica, & quidem ILLATO & ADSITO, Dn. D. CAROLI ARNDII, P. P. *p. 212. ſqq.*

CXXXVI. Objectio contra Cl. Dn. D. MASCLEF, Autorem *Grammaticæ Hebr. a punctis liberæ*, & tractatio quæſtionis, an fieri poſſit, ut linguæ alicujus *conſonantes prius inventæ ſint*, *quam vocales?* Dn. M. GEORGII FRIDERICI RICHTERI, *p. 222. ſqq.*

CXXXVII. De Principiis moventibus Mechaniſmum corporis humani, Dn. M. JO. AUGUSTINI EGENOLFI, *p. 239. ſqq.*

CXXXVIII. De Paradoxis Socraticis: *Solam Scientiam eſſe Bonum; Virtutes eſſe ſcientias*, Ariſtotelem, eadem refutantem, Logomachiæ accuſans, Dn. JACOBI WILHELMI FEVERLINI, P. P. *p. 256. ſeqq.*

CXXXIX. De Loricis linteis Veterum, Pars hiſtorica, Dn. M. SIGISMUNDI JACOBI APINI, *p. 275. ſqq.*

CXL. De prætenſis terminis technicis a Moſe adhibitis, Dn. POLYCARPI

 LYSE-